1. Angeli creati fuerunt à Deo. l. 2. d. 1. p. 2. a. 1. q. 1. & 2. Omnes simul, non sic animæ. V. *Anima creatio.* num. 10. *Productio, seu Creatio.*
2. Angeli creati fuerunt ad manifestandam Dei potentiam, sapientiam, & bonitatem. ibid.
3. Angelus simul creatus cum Empyreo, materia prima, & tempore, & quare. l. 2. d. 2. p. 1. a. 2. q. 3. quare Angeli primo creati. op. Cent. p. 3. sec. 7. V. *Cava.*
4. Angeli creati sunt in Empyreo, cum sint spirituales, incorporei, & incorruptibiles ; ob idque ad gloriam proximè dispositi. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. corp. V. *Angeli locus.* n. 19.
5. Angeli boni intelliguntur creati per lucem creatam, vel per Cœlum. l. 2. d. 7. p. 2. q. 1. & d. 4. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. fund.
6. Angelus est, ad quem cætera creata quodammodo ordinantur. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 2. Vide *Angeli nobilitas.* n. 5.
7. Angelorum creatio expresse non describitur in Genesi : licet spiritualiter, & implicite, & quare. op. Brevil. p. 2. c. 5. & quare dicantur lux. l. 2. d. 4. a. 3. q. 1. corp. & l. 2. d. 4. a. 1. quæst. 2. fund.
8. Angeli quare creati medii inter summum, & commutabile bonum. op. Brevil. p. 2. c. 7.
9. Angeli creati sunt cum habitibus perfectis omnium scientiarum. l. 3. d. 3. 1. a. 2. q. 3. fund. & cum donis naturalibus tamen perfectis, sicut dicebatur ipsis. l. 2. d. 4. a. 1. q. 1. ad 2. *Habitus innati.*
10. Angelus fuit creatus non summè bonus, quia fuit à Deo factus, sed perficiendus, si tenderet ad bonum. op. Brevil. p. 2. c. 7.
11. Quare non dicitur creatus ad imaginem Dei, sicut homo. op. Comp. Theol. l. 2. c. 62.
12. Angeli quare omnes simul creati sunt, non successive, sicut animæ. Vid. *Anima Creatio.* num. 10.
1. In Angelis insunt quatuor principalia attributa, ex quibus altæ perfectiones oriuntur : scilicet *Nobilitas.*



- scilicet simplicitas ratione sui esse : discretio personalis ratione respectus ad alterum ; ratio in ordine ad Deum , & liberum arbitrium ratione potentia. l. 2. d. 3. p. 1. dub. 2. & op. Brevil. p. 2. c. 6. & Cent. p. 3. f. 15.
2. Angelica natura est propè Deum. op. Brevil. p. 2. c. 6. sunt similes Deo , quia sunt insigniti imagine Trinitatis , & libertatis dono. ibid. l. 1. d. 44. a. 1. q. 1. ad 2.
  3. Angeli quia simplices sunt , sunt etiam virtuosii : ob id habent officiositatem in ministrando , perspicacitatem in cognoscendo , immutabilitatem Deiformitatis in electione : ibid.
  4. Angeli habent quantitatem non molis , sed virtutis : ob id in eis est idem melius , & majus. l. 1. d. 17. p. 2. q. 1. in corp. & ad 3. & d. 19. p. 1. q. 2. corp. Habent & quantitatem veram accidentalem spiritualem. l. 2. d. 2. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & ad ult.
  5. Angelis ob suam perfectionem quodammodo cetera creatura ordinata sunt. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 2.
  6. Angeli excedunt humanitatem Christi , & Beatam Virginem in nobilitate ratione naturæ , non verò gratiæ. l. 1. d. 16. dub. 3. & l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 3. V. *Maria Angelos respiciens*. n. 14. Vid. *Christi humanitas*. n. 2.
  7. Angelus , & Homo respectu finis vel sunt pares in nobilitate , vel se habent ut excedens , & excessum. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. corp.
  8. Angelus quoad naturam est homine nobilior : tum quia est spiritualis , tum quia est immortalis , tum quia est Deo similior. l. 2. d. 1. ibid. & lib. 3. d. 20. q. 1. ad 2. & l. 3. d. 2. a. 1. quæst. 2. ad 1.
  9. Angelus , & anima licet convenient in perfectione in esse secundo : scilicet in beatitudine : tamen quia differunt in esse primo , idè & differunt specie , & quodammodo genere. ibid. in corp. & ad 1. & l. 3. d. 5. a. 2. q. 3. ad 4. & l. 2. d. 18. a. 2. q. 3. corp. V. *Anima nobilitas*. n. 2. & Vid. *Anima essentia*. n. 5.
  10. Angelus animam excedit quoad capacitatem naturalem , si comparetur creatura creaturae : si verò ratione imaginis Trinitatis considerentur , sunt paria. l. 2. d. 9. q. 5. ad ult.
  11. Angelorum assimilatio cum sanctissima Trinitate exprimitur. t. 1. Hexam. serm. 2. 1.
  12. Angelorum nobilitas exponitur. op. Comp. Theol. l. 2. c. 11. 12. & 13. & l. 2. d. 9. in Not. ad Textum : & op. Centil. p. 3. f. 15.
  13. Angeli sunt immortales , incorruptibiles , supra tempus , & variationes motuum. t. 2. in Luc. c. 17. n. 36.
  14. Hierarchiarum perfectiones quales. l. 2. d. 9. exp. text.
  15. Angelorum varia attributa enumerantur. op. de Eccles. Hier. p. 3. per tot.
  16. Angelus quomodò dicitur esse propè Deum. l. 1. d. 44. a. 1. q. 1. ad 2.
  17. Differentia inter Angelum , & animam. Vide *Anima essentia*. n. 4. Vid. *Anima nobilitas*. num. 2.
  18. Quomodò sunt inferiores Christo. Vid. *Christi humanitas*. n. 2. & Vid. *Christus secundum Divinitatem*. n. 12.
- Essentia.* 1. Angelus ex Damasceno est substantia incorporea , intellectualis , semper mobilis , arbitrio libera , Deo ministrans , gratia non natura immortalitatem suscipiens : quæ definitio explicatur. lib. 2. d. 9. in not. ad. Text. estque definitio essentialis. & t. 1. in Sap. c. 7.
2. Angelus ex Dionisio est imago Dei , manifestatio occulti luminis , speculum clarum splendidissimum , immaculatum , incontaminatum , suscipiens in se sicut conveniens est , totam speciositatem deiformitatis , & boniformitatis ; hæcque est descriptio , quæ explicatur. ibid.
  3. Angelus est substantia simplex , discreta , intelligens , & libera. l. 2. d. 3. p. 1. dub. 1.
  4. Angeli habent gradus simplicitatis , quæ major desumitur non ex paucitate compositionis , sed ex majori accessu ad summè simplex , & hoc ob majorem nobilitatem formæ : sic ignis in corporalibus dicitur simplicior aère. l. 2. d. 3. p. 1. dub. 2.
  5. Angeli , qui alios illuminant , sunt simpliciores. ibid.
  6. Angeli non habent essentiam simplicem per privationem omnis compositionis. l. 2. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
  7. Angelorum essentia multipliciter exponitur. opuscul. Centil. part. 3. sec. 16. & opuscul. Explicat. termin. Theolog. & opuscul. Comp. Theolog. lib. 2. cap. 11. & opusc. de Eccles. Hier. p. 4. c. 1.
  8. Angelus & anima qualiter differant. ibid. Vide *Rationale*.
1. Angelo inseparabiliter de sui natura inest individualis , & limitatio : ratione individuationis habet esse hic , & nunc : ratione limitationis habet esse in uno loco : hinc naturaliter non potest esse in pluribus locis. libro secundo , d. 2. part. secunda , artic. secundo quæst. 2. corp.
  2. Angeli habent individuationem ex conjunctione materiæ cum forma. l. 2. d. 3. part. 1. a. 2. quæst. 3.
  3. Angelus est individuum : ergo dicit hoc aliquid , ly , hoc , est à materia , ly , aliquid , est à forma : materia enim dat esse , forma existere. ibid.
  4. Angeli habent discretionem personalem , ita ut omnes possunt esse unius speciei specialissimæ. l. 2. d. 3. part. 1. a. 2. q. 1. corp. & opuscul. Brevil. p. 2. cap. 6. & opuscul. Centil. part. 3. sec. 15.
  5. Angelorum individualitas , & personalitas dicunt quid substantiale principaliter : quoad modum verò quid accidentale. l. 2. d. 3. p. 1. a. 2. quæst. 2.
  6. Angelorum diversitas non est per multiplicationem unius ab altero , sed à Deo. ibid. q. 1. ad 1.
1. Angelus non habet essentiam simplicem per privationem omnis compositionis. l. 2. d. 3. q. 1. corp.
  2. Angelus componitur ex eo quod est , & ex eo quo est , sive ex materia , & forma : ratione primi habet moveri : ratione secundi habet movere se ipsum. lib. 1. d. 37. part. 2. artic. 2. quæst. 1. ad ultim. & lib. 2. d. 7. p. 1. a. 1. quæst. 1. corp.
  3. Angeli habent compositionem dependentiam : simplicissimum enim absolutum est , & inde pendens.



pendens : ob id omne quod dependet habet quo est, & quod est. l.2. d.3. p.1. a.1. quæst.1. corp.

4. Angeli considerati in ordine ad effectum componuntur ex substantia, & potentia : non sunt enim suum posse. *ibid.*
5. Angeli habent compositionem metaphisicam ex actu, & potentia. l.2.d.3.p.1.a.1.q.1.corp.
6. Angeli componuntur ex esse, & existere ex eo quod est, & quo est: ex quod est, & quis est : hæc ultima compositio est secundum esse individuale, & personale. *ibid.*
7. Angeli non sunt compositi ex partibus quantitativis, nec heterogeneis, nec ex natura corporali, & spirituali. *ibid.*
8. Angelus, sicut alia creatura non possunt rationabiliter cogitari simpliciter simplices, & absque compositione multiplici. *ibid.* ad 3.q.1.
9. Angelus cum non sit actus purus, habet possibilitatem : cum sit mutabilis, habet fundamentum mutationis : cum sit limitatus, & in genere habet compositionem. *ibid.*
10. Angeli sunt compositi verè ex materia physica, & forma tanquam ex duabus naturis : sunt enim in potentia & ad non esse substantiale, & accidentale, & cum non possit idem secundum idem agere, & pati : & quia forma non suscipit accidentia : & quia distinctio venit à principio materiali : & quia definitur verè. *ibid.* lib.2.q.1.d.3.p.1.& l.1.d.8. p.2. dub.3, & d.26. dub. 5. In quibus locis docetur accidentium compositionem substantialem. V. *Anima compositio.* & tom.1. Hexam. ser.4.
11. Oppositum videtur S. Bonav. dicere. lib. 2. d.2. part.2. a.2. quæst.2. ad 3. ubi docet Angelum esse simplicem per privationem partium componentium in esse naturæ : sed intelligendus est loqui de natura prout definitur ab Arist. 1. Phil. de materia transmutabili, &c. Et ad resp. illius argumenti forma non est formæ Vid. l.3. d.36. q.6. ad 5. Vid. l.1.d.37. p.1. a.2. q.1. ad 2. Vel loquitur ad mentem arguentis.
12. Angelus dicitur simplex ex majori accessu ad summè simplex : unde solum comparative dicitur simplex, non in se, lib.2. d.3. p.1. dub. secundo. Sic ignis dicitur simplex respectu aëris. *ibid.*
13. Angelus, & anima sunt denudatæ à materia transmutabili. lib.2. d.3. part.1. art.1. quæst.1. ad 1.
14. Angelorum materia est sub actu perfecto, & ideo caret appetitu ad aliam formam. l. 2. d. 3. p.1. a.1. q.2. ad 5. Hinc materia, & forma talis caret incorruptibilitate. l.4.d.49.a.1.p.2.q.2. corp.
15. Angelorum materia in ordine ad formam substat tantum formæ substantiali, sicut in corporibus superioribus substat etiam quantitati, & inferioribus substat etiam contrarietati. *ibid.* lib. secundo, d.3. & opusc. Brevil. p.2. cap.6.
16. Angelorum materia est eadem specie cum materia sublunarium. *ibid.* l.2. q.2.
17. Angelorum forma terminat appetitum materiæ. l.2.d.19.a.1.q.1.corp.

Hierar-  
chia.  
Differen-  
tia.

1. Angelos constituere diversas species est probabile ; sed longè probabilius esse omnes unius speciei specialissimæ. l.2.d.9.a.1.q.1.per totam.

& l.2.d.3.p.1.a.2. quæst.1. Vid. *Species. n.6.*

2. Angelicus ordo est multitudo cælestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ assimilantur, sicut in naturalium donorum participatione conveniunt. lib. 2. d. 9. in expos. text.
3. In Angelis unus ordo est perfectior a ltero : tamen non ob id constituunt diversas species. l. 2. d.9. a.1. quæst. 1. Imò & in eodem ordine est inæqualitas perfectionum. *ibid.* quæst. octava, corp.
4. Angelorum ordinum distinctio, seu idoneitas distinctionis est à natura ut præambula dispositione, sed à gratia, ut à completiva perfectione. l.2.d.9. qu.2.& d.6.a.1.q.1.corp.
5. Angelorum ordines sunt novem : post Judicium erit infra hos alius hominum minoris perfectionis, & meritorum, qui respondebit Ecclesiæ Hierarchiæ : supra omnes erit ordo Virginis Mariæ. l. 2. d.9. q.7.
6. Angelorum est triplex Hierarchia : scilicet alia superior, seu Epiphania : alia media seu Hiperphania : alia inferior seu Hypophania. l. 2. d.9. in expos. text. & op. Brevil. part.2. c.8. & op. Centil. part.3. sec.17. & opuscul. de Eccles. Hier. part.1. cap. 1. & opuscul. Comp. Theol. lib. 2. cap.12.
7. Hierarchia dicitur à hiera, quod est sacrum, & archi, quod est principatus, quasi sacer principatus, seu ordo. *ibid.* l.2. d.9.
8. Hierarchia alia est increata, alia Angelica, alia Ecclesiastica, & unaquæque definitur. l. 2. d.9. Expos. Text.
9. Hierarchia est rerum sacrarum, & rationabilium ordinata potestas in subditis, debitum retinens principatum : quæ definitio competit Angelicæ, & Ecclesiasticæ. *ibid.* & op. Cent. p.3. l.16. & op. de Eccles. Hier. p.1.c.1. & opusc. Comp. Theol. l.2.c.12.
10. Hierarchia divina est penès scientiam : Angelica est penès ordinem : & Ecclesiastica penès actionem. *ibid.*
11. Hierarchiæ Angelicæ primæ triplex ordo est secundum Dyonisium : scilicet Seraphim, Cherubim, & Throni : secundæ Dominationes, Potestates, & Virtutes : tertiæ Principatus, Archangeli, & Angeli : secundum Gregorium verò, & Bernardum : secundæ ordo est Dominationum : Principatum, & Potestatum : tertiæ Virtutum, Archangelorum, & Angelorum ; sed primam S. Doct. distinguit penès essentialia : Gregorius penès officia. l. 2. d. 9. expos. text. & op. Brevil. p.2.c.8. & op. Centil. & de Eccles. Hier. & Comp. Theol. ubi supra, & op. declar. term. Theol.
12. Hierarchiæ Angelorum dividuntur ad invicem quoad officia : prima enim est respectu contemplationis, & conversionis ad Deum : 2. potestatis respectu inferiorum, & 3. actionis ministerialis : in 1. est dilectio, cognitio, & tensio : In 2. est potestas in præsidendo, in resistendo, & in operando : in 3. est deputatio ad regimen Principum, multitudinis, & singularium : primus ordo est Seraphim : 2. Cherubim : 3. Throni : 4. Dominationum : 5. Potestatum : 6. Virtutum : 7. Principatum : octavus Archangelorum : & 9. Angelorum. l.2. d.9. ubi supra.

13. Angelus

Respectu  
hominis,  
& ani-  
mæ ra-  
tionis.

13. Angelus, & anima differunt specie, & genere : licet anima non sit species, sed pars speciei. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 1. corp. V. *Anima individuatio*. Vide *Angeli nobilitas*. n. 6. & seq.
  14. Angelus, & anima licet disconvenient in esse primo : conveniunt tamen in esse secundo, scilicet in beatitudine. ibid. ad 1.
  15. Angeli rationalitas, & animæ differt specie : Angelorum enim rationale est purè intelligere, scilicet secundum intellectum simplicem, & deiformem : animæ verò est propriè rationale : scilicet secundum intellectum possibilem, & inquisitivum. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. corp.
  16. Angelus quoad naturam est nobilior homine : quoad gratiam verò Christus, & B. Virgo excedunt Angelum. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 3. & d. 16. a. 2. q. 1.
  17. Angelorum ordo potest in eis considerari quoad statum gloriæ, naturæ institutæ, & lapsæ : in primo statu est distinctio perfecta ordinum : in 2. imperfecta : in 3. est confusa, & perversa. l. 2. d. 6. a. 3. q. 1. corp.
  18. Dæmones habent ordinum distinctionem imperfectam ob privationem gratiæ, quæ habilitatem naturæ perficit : habent & perversam propter præsentiam culpæ, quæ scædat, & deordinat substantiam naturalium. l. 2. ibid.
  19. Angeli, & homines non sunt unius speciei, quia habent diversam naturam. l. 2. d. 9. quæst. 1. ad 1.
  20. Angelus animam excedit quoad capacitatem naturalem. l. 2. d. 9. q. 3. ad ult. Item quatuor differentiæ inter Angelum, & animam assignantur. opusc. Comp. Theol. l. 2. cap. 11.
  21. Angelus quare non dicitur creatus ad imaginem Dei, sicut homo. Comp. Theol. lib. 2. cap. 62.
  22. Angelicarum Hierarchiarum differentia quæritur, & quid in qualibet operetur Deus. opusc. de Comp. Theol. lib. 2. c. 12. Vid. *Hierarchia*. n. 1. & seq.
  23. Angelus dicitur spiritus quis, anima spiritus cujus. V. *Anima individuatio*. n. 10.
  24. De Seraphim. Vid. *Seraphim*.
  25. De Cherubim. Vid. *Cherubim*.
- Virtus.
1. Angelus est potentior, & virtuosior altero, quia simplicior, & Deo proximior. l. 2. d. 3. p. 1. dub. 1. & 2.
  2. Angelorum virtus, & potentia est proportionata ipsorum perfectioni essentiali. ibid. quantitas enim eorum est virtutis, non molis, estque in eis idem melius, & majus. l. 1. d. 17. p. 2. q. 1. corp. & ad 3. Vid. *Diaboli potestas*. n. 1. seq.
  3. Angeli non possunt generare, sicut homines : id enim quatenus competit creaturæ : quia necessariò generatio creata non est ex toto, sicut divina, sed ex parte importat variationem, & deperditionem. l. 1. d. 9. q. 1. corp. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. & d. 8. p. 1. a. 3. q. 2.
  4. Angelorum virtus est duplex, scilicet contemplativa, estque respectu Dei : & administrativa, estque respectu nostri. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
  5. Angelorum potentia, & virtus quàm mirabilis, & quanta. op. Brevil. p. 3. c. 6. & 7. & opusc. Centil. 3. sec. 13. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 11. & 13. & 14. & l. 2. d. 9. in adnot. ad Text.
  6. Angeli quomodo sint inter se inæquales in vir-

tute. lib. 2. d. 9. per totam.

7. Angeli qualem virtutem habeant respectu Cælorum, Animarum, & Dei. t. 1. ser. 5. in Hex.
8. Angeli virtus cognitiva non distinguitur ab eisdem virtute operativa, & imperativa, nisi tantum ratione, non re. l. 2. d. 9. exp. text. V. *infra Angeli loquutio*. n. 11.
1. Angeli non sunt corporei, nec habent corpora sibi naturaliter unita. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & op. de Eccles. Hier. c. 1. *Angelus respectu Corporis*.
2. Angeli mali non habent corpora naturaliter unita, in quibus torqueantur. ibid. l. 2. d. 8.
3. Angeli assumunt corpora ad operationes aliquas exercendas, ad se ipsos manifestandos, & ad homines consolandos. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp. V. *Corpus*. n. 4.
4. Angelus conjungitur corpori assumpto, sicut instrumentum motori, sicut signum significato, & sicut habitaculum inhabitatori. ibid. non sicut anima d. 1. p. 2. a. 1. q. 2. ad 3. Vid. *Instrumentum*.
5. Angeli per voluntariam assumptionem conjunguntur corpori. ibid.
6. Angeli quare assumunt corpus humana effigie organizatum. ibid.
7. Corporis assumptio non perficit Angelos, sicut in anima. ibid. ad 3.
8. Corpus assumptum ab Angelo non remuneratur, sicut remuneratur corpus, quod fuerat animæ unitum. Illud enim est tantum instrumentum. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. ad 4.
9. Animæ non assumunt corpus, quia non habent vim administrativam, nec usum administrandi ea, sicut Angeli respectu corporum. ibid. ad 1.
10. Assumere aliquid est tripliciter : vel in natura : vel in persona : vel in instrumento : primum est Animæ : 2. Verbi Divini Incarnati : 3. est Angelorum. ibid. ad 5.
11. Corpora assumpta ab Angelis non sunt perfecte organizata, cum formam ipsorum naturalem non possint educere ex materia. l. 2. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. corp.
12. Angeli non possunt assumere vera corpora humana ab ipsis formata, aliàs possent etiam mortuos vivificare. ibid. in fund.
13. Corpora ab Angelis assumpta sunt elementaria, cum aliqua alterius elementi imperfecta mixtione. l. 2. d. 8. p. 1. a. 2. q. 2.
14. Corpora ab Angelis assumpta non sunt cælestia : tum quia ista non sunt habilia ad omnem motum, sed tantum ad circularem : tum quia non sunt terminativa visus, nec figurabilia : tum quia essent separabilia à toto, & sic corruptibilia : tum etiam quia daretur ibi vacuum, &c. ibid. fund.
15. Angelus sua virtute corpus effigiat. ibid. ad argum.
16. Angeli assumunt corpora effigiata effigie humana, ut ostendant se rationales. ibidem ad 1.
17. Corpus assumptum ab Angelis nec est simpliciter leve, nec grave, quia est ex aère mixto vaporibus, & ideò habile ad omnem motum, ad colorem, nec adeò mixtum, ut subiaceat putrefactioni. ibid. ad arg.
18. Angeli conservant ad libitum corpus ab illis formatum, & ipsis deferentibus illud reddit ad præjacentem materiam. ibid. ad ult.

19. Angeli

19. Angeli non exercent plenè operationes animæ vegetativæ, nec sensitivæ in corpore assumpto. l. 2. d. 8. p. 2. a. 3. per totum. Vid. *Anima potentia sensit.* & *vegetat.* Vid. *Diaboli potestas.*
20. Angeli verè comedunt in assumpto corpore: cibus tamen in eis non convertitur, nec unitur: id enim non est de ratione cibationis, cum conversio sit ex indigentia: illum tamen consumunt, cum id sit ex potentia, & virtute. ibid. q. 1. a. 3. Unde cibatio in animalibus est ex potentia, & indigentia. ibid.
21. Angeli in assumpto corpore non exercent plenè vitales operationes, nec naturales, scilicet non nutriuntur, nec generant, nec vegetant. l. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 1. corp. & l. 1. d. 49. q. 1. corp.
22. Angeli possunt suscipere semen viri, & transfundere in vas mulieris, ex quo potest generari homo: tamen non ob id dicuntur generare. ibid.
23. Angeli exercere non possunt opera propriè sensitivæ Animæ, scilicet quas exercet Anima in corpore ut perfectio, vel actus corporis: possunt benè exercere ea, quæ anima exercet: ut motrix corporis: ut est motus. l. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 3. corp.
24. Angeli in corpore ridere possunt, ut risus dicit motum genarum: non quatenus importat actum interiorem. ibid. corp. & ad 3.
25. Angelus patitur ab igne potius affectu, quàm sensu. ibid. ad 6.
26. Angelus in corpore non videt per corporeum oculum. ibid. ad ult. dicitur enim oculus Angeli æquivocè. ibid.
27. Angelus in assumpto corpore ita judicat de re visa, ut non alligetur organo: recipit enim istam speciem in organo, ut non alligetur virtuti organi, hinc judicat independentè à sensu: hinc tam videt oculo clauso, quàm aperto. ibid. ad 7.
28. Angeli non possunt virtute propria formare naturales formas corporeas, sed tantum virtute aliena, scilicet applicando activa passivis. l. 2. d. 7. p. 2. a. 2. q. 2. corp.
29. Dæmones possunt inhabitare, & de facto inhabitant corpora humana: penetrant enim ea ratione suæ subtilitatis, & spiritualitatis: possunt, & ea vexare, conturbare, commovere, & obsidere, nisi prohibeantur à virtute superiori. l. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1.
30. Dæmones, & Angeli possunt intrinsicè habitare in corporibus, sicut aqua continetur in vase, non eo modo quo Anima. ibidem ad primum.
31. Dæmones maximè inhabitant corpus peccatoris, qui se voluntariè per peccatum subjicit ei. ibid. ad ult.
32. Angeli qualiter illudere possint sensus corporeos, sic licèt ostendendo quod non est, vel aliter ostendendo quàm sit, vel abscondendo quod præsens est. l. 2. d. 8. p. 2. art. 1. quæst. 3. corp.
33. In assumpto corpore moto quomodò moveantur Angeli. l. 1. d. 37. p. 2. a. 2. q. 1. V. *Motus Angelorum.*
34. Quomodò dicantur habere sensum, & quot modis sumitur sentire. lib. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 2. ad 4.
1. Angelus non est ubique: & si crearetur Angelus tam magnus, qui esset in omni loco creato, id esset per accidens. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
2. Angeli sunt in loco minùs propriè, quàm corpora, quia non commensurantur à loco respectu partium, sed benè definiuntur. ibid. sunt enim in loco continente tantum; at corpora mensurantur à loco. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. corp.
3. Angeli sunt toti in toto, & toti in qualibet parte ratione suæ spiritualitatis. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. q. 1. ad 2. & l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 3. corp. Non enim possunt extendi in loco. ibid.
4. Angelum esse in spatio imaginario est potius fictionis, quàm veritatis. lib. 1. d. 37. part. 2. a. 1. q. 3. ad 5.
5. Angelus an sit in loco per operationem. l. 1. d. 37. p. 1. a. 3. q. 2. in fine corp. & fund. & l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. fund. & q. 2. ad 2.
6. Angelus acquirit partem post partem mediè, licèt sit indivisibilis. l. 1. d. 37. p. 2. a. 2. q. 2. ad 2.
7. Angelus est in loco divisibili indivisibiliter, scilicet totus in toto, & totus in qualibet parte, quia Angelus est simplex. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 3. corp.
8. Angelus non est in puncto ut in loco: punctum enim non est locus. ibid.
9. Angelus necessariò est in loco, & hoc ratione virtutis, & naturæ limitatæ ipsius: quia non est substantia licèt simplex, finita est hic, & nunc: 2. ratione ordinis universi. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. corp.
10. Angelorum locus est Empyreum, quod habet respectu Angelorum proprietatem solam continentia. ibid. & l. 2. d. 6. dub. 2.
11. Deus qualiter dicatur locus Angeli, & Animæ: scilicet locus conservans. ibid. q. 1. ad 2.
12. Angelus non potest simul, & semel esse in pluribus locis adæquatis. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 2. corp. Potest esse in inadæquatis, cum unicam rationem loci habeant. q. 3. ad ult.
13. Angelus in eodem instanti non est ubicumque potest velle esse: id enim non competit naturæ suæ. ibid. ad 1.
14. Angelus movens Cælum non est in toto Cælo simul immediatè, sed tantum in illa parte, super quam est influentia motoris; sicut Anima non est in tota navi mota à nauta: operatur enim ibi mediatè tantum. ibid. ad 2.
15. Angelus potest esse naturaliter in loco quantumcumque parvo, non verò in puncto; non sic Anima respectu corporis animati: hæc enim exigit determinatam quantitatem. ib. ad 3.
16. Inter Angelum, & locum est proportio limitationis, & finitatis, quæ duo definiunt Angelum. ibid. ad 2. Hinc non potest esse in loco ad libitum magno. ibid. ad 3.
17. Angelus potest subsistere omni corporali loco destructo. ibid. q. 4. corp.
18. Angeli plures possunt esse in eodem loco, sed esset id contra ordinem universi. ibid. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 4. corp.
19. Angeli creati in Empyreo. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
20. Angelorum malorum locus ante iudicium est aer caliginosus. l. 2. d. 6. a. 2. q. 1. corp.
21. Angeli licèt sint in eodem loco continente cum corporalibus: scilicet in mundo, tamen non sunt in eodem mensurante: habent enim mensuram diversam. l. 2. d. 2. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3.
22. Angeli

22. Angeli habent locum communem, & modum distinctionis cum temporalibus. *ibid.* ad 4.
23. Angelus cum transit per medium non acquirit proprietates loci, scilicet circumscriptionem, & dimensionem, sed tantum proprietatem temporis, quod est innovatio, & variatio aliqua. l. 1. d. 3. p. 2. a. 2. q. 2. ad 1.
24. Angelus an exeat cælum, & quare est locus suus; & quam dependentiam ad ipsum habeat. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. ad 3.
- Motus Angelorum,*
1. Angelus volendo transire de loco in locum necessariò movetur motu proprio, & reali, & hoc est propter limitationem suæ naturæ. l. 1. d. 37. p. 2. a. 2. q. 1. ad 3.
2. Angelus in suo motu movetur non in instanti, sed motu successivo, & hoc non ratione resistentiæ mediæ, vel partibilitatis mobilis, quæ sunt proprietates corporum, sed ratione distantia spatii, & limitationis virtutis moventis. l. 1. d. 37. p. 2. a. 2. q. 3. corp.
3. Angelus si movetur in corpore assumpto movetur per circumscriptionem: si absque corpore movetur, per definitionem. *ibid.* quæst. 1. corp.
4. Angelus se movens est quodammodo localis, & quodammodo non. *ibid.*
5. Angelus se movens corpus assumptum movetur per accidens: si verò movetur absque corpore, movetur per seipsum. *ibid.* ad 2.
6. Angeli motus est propter indigentiam nostram, & etiam suam, scilicet limitationem suam. ad 3.
7. Angelus ob virtutem propriam, qua reflecti potest in se, potest movere seipsum, sicut est etiam in voluntate Animæ: unde motum, & movens non differunt. *ibid.* ad 4. q. 1.
8. Angelus habet moveri ex parte materiæ, qua est compositus, & movere seipsum ex parte formæ. *ibid.*
9. Angelus dum movetur per medium necessariò movetur, scilicet inter terminum a quo, & ad quem. lib. 1. d. 37. part. 2. art. 2. q. 2. corp. & fund.
10. Angeli de potentia absoluta Dei, licet non ordinaria, possent moveri non pertranscundo per medium. *ibid.* q. 2. corp.
11. Angelus non movetur in loco indivisibili: non enim potest esse in puncto, ut in loco. *ibid.* ad ult.
12. Angeli motus quare non est improporcionabilis medio extensus. *ibid.* quæst. 3. fund. ob id est successivus, alias excederet in infinitum aliam virtutem motricem, & esset mutatio non motus. *ibid.*
13. Angelus an possit moveri in vacuo rectè intellecto. *ibid.* ad arg.
14. Angelus eodem instanti non est ubicumque vult esse, quia debet acquirere partem post partem. lib. 1. d. 37. p. 2. a. 2. quæst. 3. & lib. 2. d. 2. p. 2. a. 2. quæst. 2. ad 1.
15. Angelus movens Cælum non est in ipso toto immediatè, sed tantum in parte illa, super quam est influentia motoris. l. 2. d. 2. p. 2. art. 2. q. 2. ad 2.
16. Errores multorum circa motum Angelorum enumerantur. op. Comp. Theol. l. 2. c. 15.
17. Angelorum motus illuminationis est triplex: scilicet circularis, rectus, & obliquus. *ibid.*
18. De Angelis moventibus Cælos. l. 2. d. 14. p. 1. a. 3. q. 1. & 2.
1. Angelus in primo instanti suæ creationis fuit in actu operationis. l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 2. ad 4. *Operativè*
2. Angeli non possunt generare. Vid. *suprà corpus*: n. 20. V. *Diaboli potestas*. per tot.
3. Angeli aliqua educunt faciliè ex vi naturarum; alia difficiliè non ex se, sed ratione naturæ, quæ ex faciliè emittit: alia nullo modo. l. 2. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. per tot.
4. Angeli non possunt producere Animalia perfecta, quæ tantum habent esse per generationem: bene tamen possunt ea quæ generantur ex putri, applicando activa passivis, & quare. *ibid.* V. *Animal*. n. 15.
5. Angeli non possunt exercere opera sensitiva, nec vegetativa propriè. V. *Angelus ad corpus*: non possunt generare. Vid. *Generare*. n. 12.
6. Angeli non possunt illabi Animæ: illapsus enim dicit esse intimum in alio, & in illo intimè operari: id autem est solius Dei, qui est superior mente humana. l. 2. d. 8. part. 2. quæst. 2. corp.
7. Angeli propriè non possunt cogitationes immittere Animæ: id enim est solius Dei illabentis in eam: possunt tamen eas excitare, & impellere. l. 2. d. 8. p. 2. q. 4. corp. Vid. *Cogitatio*. n. 3.
8. Angeli quomodò possunt Animas incendere affectiones excitando, & subministrando. l. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 5. corp.
9. Angeli quomodò possunt illudere sensus nostros, id ostendendo esse præsens, quod tamen non est, vel aliter ostendendo quàm sit, sive abscondendo quod præsens est. l. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 3. corp.
10. Diabolus dum facit immutationem, vel illusionem circa objectum, vel potentiam vel speciem, non facit miraculum. *ibid.* ad ult.
11. Angeli an possint perferutari abdita conscientia. Vid. *Angelorum cognitio*.
12. Angeli an possint mittere alios Angelos. V. *Angelorum missio*.
13. Angeli cum nobis ministrant non appetunt esse in Empyreo, ut in loco sibi congruo. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1. ad ult.
14. Angelus potest projicere lapidem absque organo, quod homo ob suam minorem perfectionem non potest. l. 2. d. 1. a. 1. q. 2. ad 5.
15. Angelus non potest agere se ipso, sed necessariò per aliud a se: & ob id variatur aliquo modo in agendo. *ibid.*
16. Angeli indigent corpore ad aliquas operationes exercendas. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
17. Angelicarum Hierarchiarum, officia, & operationes quales. Vid. *suprà differentia Angelorum*.
18. Operationes primæ, & supremæ Hierarchiæ Angelicæ sunt tres respicientes conversionem ad Deum, scilicet dilectio, cognitio, & tensio; ob id nominantur Angeli, Seraphim, Cherubim, & Throni. l. 1. d. 9. in exp. Tex. & ser. 2. Hexam.
19. Angelicæ Hierarchiæ secundæ operationes sunt item respicientes præsentiam, seu ordinem, scilicet in operando, in resistendo, & in præsidendo: ob id nominantur Virtutes, Potestates, & Dominationes. *ibid.*
20. Angelorum præsentia est respectu triplicis  
D præla

prelationis : scilicet respectu Angelorum, sicque sunt Dominationes : bonorum Hominum, sicque sunt Potestates, & respectu Dæmonum, suntque Virtutes. *ibid.*

21. Tertiæ, & infimæ Hierarchiæ triplex est ordo, seu ministerium, scilicet, respectu Principum, sicque sunt Principatus : vel respectu multitudinis, sicque sunt Archangeli : vel respectu particularium : sicque sunt Angeli. l.2. d.9. exp. *Tex.*
22. Operatio item tertiæ, & infimæ Hierarchiæ est triplex, scilicet in operando, estque Virtutum, in docendo majora, estque Archangelorum, & in docendo minora, estque Angelorum. l.2.d.9.exp. *Tex.*
23. Angeli quomodo agunt, & aguntur. *op. Cent. p.3. sec.17. & op. Brevil. p.2.c.8. & Comp. Theol. l.2.c.15.*
24. Angelorum officia, actiones, & ministeria describuntur. *op. Brev. p.2. cap.8. & Cent. p.3. sec.17. & Comp. Theol. l.2. cap.15. & op. declarat. termin. Theol. & op. de Eccles. Hierarc. p.1. cap.2. & 3. quanta subjectio inferiorum superioribus. ibid. cap.1. quomodo regulentur à divina voluntate. ibid. & t.1. serm.21. Hexam. & lib.4. d.19. quæst. ult. ad 4.*
25. Seraphim septem operationes exprimuntur : primò quia sunt super alios inflammati, alios etiam inflammant : secundò in se mobiles, & idè aliorum sunt motivi : tertio sunt penetrativi secretorum Dei : quartò sunt aliorum reductivi ad Deum : quintò sunt activi : sextò purgativi : septimò illuminativi. *op. de Eccles. Hier. p.1.c.2.*
26. Seraphim visio habita ab Isaia mysticè exponitur. *ibid.*
27. Cherubim officia, & operationes in speciali exprimuntur. *ibid.*
28. Thronorum, Dominationum, Potestatum, Principatuum, etiam Virtutum, Archangelorum, Angelorum operationes, proprietates, & officia qualia. *op. de Eccles. Hierarc. cap.3. & seq.*
29. Multi Angeli ad eandem operationem, & officium ordinantur. l.2.d.3.p.1.a.2.q.1.
30. Angeli superiores quomodo purgare dicantur inferiores. l.4.d.5.a.3.q.1.ad 1.
31. Angelicæ Hierarchiæ repræsentantur per Ecclesiasticam. l.4.d.23.p.2.a.1.q.4. ad 1.
32. Angelorum officia expenduntur. t.3. ser.2. de S. Anton. Patavino, & op. Itin. cap.4. & op. Itin. div. am. p.1. cap.12. *Vid. Angelorum numerus. n.5.*
- Duratio.* 1. Angeli, & spiritualia habent necessariò propriam mensuram diversam à tempore, & hoc in genere mensuræ, & quantitatis. lib.2. d.2. p.1.a.1. quæst.1. corp. & lib.1. d.37. p.2. dub.3. quæ si consideretur respectu esse Angelici dicitur Ævum, si respectu affectionum dicitur tempus, vel sæculum. *ibid. & lib.2. d.2. p.2. a.2.q.2. & op. Cent. p.3. sec.7. & op. de 7. Itin. ætern. d.7. & t.1. in Eccles. c.3.*
2. Angelorum mensura dicitur æviternitas, quatenus mensurat ipsum esse Angelicum. *ibid. quatenus verò mensurat affectiones, dicitur tempus largè sumptum. ibid. & lib.2. art.2. quæst.2.*
3. Ævum omnium æviternorum non est unum numero, sed specie, quia respicit esse completum, scilicet, materiam quatenus est sub forma, quod est unum specie in Angelis. l.2. d.2.p.1.a.1.q.2. corp.
4. Ævum Angelorum in opinione contrariorum est unum ratione formæ, ut est immutabilis. l.2.d.2.p.1.a.1.q.2. corp.
5. Ævum respicit materiam, ut est sub forma, vel formam immutabilem : tempus verò respicit materiam, ut est in potentia ad formam : ob id unitas etiam ipsorum est differens : nam illa est specifica, hæc numerica. *ibid.*
6. Angelus, & Beatus habent eandem mensuram, quia consimilem modum durandi habent. *ibid. q.1. ad 4.*
7. Angelorum ævum est de genere successivorum, sed est differens successio à tempore : nam tempus est cum innovatione, & veteratione : non sic ævum. lib.2. d.2. part.1. art.1. quæst.3. corp. & lib.1. disp.37. part.2. dub.3. & quæst. ult. ad ult.
8. Angelicum ævum importat tantum continuationem circa esse. *ibid.*
9. Angelorum intellectiones, & tormenta in inferno succedentia post iudicium non mensurabuntur tempore propriè sumptò, sed mensura, quæ dicitur sæculum. *ibid. quæst.2. a.2.*
10. Angelicum intelligere, sicut & aliæ affectiones mensurantur tempore, non quatenus est mensura primi mobilis. lib.2. disp.2. part.1. art.1. per tot. & d.7. part.2.a.1.q.2. ad 3. & l.2. d.11. dub.2.
11. Angeli, & Animæ duratio est eadem si consideretur à parte post. l.2. d.18. a.2. q.2. ad 3.
12. Angelus quia est simplex habet etiam proprietates simplices excepta duratione, quæ tamen non habet partes actu existentes, sed tantum nunc. lib.2. d.2. part.1. a.1. q.3. ad 4.
13. Angelorum duratio differt à duratione animarum non à parte post : utraque enim est infinita, sed à parte ante, cum sit finita. l.2. d.13. a.2. q.2. ad 3. & l.2. d.13. a.1. q.3. ad 3.
1. Angelorum multiplicatio non est per multiplicationem unius ab altero, sed à Deo. l.2. d.3. p.1. a.2. q.1. ad 1.
2. Angelorum multiplicatio, sicut & hominum, est ad declarandam, & collaudandam divinam potentiam, sapientiam, & bonitatem : ob id sunt in magno numero Angeli. *ibid. l.2. disp.3.*
3. Angelorum numerus soli Deo cognitus, ignotusque & Beatis, & Angelis. *op. de 7. Don. Sp. S. de don.7. c.10.*
4. Deus unum Filium habet, quia ipse exprimit perfectè, & imitatur Patrem : voluit tamen creare plures Angelos, quia Angelus perfectè non exprimit creationem. lib.2. d.9. quæst.8. ad ult.
- Raphael, Gabriel, Michael, Uries quodnam officium habeant ; & quomodo interpretetur nomen ipsorum. *op. Cent. p.3. sec.18.*
- Hierarchia Angelica quid sit, & alia ad ipsam spectantia. *Vid. Hierarchia. n.1. & seq.*
1. Angeli ministrant homini non propter se, sed propter Deum, sicut dives pauperi, & fortis ægrotanti. lib.2. d.1.p.2. art.2. quæst.2. ad ult. *Vid. Angeli nobilitas. num.3. Vid. Angelorum custodia. Vid. Angeli nomen. n.16.*
2. Angeli quare dati sunt ad sustentandam infirmitatem

*Numerus.*

*Hierarchia.*

*Ministerium.*

- mitatem nostram. lib. 2. d. 1. p. 2. art. 2. q. 2. corp.
3. Angelis qualiter ordinetur homo. ibid.
  4. Angelorum ministerium quomodo augeat eis præmium accidentale. Vid. *Meritum Angelorum*.
  5. Angeli omnes cujuscunque ordinis sunt administratorii spiritus in ministerium nostrum missi, vel mittendi. l. 2. d. 6. a. 1. q. 1. ad 2.
  6. Ideo omnes dicuntur Angeli, quod est nomen officii. ibid. ad 1.
  7. Angeli habent duplicem vim, scilicet contemplativam respectu Dei, & administrativam respectu hominum. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. in corp.
  8. Angeli quoad vim ministrativam possunt dici Viatores. l. 2. d. 9. q. 6. ad 2. & l. 4. d. 43. a. 1. q. 3. corp. & fund.
  9. Angeli mittuntur ad sublevandam nostram indigentiam. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1. ad 2.
  10. Angeli omnes sunt nobis in adiutorium sive mediata, ut sunt superiores, qui revelant inferioribus quæ sunt nobis necessaria, & perferunt, & offerunt nostras orationes Deo, non ut Deum instruant, sed ut orationes nostras Deo magis acceptas faciant igneis suis affectionibus, sive immediata in ministrando l. 2. d. 10. a. 1. q. 2. ad ult. & t. 3. ser. de Angelis.
  11. Angeli in ministrando inflammant affectum nostrum excitando, & adjuvando. ibid. art. 2. q. 1. corp.
  12. Angelorum est purgare quoad cognitivam, non quoad affectivam: id enim est proprium solius Dei. l. 4. d. 5. a. 3. q. 1. ad 1.
  13. Angelorum omnium ordinum officia expenduntur. t. 3. ser. de Angelis.
  14. Angelus nuntiavit Mariæ Incarnationem ut servus, & Minister Domine suæ. lib. 3. disp. 2. dub. 4. proposuit tres Personas divinas. d. 3. dub. 2.
  15. Angelus non potest baptizare, & quare. lib. 4. d. 5. art. 1. quæst. 1. corp. Vid. *Baptismi conditiones, & Minister*. numer. 17. & 30. sequent.
  16. Angeli quomodo perferant sacrificia in Cælum. l. 4. d. 11. p. 1. dub. 4.
  17. Angeli boni, vel mali an vexent Animas Purgatorii, & damnatas; & an deducantur ibi ab eis. l. 4. d. 20. p. 1. q. 5.
  18. Angeli boni quomodo dicuntur vexare bonos, & justos. ibid.
  19. Angelus bonus, & malus assistunt in egres-  
su animæ à corpore. l. 4. d. 20. p. 1. q. 5.
- Prelatio.*
1. Angelorum prælatio exponitur. lib. 2. d. 9. in expof. Tex. & per tot. dist. & l. 2. d. 44. art. 2. q. 2. Vid. *Angeli operatio*. n. 16. & sequent. Vid. *Dominium*. n. 8. Vid. *Angel. missio*.
  2. Angelorum præsentia respectu aliorum Angelorum consistit in refulgentia divinæ Bonitatis ostensa inferioribus. lib. 2. disp. 9. exp. Text.
  3. Ordo ordini superior est in naturalibus, & etiam in gratuitis. l. 2. d. 9. q. 6. corp.
  4. Angeli superiores influunt in inferiores purgando, illuminando, & perficiendo respectu hominis ministerii, & ministeria complenda injungendo. ibid. & lib. 4. d. 19. art. 3. q. 1. ad 5.
  5. Angelorum prælatio cessabit post judicium quoad influendum, & illuminandum, non quoad ordinis dignitatem. ibid.
6. Quamdiu durat mundus, Angelus Angelo, Dæmones Dæmonibus, & Homines Homini-  
bus præfunt. ibid. fund.
  7. Ordo Principatus dicit habitum non actum Unde erunt etiam tales post judicium, licet actualiter non imperent. lib. 2. d. 9. quæst. 6. ad 4.
  8. Ordines Angelici non sunt æqualis perfectio-  
nis, sed est quædam gradatio proportionabi-  
lis, ex qua resultat convenientia, & pulchri-  
tudo mirabilis. lib. 2. d. 9. q. 8. corp. & op. de  
Eccles. Hier. p. 1. c. 1.
  9. In ordinibus Angelorum est major excessus  
perfectio, & præsentia, quam sit inter  
choros sanctorum. ibid.
  10. Superioritas unius ordinis Angelici ad alte-  
rum est circa dona creata. ibid. ad 3.
  11. Angelorum ordines habent præcellentiam  
unius ad alterum ordinatè, quod non est in  
hominibus, cum ipsi Angeli secundum dona  
naturæ habuerint permanentes dona gratiæ.  
ibid. q. 9. corp.
  12. Ordinum angelicorum nomina sumuntur  
penes officia ministrandi. ibid. q. 6. fund.
  13. Seraphim præponuntur cæteris, quia est  
perfectius converti ad Dominum, quam præ-  
sistere aliis. ibid. & t. 3. ser. de Angelis.
  14. Angeli superiores qualiter illuminant, pur-  
gant, & perficiunt inferiores, & Animas ho-  
minum. l. 2. d. 10. p. 2. a. 2. q. 2. & l. 4. d. 5. p. 2. a. 3.  
q. 1. ad 1.
  15. Angelorum prælatio respectu hominis quo-  
modo faciat perfectiorem rationem imaginis  
in eo. l. 2. d. 16. a. 2. q. 1. corp.
  16. Angeli superiores non illuminantur ab infe-  
rioribus, nec purgantur, sicut Prælati homi-  
nes absolvuntur à subditis, & quare. l. 4. d. 19.  
q. ult. ad 4.
  17. Angeli præpositi significant minoribus,  
quod de Dei voluntate præsentunt aliquibus  
nutibus, seu signis, seu loquutione. l. 2. d. 10.  
a. 3. q. 1. fund.
  18. Angelus licet præsideat alteri Angelo, non  
tamen illum custodire dicitur, cum nullus  
Angelus possit expugnari, & vinci. l. 2. d. 11.  
a. 1. q. 2. ad 2.
  19. Angelica præsentia respectu hominis qua-  
lis sit. ibid. ad 3.
  20. Angeli quomodo dicantur primi, & novissi-  
mi. t. 3. ser. 4. in septuagesima.
1. Angelus per naturam habet intellectum dei-  
formem, quod intelligendum est respectu  
cognitionis Dei, quam potest habere absque  
receptione specierum lib. 2. d. 3. p. 2. a. 2. quæst. 2.  
corp. & ad 1. & art. 1. quæst. 2. fund. & op. de  
Eccles. Hier. p. 1. cap. 1. seu intelligendum est  
respectu specierum concreatarum, dicitur dei-  
formis, idest plenus formis.
  2. Angeli habent intellectum possibilem, &  
agentem, seu actualem, sed perfectiorem ho-  
mine. lib. 2. d. 3. p. 2. art. 2. quæst. 1. & lib. 2.  
d. 7. art. 1. quæst. 3. p. 2. & lib. 2. d. 24. p. 1. art. 2.  
quæst. 4.
  3. Angelorum intellectus possibilitas est conjun-  
cta actui. ibid. fund.
  4. Angelicus intellectus habet species innatas  
omnium rerum in universali. ibid.
- D 2      5. Angeli

*Angelo-  
rum in-  
tellectus.*

5. Angeli intellectus agens est in actu respectu eorum, quæ sunt infra posse intellectus creati, & in potentia ad ea quæ sunt suprà posse creatum, qualia sunt contingentia futura. l.2. d.7.a.1.q.3.p.2.
6. Angelorum intellectus perspicacia in discernendo qualis. op. Brev.p.3.c.8. & Centil. p.3. sec.13.
7. Angelorum intellectus est medius inter Deum, & hominem. l.2.d.3.p.2.a.2.q.1. fund.
8. Angeli virtus cognitiva non distinguitur ab ejusdem virtute operativa, & imperativa, nisi tantum ratione. lib.2. disp.9. Explic. Tex.
9. Angelus videt simul Deum in se, & creaturam in Deo, & in proprio genere ratione sublimitatis intellectus. l.4. d.43.a.3. quæst.3. corp.
10. Angelorum intellectus est potentia distincta à substantia Angeli. l.2. d.3. p.1. q.1. fund. 2. & l.1.d.8.p.2.q.2.
11. In Angelo, & in nobis ratio cognoscendi est differens, ac est in Deo. l.1.d.35. q.1. corp.
12. Qualis deceptio in cognitione malorum. V. *Deceptio*. n.1. & seq.
13. Angelici intellectus objectum sunt omnes res cognoscibiles: habet enim intellectum possibilem, & species necessarias ad omnia entia. l.2.d.3. p.2.a.2. q.1. fund. & in corp. & d.16.a.1.q.1.ad.5.
14. Angelici intellectus objectum sunt omnia cognoscibilia non superexcedentia ipsius potentiam: respectu enim Dei clarè visi indiget specie infusa. ibid.a.2.q.2.ad.3. & 4.
15. Angelus non potest non videre secreta suæ conscientiæ, quia semper est sibi præsens, & super se potens. l.2.d.8.p.2.q.6.ad.ult.
16. In objectis intellectus angelici quomodo non contineantur secreta cordis. ibid. quæst. ult. & l.1.d.9.dub.7. & t.1. in Ecclen. c.10. & l.2. d.8.p.2.q.6.
17. Angeli cognoscunt alia à se, quia aspectus cognoscentis exit ad extra l.1.d.39.a.1. quæst.1. a.1.ad.2.
18. Angeli didicerunt multa absque acquisitione nova specierum. l.2. d.3. p.2.a.2. q.1. ad 1. & l.3.d.13.a.2.q.3.
19. Angelus cognoscit tripliciter res: scilicet in verbo, in mente sua, & in se ipso. l.3. d.14. a.2.q.1. fund. & a.3.q.1.corp.
20. Angeli possunt proficere in cognitione componendo, dividendo, & conferendo: Item cognitione simplicis notitiæ, quæ est habitualis in ipsis: Item experientia, sed absque acquisitione nova specierum. l.2. d.3. p.2. art.2.q.1. ad 1. & lib.3.d.14. a.3.q.2. ad 2. & lib.2.d.23. a.2.q.1.corp.
21. Angeli possunt absque discursu multa simul intelligere. l.3. d.18.a.1. q.1. ad 3. & l.2. d.10. a.1.q.1.ad.3. & ult. Videtur oppositum dicere. l.2.d.5.a.1.q.1.corp. V. *infra* n.50. & 51. & d.2. p.2.a.2.q.2.ad.4.
22. Angelorum cognitio respectu diversorum objectorum fit per successionem, & hoc non propter oppugnantiam actuum, sed propter simplicitatem Angelici intellectus, quia una conversione totus capitur intellectus ab uno objecto. l.2.d.3. p.2.a.1. quæst.2. ad 3. & 4. Vid. *infra*. numer. 50. & 57.
23. Angeli cognitio supponit rei existentiam vel in se, vel in causam, & præsentiam. lib.2. d.3. p.2.a.2.ad.2.
24. Intellectus angelicus ob suam simplicitatem totus capitur ab uno objecto. ibid. art.1. q.2. ad 4.
25. Intellectus Angelicus non potest cognoscere res in quacumque distantia, nec futura contingentia. l.2.d.3.p.2.a.2.q.1.ad.2.
26. Angelus non singularia cognoscit, quin possit semper plura cognoscere per appropriationem specierum universalium ad singularia. l.2.d.3. p.2.a.2.q.1.ad.3.
27. Angeli cognoverunt ante Incarnationem hoc Mysterium, sed non plenè, nisi post Incarnationem. l.3.d.2.dub.4. & d.25.a.1.q.2.ad.3. & op. Comp.Theol.l.2.c.15.
28. Angelus videt, & cognoscit simul Deum in se, & creaturam in Deo, & in proprio genere ratione sublimitatis intellectus. l.4. d.43. a.3. q.3.corp.
29. Angeli aliqui norunt diem judicij. l.4. d.48. a.1.q.4.corp.
30. Angeli omnia vident in Verbo, scilicet quod est de integritate Beatitudinis, vel sui ministerii. l.4.d.48.a.1.q.4.
31. Angeli habent cognitionem matutinam, quæ est rerum visarum in Verbo: vespertina, quæ est rerum in se ipsis, & diurna, & dicitur etiam matutina, & meridiana, quæ est Dei visi. op. Brev. p.2. c.8. & op. Cent. p.3. sec.15. & op. Comp. Theol. l.2.c.15.11. & lib.2. d.4.a.3.q.2. quam tamen non habuerunt statim à sua creatione. l.2.d.4.a.3.q.1.
32. Angeli ante lapsum sciebant, quod à Deo facti sunt, & cum quibus circumstantiis. l.2.d.3. p.2. dub.3. V. *Tex. magistri*.
33. Angelus dicitur per naturam deiformis, quia sine susceptione specierum actu cognoscit per id, quod habet in se. l.2.d.3.p.2.a.2. q.2. ad 1. ob id dicitur formis plenus.
34. Angeli habuerunt cognitionem matutinam, & vespertinam largè sumptam, non perfectam à sui creatione. lib.2. d.4. art.3. quæst.2. corp.
35. Angelorum cognitio vespertina procedit ex matutina; quæ duæ cognitiones habent ordinem temporis inter se. ibid.
36. Angelorum cognitio rerum in proprio genere dicitur vespertina, quia creatura in se magis accedit ad tenebras. ibid.
37. Angelorum cognitio est ad similitudinem diei. ibid.
38. Angelorum cognitio quædam à natura, quædam à gratia; prima est duplex, scilicet vel quæ inserta est naturaliter, estq; eorum, quæ sunt de prima mundi constitutione, quæ non augetur, nec minuitur; Alia quæ est per naturalem potentiam, quæ vel est innata, vel acquisita per multiplicem conversionem, vel experientiam. l.2. d.11. dub.2.
39. Angelorum cognitio à gratia, alia est à gratia fixa, seu confirmationis, quæ non augetur, nec minuitur: Alia à gratia fluente, seu revelationis, & hæc augetur. lib.2. disput. 11. dub.2.
40. Angeli dicuntur videre omnia, quia vident Verbum,

Objectum  
intellectus  
Angelorum.



- Verbum, quod eis pro omnibus sufficit. ibid.
41. Angelorum cognitiones an subjaceant temporibus. ibid.
42. Angelus per innatas species universalium intelligit singularia. l.2. d.3. p.2. a.2. q.1. per tot. & l.1. d.9. dub.7. V. *Adam*. n. 15.
43. Angelus non tot singularia cognoscit, quin possit plura in infinitum etiam cognoscere, & hoc per appropriationem specierum universalium ad singularia: species enim infinitis modis possunt componi. ibid. l.2. d.3. ad 2.
44. Angelus ante applicationem specierum universalium à singularibus præcognoscit locum. ibid.
45. Angelus sine susceptione specierum actu videt Deum per id quod habet in se: Hinc dicitur ejus intellectus deiformis. l.3. p.2. a.2. q.2. ad 1. & op. de Eccles. Hier. p.1. c.1.
46. Angelus naturali cognitione non videt Deum, cum non sit proportio inter Divinam essentiam, & intellectum creatum; & idè ad hoc requiritur radius lucis supernaturalis. l.2. d.3. p.2. a.2. q.2.
47. Angelus naturali cognitione videt Deum non sub velamine ænigmati: hoc enim est proprium hominis: nec facie ad faciem, quia hoc est proprium Beatorum: sed in speculo absque ænigmate, & per vestigium. l.2. d.3. ibid. ad 5. & 6. & l.3. d.23. a.2. q.3.
48. Angeli beati habent cognitionem ad similitudinem dei. l.2. d.4. a.3. q.1. corp.
49. Angelis non fuit data scientia permansionis: Hoc enim spectat magis ad præmium, quàm ad meritum. l.2. d.4. p.1. a.2. q.1: sed habuerant eam probabiliter tantum: unde mali non præviderunt suum casum. ibid. ad arg.
50. Angelus non potest naturaliter multa simul intelligere. l.2. d. 5. a.1. q.1. corp.
51. Videtur oppositum dicere, ut supra. n.9. sed ibi loquitur de Angelo beato.
52. Angeli boni semper vident faciem Patris ubicunque sunt. l.2. d.10. a.1. q.1. ad 3. & op. Brev. p.2. c.8.
53. Angeli in primo instanti creationis cognoverunt res, quæ simul cum eis prodierunt l.3. d.18. a.1. q.1. ad 1.
54. Angeli cognoscunt res in Verbo alio modo, quàm in proprio genere: requiritur enim reflexio super rem, & exitus visionis à se in hac cognitione. l.1. d.38. dub.1.
55. Angeli cognoscunt alia à se, quia aspectus cognoscentis exit ad extrà. lib.1. d.39. a.1. q.1. ad 2.
56. Angeli cognoscunt singularia: Noster autem intellectus ob conjunctionem cum corpore id non potest. lib. 1. d.39. art. 1. qu.2. ad 2.
57. Angeli, & homines cognoscunt successive præterita, & futura, cum omnia non sint eis præsentia: non sic intellectus divinus. l. 1. d.41. art.2. q.1. ad ult. & lib. 2. d.3. p.2. art.1. quæst. 2.
58. Angelus cognoscit non per sensum, sed per potentiam intellectivam rem ut præsentem, & ut hic, & nunc, scilicet singularem dirigendo aspectum super ipsam. l.2. d.8. p.1. a.3. q.2. ad 4. Ubi dicitur quot modis aliquis sentire possit.
59. Angelus non potest percipere rem singularem in quantacunque distantia, & hoc non propter virtutis materialitatem, vel immaterialitatem, sed ob finitatem ejus. ibid. ad 5.
60. Angelus in corpore assumpto exercet operationes sensitivas independentes ab organo, si vult. ibid. ad arg.
61. Angeli non possunt cognoscere abdita conscientie nostræ: hoc enim est solius Dei. l.2. d.8. p.2. q.6. & l.1. d.9. dub.7.
62. Angeli possunt per signa exteriora, vel per motus cordis, vel per conjecturas deprehendere cogitationes, & affectiones nostras. ibid. l.2. d.8.
63. Angelo quanam ratione, & quibus potentiis Anima potest abscondere sua secreta. l.2. d.8. p.2. q. ult. ad ult.
64. Angelus in cognoscendo sentit, imaginatur, & intelligit per unam potentiam intellectivam: unde differentia stat solum à parte rei cognite. l.4. d.50. p.2. a.1. q.1. corp. Vid. *Anima separata* n.22. seq.
65. Angelorum Verbum quomodo formetur, & exprimatur. l.2. d.10. a.3. q.1. corp.
66. Angelica cognitio habita per loquutionem alterius Angeli indiget duplici luce: V. lib.2. d.10. a.3. q.1. ad ult.
67. Angeli quomodo videant. lib.2. ibid. quæst. 1. ad 5.
68. Angeli virtus cognitiva non distinguitur à virtute operativa, & imperativa, nisi ratione. l.2. d.9. in exp. Text. infra. V. *Angeli loquutio*: n.11.
69. Angeli potuerunt proficere in cognitione rerum componendo, dividendo, & conferendo absque receptione novarum specierum, quod tamen non fuit in Christo. lib.3. d.14. a.3. q.2. ad 5.
70. Angeli addiscunt de novo aliqua per novam revelationem. Vid. *Angelorum lumen*. num.16.
71. Angeli scientia quomodo differt à scientia Dei, Christi, & hominis. Vid. *Dei cognitio*. num.34.
1. Angeli dicuntur lumina ob lumen, quod in se ipsis recipiunt ad cognoscendum Deum. *Lumen illuminationes.* op. Cent. p.3. sec. 15. & lib.2. d.10. art.2. q.2. ad arg.
2. In Angelis est duplex lumen, scilicet quod recipiunt à Deo, & quod recipiunt ab Angelo superiori. l.2. d.9. exp. Text. & Comp. Theol. l.2. cap.15.
3. Lumen quod recipiunt à Deo facit eos ascendere ad Dei similitudinem: ibid. & op. Cent. ubi supra.
4. Angelus illuminatus dicitur Lux, & Dei cognitio. l.2. d.4. a.3. q.2. corp.
5. Angeli superiores qualiter illuminant inferiores. l.2. d.9. exp. Text. & q.6. corp. & l.4. d.19. a.3. q.1. ad 5. & q. ult. ad 4. V. *Hierarchia*, n.1. seq.
6. Angeli superiores illuminant inferiores de jis, quæ expediunt saluti hominum. l.2. d.10. a.1. q.2. corp. per tot.
7. Angeli possunt illuminare animam non quoad superiorem partem: id enim est solius Dei; sed quoad inferiorem, & hoc per modum luminis irradiantis.

- irradiantis, vel speculi, vel linguæ exprimentis. l. 2. d. 10. a. 2. q. 2. corp. & d. 18. a. 2. q. 3. corp. & l. 4. d. 45. dub. 8. V. *Anima cognitio* n. 8. seq.
8. Angelus quomodò possit exprimere spiritualia intellectu nostro. *ibid.* ad 4. l. 2. d. 10.
9. Angeli aliquando nobis revelant futura t. 3. ser. de S. Mich.
10. Angelus quilibet potest illuminare quemlibet ex Hierarchia inferiori. l. 4. d. 19. a. 3. q. 1. ad 5.
11. Angeli primæ Hierarchiæ illuminantur à Deo immediatè. Angeli secundæ à prima, & Angeli tertiæ à secunda. t. 1. ser. 21. Hexam.
12. Angeli qualiter irradiant Ecclesiasticam Hierarchiam. ser. 3. Hexam. t. 1.
13. Angelorum species sunt spirituales. l. 2. d. 10. q. 1. a. 3. in corp. & ad ult.
14. Angelus illuminans alterum per loquutionem quid faciat. V. *infra loqui.*
15. Angeli purgant, illuminant, & perficiunt. t. 3. ser. 1. de Angelis.
16. Angelis Deus aliquando revelat multa, quæ priùs non cognoscebant. l. 3. d. 14. a. 2. q. 2. corp.
- Loqui.
1. Angeli cognoscunt cognoscibile per applicationem speciei sibi innatæ ad ipsum cognoscibile, & ordinando ipsam speciem ad alium Angelum conceptus suos aperiunt. l. 1. d. 9. dub. 7. V. *Angeli intellectus* n. 65. seq. V. *Loqui* per tot.
2. Angeli habent voces spirituales. *ibid.* l. 1. d. 9. dub. 7. V. *Vox* n. 16. V. *Angelorum laudes* n. 1. seq.
3. Angeli unica virtute in loquutione faciunt quod nos pluribus. l. 1. d. 9. dub. 7.
4. Loquutionis necessitas in Angelis, & in nobis est, quia nemo præter Deum potest conceptiones alterius cognoscere, nisi ipsa intelligentia exprimat, & ipsa expressio dicitur loquutio. *ibid.* l. 1. d. 9. dub. 7.
5. Angelorum loquutio suprâ conceptum, seu verbum addit respectum ad alterum, scilicet actum protendendi speciem intelligibilem ad alterum. l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. corp.
6. Angeli loquuntur absq; signo sensibili ad invicem, quod non possunt homines: Anima enim in corpore non potest percipere absq; organo. *ibid.*
7. Species Angelica percepta ab intellectu, in quo est species est verbum interius: dum ad alterum protenditur fit verbum exterius. l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. corp.
8. Angelus ad hoc ut alteri loquatur debet esse in distantia finita, & proportionata. l. 2. d. 10. *ibid.*
9. Angelorum cogitationes sunt ipsis tantum notæ cogitantibus pro libito. *ibid.*
10. Angeli cogitatio est improprie loquutio, quia est verbi formatio: requiritur enim aliquid aliud. *ibid.*
11. Angelorum virtutes operativæ, intellectivæ, cogitativæ, & interpretativæ, seu expressivæ actus differunt ad invicem. *ibid.* l. 2. d. 10. q. 1. fund. V. *suprà Angeli intellectus* n. 68.
12. Angeli diversis actibus convertuntur ad se, & ad alterum. *ibid.* fund. & corp.
13. Angelorum loquutio ad Deum, sicut & hominum non indiget illa protensione ad alterum, sed sufficit cogitatio, quia apud Deum cogitare est loqui. l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. ad 1. V. *Loqui* n. 7.
14. Angeli verbum formatur dum speciem intelligibilem sibi, & in se intuetur. *ibid.* corp.
15. Angelus licet dicatur lux, & speculum; tamen non manifestat necessariò, sed voluntariè speciem quam in se recipit, sicut facit lux, & speculum. *ibid.* ad 3. Unde occultant, & manifestant pro libito suas cogitationes. *ibid.*
16. Loqui dicitur dupliciter ad se, & ad alterum. In se est idem, quod verbum formare: Ad alterum est idem, quod verbum formatum exprimere. Angeli loquuntur utroq; modo. *ibid.* q. 1. corp. & ad 4.
17. Angelus loquendo alteri Angelo non imprimat speciem protensam, sed tantum excitat intellectum audientis. *ibid.* ad 5.
18. Angelus audit loquentem cum propria virtute, suscipit speciem à loquente protensam, & intelligit verbum prolatum. *ibid.* ad 5.
19. Angeli inferiores loquuntur etiam superioribus, cum id non sit illuminare, sed tantum excitare intellectum audientis. *ibid.*
20. Angeli cogitatio, & locutio quomodò differant. *ibid.* ad ult. V. *Cogitatio* n. 2.
21. Angelica locutio, cum sit spiritualis non indiget medio deferente, sicut in nobis, sed defertur virtute lucis intellectus angelici offerentis, & supernæ virtutis. *ibid.* ad ult.
22. Angelus, cui alter loquitur non suscipit illuminationem, sed excitatur tantum ad intelligendum propria virtute. *ibid.* ad 5.
23. Angelus qualiter homini loquatur. l. 2. d. 10. a. 3. q. 2.
24. Angelus aliquando loquitur homini in persona Dei: aliquando ut Dei Nuntius. *ibid.* & l. 3. d. 3. dub. 2.
25. Angelus nobis in persona Dei loquitur multis modis expressis. *ibid.* & l. 1. d. 16. a. 1. q. 1. & seq. p. 1.
26. Eadem locutio quomodò possit esse simul à Deo, & ab Angelo. l. 2. d. 10. a. 3. q. 2. *ibid.* & ad 1.
27. Verbum Dei, & verbum Angeli quomodò possint esse idem. *ibid.* ad 2.
28. Angelus loquens in Persona Dei, an possit adorari, & qua adoratione. l. 2. d. 10. a. 3. q. 2. ad ult. V. *Apparitio*. l. 3. d. 9. a. 1. q. 5. ad 5.
29. Angeli quomodò loquantur per linguam hominis. l. 2. d. 21. dub. 1. & per linguam Brutorum. *ibid.* & l. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 2. & op. comsp. Theol. l. 2. c. 19.
30. Angeli quomodo loquantur Deo. op. comsp. Theol. l. 2. c. 19.
31. Angelorum superiorum loquutio ad inferiores, & è conversò qualis sit. op. comsp. Theol. l. 2. c. 19.
32. Angelus bonus quomodò loquatur Diabolo. *ibid.*
33. Angelus multipliciter loquitur homini. *ibid.*
34. Angelus quomodò audiat alium Angelum, & videat ref. l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. ad 5.
- Apparitiones.
1. Angelorum apparitiones exigunt assumptionem corporis. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
2. Angeli apparitiones quomultipliciter possint fieri, l. 1. d. 16. a. 1. q. 1.
3. Apparitio

3. Apparitiones Angelorum in Persona Dei qualiter fiant. *ibid.* q. 1. corp.
4. Apparitiones Angelorum quid in nobis operentur. *ibid.* ad 2. q. 2.
5. Apparitiones, & locutiones Dei fiunt ferè semper Angelorum ministerio. l. 2. d. 10. a. 3. q. 2. ad vlt.
6. Angelorum varietas apparitiones expenduntur mysticè. *op. de Eccles. Hier.* p. 3. per tot. & præcipuè. c. vlt. & l. 3. d. 9. a. 1. q. 5. ad arg.
7. Angelorum apparitio ad Christi monumentum expenditur. t. 2. in *Io. c. 20. n. 12.*
8. Angeli quare magis apparuerunt Pastoribus. tom. 2. in *Luc. c. 2. n. 9.*
9. Angelorum bonorum, & malorum differens apparitio explicatur. t. 2. in *Luc. c. 2. n. 10.*
10. Angelorum apparitio in resurrectione Christi, & eorum nuntiatio, misteriaque panduntur. t. 2. in *Luc. c. 24. n. 5.*
- Volunt.* 1. Angelorum voluntas per naturam est vertibilis, per gloriam fit invertibilis. l. 2. d. 14. p. 1. a. 3. q. 2. ad 5. Non potest dari cuicumq; creaturæ per naturam invertibilis. l. 2. d. 24. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
2. Angeli non habent portionem superiorem, & inferiorem. l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 2. ad 6.
3. Angelorum bona voluntas non intenditur in bono: in actu enim beatificationis pervenit ad terminum: malorum verò intenditur quoad vim administratiuam. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 3.
4. Angelorum voluntas deliberativa, cum sit libera non movetur secundum totum suum posse, licet nullum habeat retardativum: Vnde magis diligunt unum, quam alterum. *ibid.* q. 3. ad 6. Possunt etiam cessare à nocimento, vel ab auxilio pro libito. *ibid.* & ad 7.
5. Angelorum malorum voluntas quare non sit rectificabilis, sicut in homine. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. quæst. 1.
6. Voluntas Angelorum non potest simul facere in eodem instanti plura peccata maxime ea, quæ spectant ad diversas actiones. l. 2. d. 5. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
7. De cæteris potentijs Angelorum. V. l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. per tot. V. *Amor in commun.* n. 12. & 16.
8. Voluntas non potest plures actus simul producere. V. *Angelorum peccatum* n. 11.
- Peccati.* 1. Angelus peccans fuit fortè excellentissimus omnium. l. 2. d. 2. p. 1. a. 1. q. 2. corp. & d. 6. a. 1. q. 1. corp. & *op. Com. Theol.* l. 2. c. 28.
2. Angeli mali non peccaverunt in primo instanti creationis suæ. l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 2. in corp. & *fund.* l. 3. d. 18. a. 1. q. 1. ad 4. & l. 1. d. 40. a. 3. q. 1. corp. V. *Electio* n. 3. V. *Diaboli peccatum.*
3. Angeli peccatum præcesserunt tres cognitiones, seu actus, scilicet appetibilis, cui appetebatur, & ratio movens. *ibid.* l. 2. d. 3. & d. 5. a. 2. q. 2. corp.
4. Dicere quod aliqua morula non præcesserit peccatum Angeli est temerarium, & damnatum. *ibid.* Probabile est quatuor morulas intercessisse. *ibid.* l. 2. d. 3. & d. 5. a. 2. q. 2. in corp.
5. Angelorum cognitio præcessit peccatum ordine, duratione, & tempore. *ibid.* l. 2. d. 3.
6. Angelorum inferiorum peccatum subsequutum est ordine, occasione, & gradu, & duratione peccatum Luciferi. *ibid.* d. 5. a. 2. q. 2. corp. & *op. Brevil.* p. 2. c. 7.
7. Sathanas non statim ac peccavit cecidit, sed solum postquam eius peccatum consumatum est odio, & invidia *ibid.* ad 2.
8. Peccatum Luciferi multipliciter fuit gravius peccato inferiorum. *ibid.* l. 2. d. 3.
9. Peccatum inferiorum Dæmonum nullo modo est excusabile, sicut fuit peccatum Adæ. *ibid.* V. *Adam* n. 56. & 59. & 61.
10. Diaboli peccatum fuit appetitus inordinatus similitudinis Dei. *ibid.* d. 5. a. 1. q. 2. & *op. Brev.* p. 2. c. 7. & *op. Cent.* p. 1. sec. 5. & p. 3. sec. 14. V. *Infra* n. 15. & seq.
11. Diaboli peccatum primum fuit unicum, non plura, quia voluntas non potest plures actus simul producere. l. 2. d. 5. a. 1. q. 1. corp.
12. Peccatum Diaboli initiatum est à præsumptione, completum in ambitione, & confirmatum in aversione. *ibid.* l. 2. d. 5. & *op. Centil.* p. 1. sec. 5. & p. 3. sec. 14. & *op. Brevil.* p. 2. c. 7.
13. Diabolus odit verè Deum, non sic homo peccans. *ibid.* ad vlt.
14. Diaboli peccatum non fuit præcisè ommissio, nec ingratitude, nec infidelitas, nec curiositas, nec invidia. l. 2. d. 5. a. 1. q. 1. ad arg.
15. Diabolus appetijt inordinate quod habuisset, si steteret. l. 2. d. 5. a. 1. q. 2. corp.
16. Appetitus similitudinis Dei inordinatus in quo constiterit in Diabolo. *ibid.* & a. 2. q. 1. & *op. Brevil.* p. 2. c. 7.
17. Angeli inferiores licet non appetierint præfesse: noluerunt tamen modo debito subesse. *ibid.* ad arg.
18. Angeli inferiores peccantes an præcognoverint deformitatem Luciferi. *ibid.* a. 2. q. 1. ad 1.
19. Angelorum malorum divisio à bonis fuit divisio tenebrarum à Luce. *ibid.* q. 2. ad 3.
20. Angelus primus non dedit occasionem inferioribus peccandi tentando, sicut fecit cum Adam, sed tantum conceptum suum insinuando. *ibid.* ad vlt.
21. Angelus primus gravius homine peccavit, quia nullam habuit pronitatem. l. 2. d. 6. a. 1. q. 1. ad 3.
22. Ex omnibus ordinibus Angelorum aliqui ceciderunt, licet non nominentur, quia ipsorum nomina coniuncta sunt bono gratiæ, ut seraphim, Throni. *ibid.* q. 2. ad 2.
23. Diaboli voluntas non potest rectificari ob defectum pœnitentiæ, & gratiæ gratis datæ, quæ tamen non habet nisi causam deficientem, scilicet ipsam culpam Diaboli ratione status. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & *op. Brevil.* p. 2. c. 7.
24. Diabolus qualem pœnitentiam habeat. *ibid.* ad 1. & l. 4. d. 14. p. 2. a. 1. q. 3.
25. Diabolus in voluntate mala semper continuitatem habet quoad deformitatem, in qua nulla intervenit variatio: & quantum ad punitatem, & quoad actum peccandi, in quibus tamen intervenit variatio: nunc enim differentem habet vnitatem quàm prius, & modò ad vnum, modò ad aliud peccatum vertitur eius mala voluntas. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
26. Diabolus etsi faciat aliquos actus ex se bonos, tamen à sua mala voluntate deformantur. *ibid.* ad 1.
27. Diaboli actus naturales sunt deformati à mala voluntate. *ibid.* ad 3. Et idèd, licet non reddatur magis impotens ad gratiam: crescit tamen eius indignitas ob abusus donorum naturalium, & quia potest cessare ab aliquo malo. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 3. ad 7. & 8.

28. In Diabolo cessavit causa inducens, sed non efficiens, & conservans ad superbiam. *ibid.* ad 6.
29. In Diabolo quomodo iudicium sit perversum. *ibid.* ad ult.
30. Diaboli voluntas mala qualiter intendatur in malo. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
31. In Angelis malis, sicut & in damnatis inordinatus motus voluntatis imputatur eis in supplicium, & pœnam, non in demeritum. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. ad 1.
32. Diabolus licet non possit immutare malitiam: potest tamen cessare à nocumento, quod inferi homini. *ibid.* ad 7.
33. Diabolus semper est æquè impossibilis ad gratiam, sed tamen sit quotidie indignior. ad ult.
34. Angelorum peccatum quare irremediabile: peccatum verò hominis remediabile. l. 2. d. 21. a. 3. q. 2. corp. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 25.
35. Angelus non contraheret peccatum originale, si uniretur corpori. l. 2. d. 31. a. 2. q. 2. ad ult.
36. Angelus si non peccasset, etiam factus fuisset. d. 2. p. 2. in littera: & d. 9. q. 7. in fund.
37. Diaboli casus fuit duplex scilicet spiritualis, & localis: primus fuit à naturæ punitate, à flexibilitate liberi arbitrij ad bonum, de luce in tenebras, de scientia in ignorantiam, de innocentia ad culpam, de felicitate in pœnam, de dilectione in odium. op. Comp. Theol. l. 2. c. 22.
38. Diaboli casus localis fuit, vel in infernum, vel in caliginosum aërem, qui est in media regione. op. Comp. Theol. l. 2. c. 23.
39. Diaboli malitia in hominem multiplex expenditur. *ibid.* c. 26.
40. Probabile est virtutem Diaboli tolli in tentando circa aliquod vitium, in quo victus fuerit. op. Comp. Theol. l. 2. c. 27.
41. Lucifer qualis Angelus, & cur sic dictus. *ibid.* c. 28.
42. Diabolus quare vult coli ut Deus. op. Brev. p. 2. c. 7.
43. Angelorum tentamenta quare Deus permittat hominibus. *ibid.*
44. De Angelis malis. V. *Bibl. paup.* cap. 31. & 32.
45. Angeli mali stare poterant, & non averti, licet non habuerint gratiam sanctificantem: idè aversio imputata est eis ad peccatum. l. 2. d. 5. a. 3. q. 1. ad ult.
46. Angelorum ruina erat irreparabilis ob obstinationem in malo. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. & l. 3. d. 2. a. 1. q. 2. fund.
47. Angeli mali verè cruciantur igne tartareo, & non solum per imaginarias Phantasticationes. l. 4. d. 44. p. 2. a. 3. q. 2. corp.
48. Angeli mali quomodo habeant vermem, & conscientie synderesim. l. 4. d. 50. p. 2. a. 2. q. 2.
- Gratia.*
1. Angelus in sui creatione an habuerit gratiam gratum facientem est problematicum apud S. Bonav. utraque est probabilis, sed negativa est probabilior. l. 2. d. 4. a. 1. q. 2. & l. 2. d. 29. a. 2. q. 1. ad 4.
2. Angeli ab Augustino idè dicuntur cæli informes, quia creati sunt absque gratia: *ibid.* fund.
3. Angeli dicuntur à multis SS. PP. creati in gratia: id tamen debet intelligi, vel de gratia gratis data, vel tantum dispositivè. *ibid.* q. 2. corp. & ad arg.
4. Gratia, in qua creati sunt Angeli quænam sit. *ibid.* ad 1.
5. Cum Deus non det gratiam gratum facientem, nisi, vel ad motum fidei alienæ, & ad meritum Christi in pueris: vel ad usum liberi arbitrij in adultis: Unde nec Angelis eam dedit ante talem usum. l. 2. d. 4. a. 1. q. 2. ad 4.
6. Angeli nullum habebant obstaculum in merendo, quia habuerunt in creatione gratiam gratis datam. *ibid.* ad 6. in corp.
7. Angeli in sui creatione habuerunt iustitiam originalem, quæ importabat rectitudinem naturæ institutæ, & hac poterant converti ad Deum absque gratia gratum faciente, quæ donat rectitudinem meritoriam. l. 2. d. 5. a. 3. q. 1. corp.
8. Angeli quam iustificationem receperint. l. 2. d. 5. a. 3. q. 1. ad 1.
9. Videtur Seraph. Doct. dicere, quod Angeli conversi fuerint absque gratia præveniente, & ob id fuerit viribus solis naturæ. *ibid.* in corp.
10. Sed respondetur, quod pro gratia præveniente hic intelligit gratiam gratum facientem, quam asserit non prævenisse eorum conversionem: ut *ibid.* in corp. quæst. & dub. 2. & l. 2. d. 4. a. 1. q. 2. ad 1. & op. Cent. p. 3. sec. 35. ubi vocat hanc gratiam operantem, & mundificantem: & l. 2. d. 27. dub. 1. ait gratiam prævenientem esse eam, quæ facit voluntatem bonam: ergo est sanctificans. & d. 26. q. 6. corp.
11. Angelorum conversio triplex consideratur, sicut & triplex dilectio: alia enim est à voluntate naturali, qua desideratur. Deus ut beatificans: alia ab electiva, qua quis optat Dei honorem: alia gratuita, qua voluntas tota captivatur in obsequium divinum: hæc tertia exigit gratiam sanctificantem: prima, & secunda est à natura, & voluntate deliberativa. l. 2. d. 5. a. 3. q. 1. ad 4.
12. Notandum quod in dictis duabus conversionibus non excluditur gratia gratis data: ut videre est. l. 2. d. 4. a. 1. q. 2. corp.
13. Angelorum intellectus qua rectitudine naturaliter fuerit præditus. l. 2. d. 5. a. 3. q. 1. ad 2.
14. Angelorum malorum malitia, & obstinatio provenit ex defectu pœnitentiæ, hæcque ex defectu gratiæ gratis datæ præparantis ad gratiam sanctificantem, & hæc deficientia est non à Deo, nec à natura Angeli, sed ex defectu, scilicet à culpa provenit. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
15. Angelorum gratia naturam conservat, decorat, & conformat. l. 2. d. 9. expof. text.
16. Angelis quomodo data fuerit gratia Spiritus sancti, & sapientia per missionem Filij, & Spiritus sancti. l. 1. d. 15. p. 2. dub. 4.
17. Gratia in Angelis eos uniat, & conformat ad invicem quantum ad habitum, distinguit eos quantum ad usum, & ordinat quantum ad statum: habent enim officia, & excellentias diversas. l. 2. d. 9. p. 1. a. 1. q. 2. ad 4.
18. Angelis data fuit gratia ad proportionem capacitatis naturalium, quæ importabat dispositionem de congruo. l. 2. d. 9. q. 3. corp.
19. Quare iste ordo non servetur à Deo in hominibus. *ibid.*
20. Angelis non est data tanta gratia, quod maiorem non possent recipere. *ibid.* q. 5. ad ult.
21. Angeli quoad naturam & gratiam sunt minores Christo, quoad corpus sunt maiores. l. 1. d. 16. dub. 3.

22. Angeli, & homines an sint pares in capacitate ad gratiam. l. 2. d. 16. a. 2. q. 1.
23. Angeli ante lapsum non habuerunt gratiam grarum facientem, sicut habuit homo. l. 2. d. 2. a. 1. q. 2. ad 4. & d. 29. a. 2. q. 1. ad 4.
24. Angeli in conversione moti sunt in Deum secundum totum cordis conatum, quia non habebant retardativum aliquod. l. 2. d. 9. q. 3. corp. ad 2. magis diligunt Deum, quam homo. l. 3. d. 3. q. 4. ad 3.
25. Angeli quomodo dicantur Filij adoptivi. l. 3. d. 10. a. 2. q. 2. ad 2.
26. Angeli simul habuerunt gratiam, & gloriam, meritum, & præmium, ad quæ præcessit vsus liberi arbitrij. l. 3. d. 18. a. 2. q. 1. ad 4.
27. Diaboli pœnitentia quænam supra peccatum Angeli. n. 24.
28. Angeli non fuerunt sufficientes ad redimendum hominem. l. 3. d. 2. a. 1. q. 2. & t. 3. ser. 6. Do. 1. Adu.
29. Angeli boni fuerunt confirmati in ipsa conversione ad Deum quantum ad voluntatem per gratiam; quantum ad rationem per cognitionem, & ordinati immobiliter in operationem. op. Brev. p. 2. c. 8. & op. Centil. p. 3. ser. 15. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 17.
- Meritum* 1. Angelorum meritum præcessit præmium substantiale. l. 2. d. 5. a. 3. q. 2. corp.
2. Angeli præmium substantiale habent per conversionem ad Deum: accidentale verò per ministerium attributum homini. l. 2. ibid. ad 2.
3. Angelorum meritum fuit maximum. ibid. ad 3.
4. Angelis augetur præmium accidentale ad ministerium hominum. l. 2. d. 5. a. 3. q. 2. ad 2. & d. 7. p. 1. a. 1. q. 3. corp. & ad arg. & d. 9. q. 6. ad 2. & d. 11. a. 2. q. 2. & l. 3. d. 18. a. 1. q. 2. ad 2. & a. 2. q. 1. ad 4.
5. Angeli non meruerunt sibi gloriam iam habitam. l. 2. d. 27. a. 2. q. 1.
6. Angelorum dona sunt communia quoad habitum, non quoad statum. l. 2. d. 9. p. 2. q. 1.
7. Angeli qualem dilectionem Dei naturalem habuerunt in statu naturæ institutæ, & qualem ad invicem. l. 2. d. 9. p. 2. a. 3. q. 1. per tot. & d. 3. p. 1. a. 3. q. 1. ad 2.
8. Angelorum conversio fuit inchoata à voluntate libera, sed cum gratia gratis data, & consummata à gratia gratum faciente. l. 2. d. 5. a. 3. quæst. 1.
9. Angeli non potuerunt mereri in primo instanti, quia requirebatur deliberatio. V. *Angeli peccatum*. n. 2.
- Beatitudo. Gloria.* 1. Angeli non fuerunt creati in Beatitudine propriè sumpta: Vnde in primo instanti non fuerunt beati. l. 2. d. 4. a. 1. q. 1. corp. & dub. 1. Vno actu beatificati. l. 3. d. 32. q. 4. ad 2. sed tantum in Beatitudine naturali.
2. Angeli possunt dici beati in primo instanti, quatenus beatitudo dicit privationem omnis mali. ibid.
3. Angelus naturali cognitione non vidit divinam essentiam, quia divina lux est inaccessibleis viribus naturæ creatæ. l. 2. d. 3. p. 2. a. 2. q. 2. corp.
4. Angelus quo sensu à SS. PP. dicatur per naturam deiformis. ibid. ad 1.
5. Angeli voluntas qualiter ferebatur in Dei dilectionem tempore naturæ institutæ. ibid. a. 3. q. 1.
6. Angelus in puris naturalibus vidit Deum in speculo absque ænigmate ibid. ad 5.
7. Angeli beati habent multiplicem cognitionem ad similitudinem diei absque nocte. l. 2. d. 4. a. 3. q. 2. corp.
8. Angelorum conversio ad Deum perfecta: explicatur supra de Gratia n. 8. seq. Ipsorum glorificatio. ibid. & n. 26.
9. Angeli habent gaudium accidentale de bonis operibus, quæ fecerunt pro eo, qui damnatus est. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. ad ult.
10. Angelis augetur præmium accidentale. V. *supra de Merito*. n. 4.
11. Angeli sic gratulantur de salvatione hominum, ut non tristentur de damnatione. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. corp. V. *Gaudium*. n. 33.
12. Angelus ita erat proximus gloriæ, vt solo uno actu poterat effici gloriosus. l. 2. d. 21. a. 3. q. 2. ad 1.
13. Angeli an meruerint gloriam habitam. l. 2. d. 27. a. 2. q. 1. ad 1.
14. Angeli simul habuerunt gratiam, & gloriam, meritum, & præmium: vsus enim liberi arbitrij præcessit infusionem gratiæ: idèd in ipsa infusione habuerunt vtrumque, sed meritum præcessit prioritate naturæ. l. 3. d. 18. a. 2. q. 1. ad 4.
15. Angeli videntes Verbum dicuntur omnia habere, non quod non possint addiscere multa per alios Angelos, & per experientiam: sed quia in vno habent, quod omnibus prævalet. l. 4. d. 45. dub. 9.
16. Angelis quale gaudium acrescat in conversione peccatoris. t. 2. in Luc. c. 15. n. 8. & t. 3. ser. 3. & 4. dom. 3. post Pentec.
17. Angeli gaudent super peccatorem pœnitentem ob multas causas. ibid.
18. Angelos quomodo Deus dicitur convocare ad congratulandum ei. ibid.
19. Angelorum requies cum hominibus in gloria qualis. t. 3. ser. 1. & 2. in sab. sancto.
20. Angelorum beatitudo multipliciter expenditur. t. 3. ser. 2. in festo omnium sanct.
21. Angelorum gloriæ sublimitas quoad claritatem, incunditatem, & plenitudinem expenditur. t. 3. ser. 2. de Angel.
22. Angelorum contemplatio circa mysteria divinæ providentiæ, omnipotentia, & misericordia. expenditur. t. 3. ser. 3. de Ang.
23. Angeli simul, & semel cogitant de Deo, & de nobis. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1. ad 3. & t. 3. ser. 1. de Angelis; licet amenitate illius loci priventur. ibid. & op. stim. p. 3. c. 9.
24. Angeli absentes ab Empyreo plus declarantur in Dei voluntate, quam ibi esse. ibid. ad 6.
25. Angeli habent vim administrativam, secundum quam merentur, & contemplativam, secundum quam fruuntur. l. 3. d. 18. a. 1. q. 2. ad 2.
26. Angeli quomodo habeant spem, & desiderium. l. 3. d. 26. dub. 5.
1. Angelus est nomen officij, quod est mitti: est *Missio*, que commune omnibus ordinibus Angelorum: licet approprietur infimo ordini. l. 2. d. 6. a. 1. q. 2. ad 1. & d. 10. per tot.
2. Angeli mali propriè non mittuntur à Deo, quia missio importat imperium, & auctoritatem, quam propriè eis Deus non confert, sed tantum permittit. l. 2. d. 10. dub. 1.
3. Angelorum missio activa propriè solum Deo *coure*

convenit, minùs propriè etiam Angelis superioribus habentibus subiectam, & secundariam auctoritatem. l. 2. d. 10. dub. 2.

4. Angeli aliquando sortiuntur nomina ab officio, ad quod deputantur, licèt non sit proprium ipsorum officium: sic dicitur Seraphim, qui purgavit labia Esaia. l. 2. d. 10. dub. 5. & a. 1. q. 2. ad 2.
5. Angelorum missio activa respectu Dei competit charitati Dei, per quam manifestatur eius bonitas. *ibid.* a. 1. q. 1. corp.
6. Angelorum missio passiva competit charitati angelicæ, & humanæ: Angeli enim desiderant maxime salutem nostram, & nos indigemus ipsorum adiutorio. *ibid.*
7. Angelorum missio ordinata est à Deo ad nostram salutem. *ibid.* fund.
8. Angelorum missio ad nos est disposita à Deo, vt salvetur ordo decens, & congruus in ministerio, & actionibus: licèt enim multa possit Deus facere per se, vult vti ob id Angelorum ministerio. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1. ad 1.
9. Angeli mittuntur ad nos, vt nos excitent ad salutem. *ibid.* ad 2.
10. Angeli missi ad nos simul vident etiam Deum. *ibid.* ad 4.
11. Angelorum missio duplex, scilicet interior & exterior: prima est Angelorum ad Angelos, sed propter nos: secunda est ad nos immediatè: Ad primam inserviunt superiores. ad 2. inferiores. l. 2. d. 10. a. 1. q. 2. corp.
12. Angeli omnes mittuntur ad nos vel mediatè, vel immediatè. *ibid.*
13. Missio omnis superna aut est ad redimendum, & salvandum nos, aut ad ministrandum: 1. competit soli Deo: 2. Angelis. *ibid.* ad 3.
14. Missio Angelorum ad quot bona nobis inserviant. *ibid.* ad ult.
15. Angeli mittuntur ad influendum affectum nostrum, non tanquam causæ principales, sed excitantes, & adiuvantes: solus enim Deus potest in voluntatem nostram. l. 2. d. 10. a. 2. q. 1. corp.
16. Angeli qualiter diffundant nobis suam bonitatem. *ibid.* ad 1.
17. Angeli qualiter mittantur ad illuminandam Animam nostram. l. 2. d. 10. a. 2. q. 2. corp.
18. De Apparitionibus Dei factis per Angelos. V. *Apparitio.* n. 7.
19. De Angelorum custodia agitur l. 2. d. 11. per totam, & Comp. Theol. l. 2. c. 17. in ordine ad Ecclesiam. V. *Ecclesia.* n. 92. & 158. & 62.
20. Angelos deputari ad custodiam dicit altitudinem Divinæ potentiae, ordinem sapientiae, & dulcedinem misericordiae. l. 2. d. 11. a. 1. q. 1. corp.
21. Angeli dati sunt custodes hominum contra Diabolum impugnantem. l. 2. d. 11. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. corp.
22. Si deesset angelica custodia, pauci essent homines, quos Diabolus non dejiceret. *ibid.* ad 1.
23. Angelica custodia non minuit in homine triumphantem de Diabolo meritum. *ibid.* ad 2.
24. Angelicum ministerium respectu hominis non est subiectionis, sed praesidentiae: idè Angelus non ob hoc vilescit. *ibid.* ad 3. q. 1.
25. Angeli custodiunt homines propter Deum: idè vt servi Domini Dei ab ipsis consideramur in tali ministerio. l. 2. d. 11. a. 1. q. 1. ad 3.
26. Angelica custodia, & tutela debetur Angelis

Custodia,  
& assistentia  
Angelorum respectu hominis.

ratione nobilitatis ipsorum ex natura, & ex gratia: sunt enim fortiores, & excellentiores homines. *ibid.* ad 4.

27. Custodia Angelica non excludit eam, quam habet Deus de homine: imò divina inservit ad perfectionem angelicæ, & hæc ad illius manifestationem. *ibid.* ad 5.
28. Licèt Deus per se possit totum exequi, quod faciunt Angeli Custodes: tamen id noluit, sed per Angelos multa ordinavit exequenda, sicut & alia multa per alias creaturas. *ibid.*
29. Licèt Deus ipse voluerit esse Redemptor: tamen voluit, vt creatura angelica esset custos hominum: primum enim officium est æquè magnum ac condere hominem: secundum verò dicit aliquem effectum beneficentiæ, qui magis est exterius, quàm interius. *ibid.* ad 6.
30. Angeli deputantur homini statim ac infunditur anima in corpore, non priùs: quia illa custodia respicit principaliter animam: nec differri debet huiusmodi custodia, quia ex tunc defendere potest, & adiuvere. l. 2. d. 11. dub. 1.
31. Angelus deputatur Custos hominis, quia existens in vtero potest interimiri, & damnari, dum est extra vterum ante usum rationis potest impediri à baptisate: dum est in adulta ætate, potest pertrahi ad varia peccata. *ibid.*
32. Angelica custodia principaliter dirigitur ad tutelam Animæ. l. 2. d. 11. a. 1. q. 2. fund.
33. Angelus deputatus fuisset etiam in statu innocentiae: tunc enim etiam indignisset, non tamen tantum, sicut nunc: poterat enim peccare, & etiam in bono proficere. l. 2. d. 11. a. 1. q. 2. corp. fund.
34. Angelus quare non deputatur ad custodiam alterius Angeli, licèt praesideat &c. l. 2. d. 11. a. 1. q. 2. ad 2.
35. Angelus vni homini deputatur, & quare non plures vni homini. *ibid.* ad 4.
36. Angelus deputatur homini: tum quia potest opprimi a Diabolo in corpore per violentiam: tum quia potest seduci per astutias: tum quia potest allici per blanditias ad malum: primum respicit defensionem corporis: 2. eruditionem rationis: 3. incitationem affectus. l. 2. d. 11. a. 1. q. 3. corp.
37. Angelus custos non fuit Christo deputatus: tum quia non indigebat ex aliquo ex tribus capitibus enumeratis: tum quia non competeat, quia ipsi subeerant, non praerant Christo. *ibid.* & op. Comp. Theol. l. 2. c. 18.
38. Angelus deputatur homini, ne incurrat damnatum, vel incommodum, vel peccatum, vel omissionem alicuius boni. *ibid.* fund. q. 3.
39. Angelos mandasse de Christo dicitur Ps. 90. quatenus dicitur caput membrorum, scilicet ratione membrorum, non ratione sui. *ibid.* ad 1.
40. Angelus qualiter confortavit Christum. *ibid.* ad 2.
41. Angelis quomodo Christus dicatur minoratus. *ibid.* ad 3.
42. Angelica custodia passiva in homine importat dignitatem admixtam cum imperfectione, & indigentia. l. 2. d. 11. a. 1. q. 3. ad 5.
43. Angelus Custos exercet actus suos tum ratione boni conservandi, vel acquirendi, vel augendi, tum ratione deserendi, & evitandi, & minuendi malum. l. 2. d. 11. a. 2. q. 1. corp.
44. Angelus Custos nunquam deserit hominem: cum

Custodia  
& Pro-  
tectio.

- cum hoc tamen discrimine, quod obstinatos deserit quantum ad bonum promovendum, vel conservandum, ne frustra operetur. *ibid.* corp. An deseret Antichristum. V. *Antichristus* num. 1.
27. Angelus non deserit hominem totaliter ob peccatum: custodia enim respicit indigentiam; non sic gratia, quæ exigit dignitatem. l. 2. d. 11. a. 2. q. 1. ad 1.
28. Angelus si desereret hominem, totaliter ipse homo incurreret multa, & maxima mala. *ibid.* ad vlt.
29. Angelus Custos: 1. increpat pro delictis; 2. absoluit à vinculis peccatorum; 3. affert impedientia ad bonum; 4. arcet Dæmonem; 5. docet; 6. secreta revelat; 7. consolatur; 8. in via Dei confortat; 9. in via deducit; 10. hostes deiecit; 11. tentationes mitigat; 12. orat, & orationes defert. l. 2. d. 11. a. 2. q. 1. ad vlt.
30. Angelis Custodibus augetur gaudium accidentale, & extensivè ex salvatione custoditi. l. 2. d. 11. a. 2. q. 2. & q. 3. per tot. & d. 5. a. 3. q. 2. ad 2. & t. 2. in Luc. c. 15. & t. 3. ser. 3. & 4. Dom. 3. post Pent.
31. Angeli ex damnatione custoditorum, nec gemitum misericordiæ incurrunt propter plenitudinem gaudij, quod habent, nec detrimentum aliquod propter stabilitatem boni adepti. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. corp.
32. Angelis augetur gaudium accidentale ex custodia tum bonorum, tum malorum, & hoc ex gaudio, quod habet in Deo, & in se ipso, & in bonis operibus, quæ fecit. *ibid.* q. 3. ad 5. & ad vlt.
33. Angeli Custodes conformant suam voluntatem etiam in his, quos Deus vult damnari. *ibid.* in fund.
34. Angeli Custodes adducentur in iudicium ad manifestandam malitiam, & negligentiam eorum, quos custodierunt. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. ad 1. & t. 3. ser. 2. Dom. infra Octavam Ascens.
35. Angeli Custodes dicuntur flere propter peccata custoditorum non verè, sed vel per quandam conformitatem, vel apparentiam in signo, vel effectu exteriori, vel per figuram Antropothaton: sicut Deus tactus dolore dicitur. *ibid.* ad 1. & 2. & t. 3. ser. 3. & 4. Dom. 3. post Pent.
36. Angeli Custodes dicuntur etiam Prælati, qui exinanabuntur de custodia subditorum. *ibid.*
37. Angelus Custos potest de novo gaudere de salute, sed non tristari de damnatione custoditi: hoc enim ei non competit. *ibid.* ad 3.
38. Angeli ex damnatione custoditorum non frustrantur suo desiderio, quia desiderant ipsorum salutem non absolutè, sed cum conditione, si ipsi voluerit adhærere Christo. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. ad 4.
39. Quadruplex effectus custodiæ angelicæ assignatur circa Animas: primus ut proficiat Anima in bono gratiæ; secundus ne cadat in malum culpæ; tertius si cadit, quod resurgat; quartus ut præservet si non à toto, à tanto. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. ad vlt.
40. Angelis Custodibus vel non est revelata damnatio custoditorum, vel si revelata est, tamen non cessant custodire ob aliquam ex supra traditis causis. *ibid.*
41. Angelus quare datus sit homini ad sustentandam suam infirmitatem. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. corp.
42. Angeli ministrant homini non propter se, sed propter Deum, sicut dives pauperi, & fortis ægrotanti. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad vlt.
43. Angelorum charitas, & sollicitudo, & ministerium circa nos expenditur. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1. per tot. & nostra indigentia custodiæ angelicæ proponitur. *ibid.* ad 2.
44. Angelicæ virtutes non solum sunt circa, sed etiam intrà nos. t. 1. in Pl. 102.
45. Angeli boni quomodo dicuntur portare orationes nostras Deo; & mali malas actiones. t. 1. in Ecclen. c. 10. in fine.
46. Angeli intercedunt pro nobis. t. 1. in Ecclen. c. 10. in fine.
47. Angeli sunt amici nostri. t. 1. in Thren. Hier. cap. 1.
48. Angelorum condescensio, custodia, & ministerium, quod præstant homini expenditur. t. 2. in Luc. c. 2. n. 9. & cap. 4. n. 11.
49. Angeli magis apparuerunt Pastoribus ob paupertatem, simplicitatem, & vigilantiam ipsorum, quam valde amant: item ob mysterium. t. 2. in Luc. c. 2. c. 9.
50. Angeli sunt nostri legati portantes orationes nostras ad Deum. t. 2. in Luc. c. 15. & l. 3. d. 11. p. 1. dub. 4.
51. Angelorum gaudium super pœnitentiam peccatorum expenditur. t. 2. in Luc. c. 15. & t. 3. ser. 2. dom. 4. Epiph. & ser. 1. in die Cin. & ser. 3. in Oct. Pasch. & ser. 1. Dom. 10. post Pentec. & ser. 3. Dom. 12. post Pentec.
52. Angeli nos illuminant, & instruunt de mysteriis cœlestibus. t. 2. in Luc. c. 24. n. 3.
53. Angeli offerunt thus orationis nostræ ad Deum, idè ostensi sunt habentes thuribulum aureum in manu; ob idque cavendum, ne Angelus Custos vacuo thuribulo appareat inter alios. t. 3. ser. 4. in die Epiph. & ser. 1. dom. 10. post Pent. & l. 4. d. 45. a. 2. q. 2. ad 2. & a. 3. q. 3. ad vlt.
54. Angelorum tutela in vita, & morte hominis exponitur. t. 3. ser. 4. dom. 4. Quadrag. & ser. 4. in Ascens. & ser. de S. Mich. & ser. 1. de Angelis & l. 4. d. 20. p. 1. q. 5. corp.
55. Angelorum officium est perducere ad religionem, & ad statum perfectionis. t. 3. ser. 4. dom. 2. post Pasch.
56. Angeli ascendentes super scalam virtutum ad hominum subsidium in vita, & in morte proponuntur in visione Iacob Patriarchæ. t. 3. ser. 4. in Ascens.
57. Angeli sunt fratres nostri. t. 3. ser. 4. dom. 5. Epiph. Item sunt amici nostri auscultantes libenter in horto Ecclesiæ vocem canentium, prædicantium, & gementium. ser. 4. Dom. 8. post Pent.
58. Angelorum beneficia in nos expenduntur. t. 3. ser. 1. dom. 10. post Pent. & ser. 1. de S. Luc. & s. 1. dom. 16. post Pent. & ser. 2. de S. Ant. & ser. de S. Mich.
59. Angeli quali reverentia, & obsequio à nobis tractandi. *ibid.*
60. Angelus dicitur Aquila parata ad adiuvandam nos. t. 3. ser. 2. dom. 24. post Pent. Dicitur Nuncius Dei. ser. 1. de S. Mich.
61. Angeli custodes sunt positi super muros Hierusalem:

- rufalem: vt Esaiæ. c.62. & tom.3. ser.1. de S. Mich.
62. Angelus Custos quo sensu dicatur aduersarius noster in via obfistens. t.3. ser.1. de S. Mich.
63. Angeli primò nobis obfistunt in malis per impedimenta: secundò resistunt aduersariis nostris: tertio illuminant lapsos in peccatis, & excitant ad pœnitentiam: quartò impetrant à Deo pro nobis: quintò nos corroborant, & confortant, & promovent ad virtutes: sextò exhibent salutaria monita, & revelant mysteria: septimò elevant mentem, & inflammant: octavo portant bona nostra ad Deum: nonò portant electos ad Cælum. ser. de S. Mich.
64. Angeli sunt nostri mediatores ad Deum. l.2. d.11. per tot. & t.3. ser. de S. Mich. quomodò sit verum ipsos portare, & offerre Deo orationes nostras. l.4. d.46. dub.7.
65. Angelorum continua assistentia homini expenditur, & deputatio ad custodiam. ibid. & op. Centil. p.3. sec.18.
66. Angelis omnium ordinum officia expenduntur. t.3. ser.1. de Angelis.
67. Angeli sunt à nobis diligendi, honorandi, & prædicandi. ibid.
68. Angeli dum nostræ custodiæ incumbunt, non carent divina visione, licet amenitatis illius visione pro nostra vtilitate careant. ibid.
69. Angeli quomodò tanquam magistri nos instruunt. ibid.
70. Angeli nobis gratiam divinam impetrant, & inflammant affectum nostrum. ibid.
71. Angeli hominem provocant ad bona opera, & eum liberant ab hostibus, & multis periculis. ser.1. & 2. de Angelis.
72. Angelorum deputatio ad nostram custodiam quale beneficium. ser.2. de Angelis & op. Centil. p.3. sec.18. & op. de Eccles. Hier. p.1. c.1. & 3.
73. Angeli sunt milites Dei traditi in ministerium nostrum. ser.3. de Ang. ibid. & ser.1. de Dedic. templi.
74. Templo cuiusque consecrato deputantur Angeli Custodes. ser.1. de dedic. templi: suntque milites circumdantes eum, & custodientes. ibid. assistunt corpori Christi. ibid.
75. Angelorum protectio quanta in homines sanctè vigilantes, orantes, obedientes, & benè operantes. ser.4. de Angelis.
76. Angeli singulariter protegunt pueros. ser.2. de SS. Innoc.
77. Angeli ministrant, purgant, illuminant, & perficiunt hominem. op. Brev. p.2. c.8. & t.3. ser. de Angelis.
78. Angeli suas gratias nobis communicant, & bono nostro gratulantur. op. de Eccles. Hier. p.1. c.1.
79. Angelorum inimicitia cum peccatoribus qualis. t.3. ser.2. ser.3. Pasch.
80. Angeli serviunt homini, quomodò stellæ serviunt Mundo. t.1. ser.2. Hexam.
81. Angelorum ministerium non negligendum. ibid.
82. Angelis quid Deus mandaverit de nobis. op. Medit. vit. Christi. c.37.
83. Angelorum ministerium respectu animæ nostræ exponitur. op. Soliloq. c.1. & op. Incendium c.2.
84. Angeli omnes quomodò servire dicantur homini. t.1. ser.2. Hexam.
85. Angeli superiores apud Deum advocati, minus pro nobis gerunt. l.2. d.10. a.1. q.2. corp. & l.3. d.3.2. q.4. ad vlt: quo sensu dicuntur advocare, & allegare pro nobis coram Deo, & deferre orationes nostras ad ipsius tribunal. l.4. d.45. dub.7.
86. Angeli sunt mediatores nostri secundum statum præsentis miseræ. l.3. d.3.2. a.1. q.4. ad 4.
87. Angeli custodiunt ingredientes Ecclesiam. V. *Angeli varia* n.42.
88. Angeli erant munitiones Iudæorum. V. *Munitio* n.1. Item murus. V. *Murus*.
89. Angelorum casus. V. *Dæmon*.
1. Angeli quam convenienter reparantur per homines. l.2. d.9. q.5. corp. op. Comp. Theol. l.2. cap.24.
2. Angelorum reparatio facta est passione, & resurrectione Christi. t.3. ser.3. dom.1. Adu. & ser.2. de Resurrex.
3. Angeli quomodò non fuerint apti ad redimendum mundum. l.3. d.2. a.1. q.2, & ser.6. dom.1. Adu.
4. Angeli per Christum pacificati cum homine. t.3. ser.2. f.3. Pasch.
1. Angeli laudant Deum mentaliter, non per vocem, & si aliquando ostensi sunt laudare Deum vocaliter, id factum est per visionem imaginariam, & ad nostrum solatium, & instructionem, sicut sunt visiones factæ in corpore assumpto. l.2. d.2. p.2. dub.1.
2. Angeli laudantes Deum dicuntur astra a S. Job. ibid.
3. Angelorum laus est in ipsa admiratione contemplationis. ibid.
4. Angelorum laus est triplex, quæ in Ecclesia celebratur: scilicet, per Alleluia, Gloria in excelsis, & Sanctus, sanctus, sanctus, t.1. in Ps.117. n.1. & in Ps.104.
5. Angeli laudant Deum ob multiplicem rationem. t.1. in Ps.104.
6. Angeli quam libenter auscultant nostras orationes, & Dei laudes. t.3. ser.5. in Pentec. & ser.4. dom.8. post Pentec.
7. Angeli laudantes Deum proponuntur clariùs ad imitandum. t.3. ser.1. in festo omnium sanctorum.
8. Angeli protegunt singulariter orantes, & laudantes Deum in Ecclesia consecrata. t.3. ser. de dedic.
9. Angelorum Laus est Alleluia. V. *Alleluia* n.6.
1. Angelus si non peccasset, etiam homo creatus fuisset. l.2. d.9. q.7. fund.
2. Angelus, & anima Deo uniuntur immediatè; à Deo solo complentur, moventur, & beatificantur. l.2. d.10. a.2. q.1. corp.
3. Angeli quomodò illuminent animas hominum. l.2. d.10. a.2. q.2. corp.
4. Angelus non fuit Christo deputatus, & quomodò ipsum confortavit in horto. l.2. d.11. a.1. quæst.3.
5. Angeli gratulantur de hominum salute. V. *supra Angel. custodia*.
6. Angeli adducuntur in iudicium ad maiorem confusionem damnatorum, vt scilicet manifestent malitiam ipsorum. l.2. d.11. a.2. q.3. ad 1. V. *Infrà* n.36.
7. Quomodò dicantur Angeli pacis amarè flevisse. ibid.
8. Angelo

Repara-  
tio An-  
gelorum.Laus  
Angelo-  
rum res-  
pectu  
Dei.Varia de  
Angelis.



8. Angelorum nobilitas, & hominum comparatur. V. *sup. Angel. Differentia.*
9. Angeli dederunt, ordinaverunt, & scripserunt legem. t. 1. ser. 9. Hexaem.
10. Angelus Gabriel de quo ordine fuerit. tom. 1. serm. 21. in Hexaem.
11. Gabriel interpretatur fortitudo Dei. t. 2. in Luc. c. 1. v. 28. Quarè à Deo missus Virgini Mariæ. De Archangelo Gabriele. Vid. *Gabriel.* n. 1. seq.
12. Angeli apparebant terribiles ante Incarnationem, quia erant omnimodè homine superiores, & nondum reconciliati. tom. 2. in Luc. cap. 1.
13. Angelus Gabriel in Annuntiatione servat regulas bonæ Rethoricæ. *ibid.*
14. Angeli verba ( Spiritus Sanctus superveniet in te ) quem sensum habeant. *ibid.*
15. Angeli quarè Patribus primò apparuerint. *ibid.* c. 2. n. 9.
16. Angelorum condescensio, & ministerium præstitum homini explicatur. *ibid.*
17. Angeli quomodò signentur per. 99 oves relictas in deserto. t. 2. in Luc. cap. 15. num. 4. Vid. *infra.* 73.
18. Angelis qui vult esse in Cælo similis, debet eis in terra assimilari. t. 2. c. 20. n. 36.
19. Angeli quomodò commovebuntur in die iudicii. *ibid.* c. 21. n. 26.
20. Angelorum nuntiatio de Christo resurgente, ejusque mysteria panduntur. *ibid.* in Luc. c. 24. num. 5.
21. Angeli quarè pinguntur discalceati: ubi agitur de pedibus calceatis, & discalceatis, & multa mysteria panduntur. t. 2. in Jo. c. 1. n. 28. V. *Discalceatus.* n. 1. seq.
22. Angeli descensus in piscinam quo tempore fuerit, & quid significet. t. 2. in Jo. c. 5. n. 4. Est Doctor, & Prædicator. Vid. *Doctor* n. 11.
23. Angelus malus quomodò dicatur fuisse homicida ab initio. c. 8. n. 44.
24. Angelica tabernacula, & montes sunt novem. t. 3. ser. 3. & 6. Dom. 1. adu. & ser. 7. in rogat.
25. Angelorum ordines sunt, ad quos allumentur homines salvandi. *ibid.*
26. Angelorum exercitus dicuntur castra Dei. t. 3. ser. 4. Dom. 2. Epiph.
27. Angeli qualiter dicantur primi, & novissimi. t. 3. ser. 4. in septuag.
28. Angelorum chorus è Cælo advenit, quando sacra Eucharistia conficitur. t. 3. ser. 5. in cœna Dom.
29. Angeli non sunt plenè digni ministrare Eucharistiam. *ibid.*
30. Angelorum denuntiatio de Resurrectione Christi expenditur. t. 3. ser. 2. de Resur. Christ.
31. Angeli divitias spirituales virtutum valdè amant. t. 3. ser. 1. ser. 2. Pasch.
32. Angeli per Christum pacificati sunt cum homine, suntque inimici peccatorum. *ibid.* ser. 2.
33. Angeli quarè nuntiaverint pacem Dei cum homine. *ibid.*
34. Angeli boni, & mali arguunt diversimodè peccata hominum. t. 3. ser. 1. d. 4. post Pasch.
35. Angeli sunt boni amici nostri. *ibid.*
36. Angelorum chori venient cum Christo ad iudicium, eruntque testes nostrarum operationum. t. 3. ser. 2. in Ascens. & in Dom. *infra* oct. Ascens. Vid. *suprà.* n. 6.
37. Angeli ascendentes, & descendentes in scala visa à Jacob. t. 3. ser. 4. in Ascens.
38. Angelus in sole est homo vivens in sancta conversatione. ser. 3. in Pentec.
39. Angelus movens aquam in Piscina est Ecclesiasticus Doctor, vel Prædicator. t. 3. s. 2. Dom. 4. post Pent.
40. Angeli sunt fratres nostri. t. 3. ser. 4. Dom. 5. post Pent. libenter auscultant in horto Ecclesiæ vocem orantium. ser. 4. Dom. 8. post Pent. & op. Pharetr. l. 1. c. 6. conjunguntur psallentibus in choro. op. Reg. Novit. c. 1. Diligendū ut proximi nostri, & quomodò. l. 3. d. 29. q. 2. ad 2.
41. Angeli quàm abhorreant peccata carnalia. t. 3. ser. 1. Dom. 7. post Pent.
42. Angelorum protectio, & custodia qualis in Ecclesiâ respectu ingredientium. ser. de dedic. templi.
43. Angelorum Laudes, & mirabilia explicantur op. Phar. l. 1. c. 6.
44. Angeli orabant pro acceleratione Incarnationis. op. Medit. vit. Christi. c. 1.
45. Angelorum festum est Incarnatio. *ibid.* c. 4.
46. Angelis quid Deus mandavit de nobis. *ibid.* cap. 37.
47. Angeli pro nobis orant; sunt honorandi à nobis. *ibid.*
48. Angelica salutatio egregiè exponitur. op. Spec. B. Virg. c. 1.
49. Angelorum ministerium in missa post consecrationem exponitur. op. præpar. Missæ. c. 4.
50. Angelicæ mansiones aptantur variis meritis sanctorum. op. de 7. Itin. d. 2.
51. Angeli quàm ament cœlestia. op. de 7. Itin. d. 2. itin. 4.
52. Angeli in Deum moventur quando nobis inferviunt, sicut si essent in Empyreo. op. stim. p. 3. c. 9.
53. Angelus dicitur gratia, & virtus; & quarè op. de Eccles. Hier. p. 1. c. 1.
54. Angelorum operationes regulantur à divina voluntate. *ibid.*
55. De Angelis bonis, & malis afferuntur multæ auctoritates S. Script. op. Bibl. paup. c. 31. & 32. & Comp. Theol. l. 2. c. 14. & seq.
56. Angelus nuntiavit Incarnationem Mariæ, ut ipsius servus. l. 3. d. 2. dub. 4.
57. Angeli reverentur Mariam in Cælo. l. 3. d. 9. a. 1. q. 3. corp.
58. Angeli, qui apparuerunt Abrahæ adorati sunt ab ipso adoratione Dulix, ut Angeli; Latriæ verò ut erant signum SS. Trinitatis. l. 3. d. 9. a. 1. q. 5. ad 1.
59. Angeli qua adoratione adorandi. *ibid.* ad 2.
60. Angeli post Incarnationem Verbi non permittunt adorari ab hominibus. *ibid.*
61. Angeli quomodò dici possint filii adoptivi Christi. l. 3. d. 10. a. 2. q. 2. ad 2. quomodò incipiunt de influxu gratiæ Christi. lib. 3. d. 13. a. 2. quæst. 3.
62. Angeli quomodò habeant spem, & desiderium. l. 3. d. 26. dub. 5.
63. Angelus magni consilii est Christus, qui in Missa sic nominatur. l. 4. d. 11. p. 1. dub. 4.
64. Angelorum bonorum, & malorum vexatio expenditur. l. 4. d. 20. p. 1. q. 5. corp.
65. Angelus læsit Jacob in favore ad repressio- nem concupiscentiæ. *ibid.*

66. Angeli mali possunt in pœnis proficere, nec tamen à malo resurgere. l.4. d.21. p.1. a.2. q.1. ad 2.
67. Angelorum ministerio deducuntur homines ad iudicium, & malorum ministerio mali ad infernum. l.4. d.47. dub.2. Et quare eorum ministerio ignis, & vocis executio extremi iudicii fiet. l.4. d.47. dub.3.
68. Angeli propriè non iudicabuntur, sed iudicabunt. l.4. d.47. a.1. q.2. corp.
69. Angeli boni dicuntur iudicaturi iudicio approbationis: mali verò iudicio comparationis. ibid.
70. Anima visitatur in morte à Deo, ab Angelis, & à Diabolo. t.3. ser.4. Dom.8. Pent. V. *Angelorum custodia*. n.54.
71. Angeli reverentur Mariam in Cælo. l.3. d.9. a.1. q.3. corp.
72. An magis diligantur à Deo, quàm homo. l.3. d.32. q.4. corp.
73. Angeli quomodò dicuntur relictì à Christo Pastore in deserto, ut quæreret ovem perditam. t.3. ser.4. Dom. Palm. V. *Suprà*. n.16.
74. Angelus licèt nobilior homine, tamen non tam idoneus ad reparationem tum ob modum labendi, tum ob statum hominis lapsi: Angelus enim fuit obstinatus in malo, & peccavit per se. l.3. d.20. a.1. q.1. ad arg.
75. Angeli boni non potuerunt esse mediatores inter Deum, & hominem: mali verò possunt ad separandos amicos à Deo, & quare. l.3. d.19. a.2. q.2. ad 5. V. *Mediator*. n.5.
76. Angelorum choris qualiter anima potest ascendere mysticè. op. de 7. Itin. ætern. d.2.
77. Angeli magis dilecti à Deo quantum ad effectum conditionis; sed quoad effectum reparationis magis sunt dilecti homines: Item secundum statum præsentis miseræ magis dilecti sunt Angeli: non verò quoad statum glorificationis. l.3. d.32. a.1. q.4. corp.
78. Angeli qualiter adorandi. lib.3. d.9. a.1. q.5. ad 1. & lib.2. d.10. a.3. q.2. ad 5. V. *Adoratio*. n.28.
79. Angelorum laus est Alleluia. Vid. *Alleluia*. num.6.
2. Appetitus alius est naturalis, alius sensitivus, & alius deliberativus: primus magis dirigitur, quam dirigat: 2. medio modo se habet: & 3. dirigit: sine naturalia moventur quadam necessitate, rationalia mera libertate, & bruta quadam impetuositate, quæ est infra libertatem, & supra necessitatem: non enim possunt se reprimere, & tamen possunt ad oppositas partes tendere: Eodem modo etiam dividitur intentio. l. 2. d. 38. a. 2. q. 1. per tot. An distinguatur à motivo. l. 2. d. 24. p. 2. dub. 3.
3. Appetitus item dividitur in naturalem, & deliberativum: quæ divisio si sumitur ratione obiectorum, ita ut vnum sit tantum appetibile à substantia rationali, aliud à brutali, dividit potentias: si verò stat in modo solo appetendi, est vna potentia: in homine enim voluntas naturalis, seu synderesis inclinatur ad bonum honestum, & murmurat contra malum: sed deliberativa sequitur aliquando bonum, aliquando malum. l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. corp. & d. 31. a. 2. q. 2. corp. & l. 2. d. 25. q. 5. ad 3. & l. 4. d. 43. a. 1. q. 2. in arg.
4. Appetibile aliud est tale propter se, quia habet in se tale bonum, ut beatitudo: aliud ob bonum ad ipsum consequens, ut est appetere tribulationes: aliud in comparatione maioris mali, & id proprie non est appetere, sed ad minus malum confugere, & in hoc sensu dicitur homo peccator odisse lucem, scilicet ne in peccato deprehendatur. l. 2. d. 22. dub. 3. & 4.
5. Item appetibile dicitur aliquid dupliciter, scilicet vel in universali absque prævia cognitione: vel in particulari cum cognitione prævia: sic homo naturaliter appetit beatitudinem in communi, quam tamen in particulari multi contemnunt. l. 2. d. 22. dub. 3.
6. Appetitus est vis concupiscentiæ, & irascibilis: per primam concupiscit bonum: per secundam indignatur, & fugit oppositum. op. de prof. relig. l. 1. c. 8. Quomodo per peccatum deformati fuerint isti duo appetitus. ibid.
7. Appetitus honoris veri consistit in hoc, ut homo Deo placeat, & fugiat quæ ei displicent, & imitetur eum in bonitate; quomodo fit deformatus per peccatum. op. de prof. relig. l. 1. c. 8.
8. Actus appetitus rationalis est diligere, & custodire. t. 1. in Pf. 118. c. 7. v. 5. non arctatur per unionem cum obiecto creato. V. *Anima ad corpus*. n. 35.
9. Actus sensitivi appetitus quinam sunt; & quomodo dividatur in concupiscibilem, & irascibilem. t. 1. in Pf. 118. c. 7. v. 5.
10. Perfectio appetitus concupiscibilis stat in abstinendo, in continendo, & in sustinendo. t. 1. in Pf. 118. c. 4. v. 12.
11. Appetitus rationalis sic est naturalis, ut etiam non cesset esse deliberativus. l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. ad 2.
12. Homo quomodo naturaliter appetat beatitudinem explicatur. l. 2. d. 22. dub. 3. & d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. & l. 4. d. 49. p. 1. a. 1. q. 2. per tot.
13. Appetitus est ad magis conveniens, quo indiget appetens. l. 4. d. 49. q. vlt. ad 3. quod duplex obiectum ipsius. l. 4. d. 43. a. 1. q. 1. corp.
14. Appetitus est ordinatus ad aliquam perfectionem, quam non habet. ibid. corp. V. *Desiderium*. Inordinatus quisnam sit. V. *Concupiscentia*. n. 1. & seq.
15. Appetitus elementorum totaliter quietatur in corpore glorioso: habet enim omnem perfectionem ab anima. l. 4. d. 49. q. vlt. & qualis remanet in eo. l. 4. d. 49. p. 2. a. 3. q. 2. ad arg. Appetitus qualis in anima, & corpore separatis. V. *Anima ad corpus*. n. 8. seq.
16. Appetitus ad rem possibilem, & vniuersalem est absolutus: ad rem verò impossibilem est velleitatis, & conditionatus: vel si absolutus est, provenit à iudicio perverso. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. ad 7. quomodo ad rem possibilem, & impossibilem. l. 4. d. 43. a. 1. q. 5. ad 6.
17. Appetitus proprie non est absque cognitione. t. 1. in Pf. 118. c. 3. v. 5.
18. Appetendæ non sunt divitiæ, delitiæ, & vanitates humanæ, honoresque. ibid.
19. Appetitus rationalis pertinet ad hominem interiore: animalis verò ad exteriorem. t. 1. in Pf. 118. c. 8. v. 1.
20. Appetitus imperfectus præcedit cognitionem: perfectus verò nequaquam: 1. est secundum rationem inhiantis: 2. est secundum rationem completentis. l. 1. d. 12. q. 4. ad arg.
21. Appetitus naturalis qualiter deformatur à perversitate iudicij, & voluntatis. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 2. ad 4.
22. Appetitus tria bona respicit, honestum, utile, seu conferens, & delectabile: hæc duo appetuntur etiam ab irrationalibus: primum solum à rationalibus. l. 2. d. 25. p. 1. a. 1. quæst. 1. corp. ob id homo maxime appetit pecuniã, scientiam, pulchritudinem, dignitatem, potentiam, fortitudinem, & sanctitatem. Pf. 10.
23. Appetitus irrationalium in movendo habet potius ortum ex appetibili exteriore, quam ex impe

imperio appetitivæ virtutis : Vnde non habent dominium super proprium actum. l. 2. d. 25. p. 1. a. 1. q. 1. ad 4.

24. Appetitus similitudinis Dei quomodo licitus. V. *Adam*. n. 67. quomodo illicitus. V. *Angeli peccatum*. n. 10.

25. Appetitus animæ solùm ab obiecto infinito potest satiari. V. *Anima beatitudo*. per tot.

*Apprehensio.*

Apprehensio simplex est absque affirmatione, estque operatio sensus : intellectus verò dividit, & componit. l. 3. d. 14. a. 3. q. 2. ad 5. & d. 24. a. 1. q. 3. ad 3.

Apprehensio. Vid. V. *Anima intellectus, & cognitio*. V. *Cogitatio*. n. 17.

*Approbatio.*

1. Approbatio Dei addit suprâ cognitionem etiam divinum beneplacitum. l. 1. d. 36. dub. 3.

2. Approbatio Dei connotat bonitatem Dei vel in actu, vel in potentia ibid. Vid. *Dei voluntas*.

*Appropriatio.*

1. Appropriare aliqua Personis divinis est ipsa communia Personis divinis ad notitiam priorum personalium facientia alicui Personæ attribuere, vt Patri vnitatem : Filio veritatem : Spir. sancto bonitatem. op. declar. term. Theol. V. *Dei appropriata*.

2. Appropriatio est quædam specialis attributio ratione alicuius conformitatis cum proprio alicuius Personæ Divinæ. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. vel est appropriatum commune factum proprio Personæ, cui verè convenit. l. 1. d. 34. q. 3. ad 1.

3. Quænam appropriari possunt, & quænam non. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26.

4. Personis divinis appropriantur aliqua communia propter duas rationes : prima propter exclusionem erroris in simplicibus : secunda propter doctos. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 3. & l. 3. d. 4. a. 1. q. 1. ad arg. V. *Divinarum appropriata Personarum*. n. 1. seq.

5. Patris quænam sint appropriata, op. declar. term. Theol. & op. Brevil. p. 1. c. 6. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 26.

6. Filij Dei appropriata, & Spir. Sancti quænam sint. ibid.

7. Appropriatio quomodo fit secundum intellectum, & non secundum rem. l. 1. d. 34. a. 1. q. 3. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. Necessariò connotant ordinem, & originem. l. 1. d. 34. ibid.

8. Spir. Sancto quare magis appropriatur opus Incarnationis, quàm alteri Personæ. l. 3. d. 4. a. 1. q. 1. Appropriatur etiam aliis Personis. s. Patri ratione potentia: Filio ratione sapientia, & assumptionis : & Spir. Sancto ratione bonitatis, & amoris. ibid.

9. Appropriatio rerum an fit licita Fratribus minoribus. op. leg. S. Francisci. c. 6.

*Aptitudo.*

1. Aptitudo naturalis alia est ad actum perfectum : alia ad actum imperfectum. l. 4. d. 48. a. 2. q. 2. ad 2.

2. Aptitudo naturalis per gratiam perficitur. ibid.

3. Apud, hæc propositio in creatis importat maioritatem, & minoritatem : in Divinis dicit originem ab alio, & distinctionem : sic dicitur Verbum erat apud Patrem. t. 2. in Jo. c. 1. seu vt l. 1. d. 37. dub. 2. dicit de se transitionem quantum ad modum : quoad rem verò ratione ma-

teriz, seu terminorum, quibus additur. & l. 1. d. 5. q. 2. ad 1. V. *Transitiva*. n. 1.

*Aqua.*

1. Aqua in Scriptura aliquando sumitur pro informi materia : sic dicitur quod Spiritus Domini ferebatur super aquas : aliquando pro natura transparenti, & luminis retentiva, sic dicitur firmamentum in medio aquarum : aliquando pro ipso elemento aquæ : sic dicitur congregentur aquæ in locum vnum. l. 2. d. 14. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & p. 2. a. 1. q. 3. Item materia informis dicebatur aqua : quia sicut apta erat aqua recipere omnes formas. t. 1. in Ps. 76. Et etiam quia erant quatuor, & maximè ista duo elementa comixta, superabaturque terra ab aqua, quæ eam reddebat sterilem in Ps. 65. & 101. V. *Materia*. n. 1.

2. Aqua elementaris habet tres proprietates, s. perspicuitatem, frigiditatem, & gravitatem : s. Naturam & proprietatem primam habet quia est receptiva, & retentiva luminis. l. 2. d. 14. ibid. & l. 4. d. 3. p. 2. a. 1. q. 1. & op. Comp. Theol. l. 6. c. 9.

3. Aquæ dicuntur esse super firmamentum, quæ tamen non sunt elementares, sed alterius naturæ, cū sint tantum transparentes, & habeant frigiditatem effectivè, non formaliter. l. 2. d. 14. ibid. & dub. 1. & 2. sunt autem subtiles, incorruptibiles, pervia, & super omnem contrarietatem sublimasque cœlestis naturæ : ob id collocatæ super cælos ratione nobilitatis formæ, & virtutis, & influentiæ. Brevil. p. 2. c. 5. Vid. dicere oppositum in Ps. 103. sed se explicat. op. Brevil. p. 2. c. 5.

4. Aquæ quomodo sunt susceptivæ, & retentivæ luminis. ibid.

5. Aqua, & terra secundum quantitatem molis prædominantur in animalibus. l. 2. d. 15. a. 1. q. 3. corp. Quænam sint animalia aquea. V. *Animal*. num. 7.

6. Quomodo aliqua animalia dicuntur esse facta ex aqua : ibid. & quomodo aqua prædominetur aëri in compositione ipsorum ibid.

7. Aqua est subtilior terra in decupla proportione : ob id penetrat partes terræ in mixtione, sed non perfectè ob suam grossitiem : magis verò aër, sed perfectissimè ignis. l. 2. d. 15. a. 1. q. 2. corp.

8. Aquæ proprietates, nobilitas, & effectus mirabiles enarrantur. op. Comp. Theol. l. 2. c. 8 : Amara quomodo fiat dulcis. ser. 3. de S. Andr.

9. Aqua est terminabilis non termino proprio, sed alieno : ob id quia est perspicua. l. 2. c. 8. op. Comp. Theol. quomodo fit intra se, an vt in loco. l. 1. d. 37. p. 1. a. 3. q. 1. & 2.

10. Aqua præbet aëri informationem, volatilibus ornamentum, vegetabilibus nutrimentum. op. Comp. Theol. l. 2. c. 8.

11. Aqua elementum habet duas qualitates, vnam activam, & alteram passivam : scilicet frigiditatem in summo, & humiditatem in esse remisso. op. Brevil. p. 2. c. 3.

12. Aqueus humor fit dupliciter : aut enim aqua immiscetur terræ præexistenti, & tunc est principium animalium terrestrium : aut aquæ fluxibili immiscetur, tuncque oriuntur animalia aquea. l. 2. d. 15. a. 1. q. 3. corp.

13. Aqua dum terræ immiscetur fit humor, & dum coagulatur per naturam fit corpus organicum. ibid.

14. Aqueus humor, si est in ratione humoris fluctuantis, est principium natatilium, si in

- ratione vaporis exhalantis, est principium volatiliam. l.2.d.15.a.1.q.3.corp.
15. Aquarum congregatio ad quid à Deo facta fuerit. l.2.d.14.p.2.dub.1.
16. Aqua posita est super terram, ut apta reddatur ad germinandum: ibid. d.14. aliter absorbetur à terra sitiente, aliter à radio solis. l.2.d.8.p.1.a.3.q.1.corp.
17. Aquarum congregatio quarè vocata sit mare. l.2.d.14.p.2.dub.1.
18. Aquæ maris proprietas prima non est amaritudo: hæc enim ei advenit accidentaliter, scilicet ob grossitiem partium, quæ remanent subtilioribus elevatis fursùm, vel penetrantibus in terræ profundo: quando enim subtilizatur aqua tunc dulcescit. l.2.d.14.p.2.dub.1. & t.1. in Ecclen. c.1.
19. Terra subtrus, & in radice irrigatur per decursum fluviorum, aliter non posset germinare. ibid.
20. Aquæ proprietas, sive effectus est lavatio, & mundatio. l.4.d.3.p.1.a.1.q.7.corp. Item fluit, mundat, & potat. t.1. in Pf.76.
21. Aqua omnis naturaliter est dulcis, & quomodò fiat amara, & dulcis. tom. 1. in Ecclen. cap.1.
22. Aqua se effundens aliquando facit puteum, aliquando cisternam, aliquando fontem, vel lacum, vel stagnum, vel rivum, vel fluvium, vel abyssum, vel diluvium: quæ omnes differentie applicantur ad decem differentias sapientie Dei. tom. 1. in Pf.28.
23. Aqua multiplex in S. Script. exponitur, scilicet, defluens, scilicet populus: 2. deficiens, estque materialis: 3. reficiens, estque doctrina Christi: 4. inficiens, estque doctrina hæreticorum: scilicet, sufficiens, estque gratia Spir. Sancti. tom. 1. in Psalm. 31. & 76. & in Ecclen. c.12. est & Cælum. l.2.d.2.p.2.dub.2.
24. Aqua in cadendo dicitur pluvia, vel ros, vel stillicidium. tom. 1. in Pf.76.
25. Aqua duplex, scilicet notitia exterior, & interior: prima numquam satiatur: secunda reficit. tom. 1. serm. 12. Hexam.
26. Aqua dum in principio erat terræ commixta reddebat hanc sterilem; sed separata facta est frugifera; sic & nos dum separamur ab aqua voluptatum &c. tom. 1. in Pf.65.
27. Aquæ nomine in Script. aliquando significantur quatuor elementa, ut ibi Spiritus Domini ferebatur super aquas. t.1. in Pf.101.
28. Aqua quatuor facit: sordes abluit, sicut extinguit, hortos humectat, & cibos decoquit: sic & Christus nobiscum facit aqua spirituali, scilicet misericordie, gratie, sapientie, & charitatis, quæ à quatuor vulneribus Christi in Cruce pendentis proveniunt: à latere verò aqua vitæ, scilicet Sacramentorum Ecclesie. t.1. in Pf. 141. & 143. Comparatur Accidie. V. *Accidia*. n.8.
29. Aqua viva saliens in vitam æternam quænam sit. in Pf.143. & in Jo. cap. 4.n.11. & op. de 7. Itin. 2. itin.d.7. Vid. *Christi varia*. n.54. & 135. V. *Gratie quidditas*. n.11.
30. Aqua Diaboli est voluptas mundi: aqua Christi est gratia Dei. tom. 2. in Jo. ibid. n.14.
31. Aqua Dei, & mundi quomodò differant. t. 2. in Jo. col. 21. Item quænam aqua mundans, & sedans animam. t.3. serm. 1. in dedic. templ.
32. Aquæ fluentes spiritualiter in anima quænam. t.2. in Jo. col.39. quæ mundant animam sunt doctrina Christi, gratia, poenitentia, contritio, charitas, eleemosina, tribulatio, Spiritus sanctus. t.2. in Jo. col.59. & 60. & op. de 7. itin. ætern. itin. 2.d.7.
33. Aqua superfusa calce statim inardescit, & ignem fervere facit, quod non in superfusione olei. Item aqua calida in frigido loco fusa coagulatur citius, quàm frigida: omne enim contrarium ad præsentiam sui contrarii concitatur, & fortius operatur. serm. 3. de plur. Mart.
34. Aquæ conversio in vinum enarratur, & mysticè exponitur. serm. 1. Dom. 1. post oct. Epiph. V. *Ecclesia species*. n.7. & seq.
35. Aqua lacrymarum quænam sit, & quàm virtuosa. ibid. serm. 3. & serm. 1. de dedic. temp.
36. Aqua maris significat terrena, & quomodò fiat per eam transitus. tom. 3. serm. 3. f. 3. Pent. Item aquæ vagæ sunt cogitationes malæ in Pf. 118. c.6. v.8. Ejus amaritudo unde proveniat. Vid. *Amaritudo*. n.2.
37. Aqua hyemalis est cura temporalis: æstivalis verò est sapientia salutaris, multa bona spiritualia afferens animæ. op. de 7. Itin. ætern. itin. 2.d.7.
38. Aqua in Missa quarè apponitur cum vino consecrando. op. expos. mil. cap.3. & l.4. d.11. p.2. dub.4. & an necessaria ad conficiendum Sacramentum. ibid. a.1. q.3. Hanc Christus in consecratione vini. ibid. ad 3. omittens peccaret mortaliter.
39. Aqua si non convertitur ante consecrationem, an postea convertatur in sanguinem. l.4. d.11. p.2. dub.4. & 5. & d.12. p.1. a.2. q.2. ad 2. nec potest esse rosacea. ibid. Vid. *Eucharistia materia*.
40. Aqua commixta vino quomodò per juncum decorticatum possit separari. ibid. d.11. dub.5. non tamen est ejusdem speciei. ibid. & d.12.
41. Aqua in parva quantitate convertitur in vino à se. l.4. d.11. p.2. dub.5. & l.3. d.6. a.2. q.1. corp. V. *Ecclesia species*. n.7. seq.
42. Aqua posita in dolio cum vino non sufficit pro celebranda missa, quia illa non est mixtio Sacramentalis. l.4. d.11. p.2. dub.4. sed debet poni in Sacrificio, & in parva quantitate. ibid. dub.5.
43. Aqua in calice apposita figurat aquam, quæ exivit de latere Christi. lib.4. d.11. p.2. art.1. q.3. ad 3.
44. Aqua Baptismi sanctificatur per verbum ministri, sed habentis virtutem à Christo: Hinc est quod malè S. Ciprianus existimavit requiri fidem in ministro: malus enim minister, etiam hæreticus, dummodo habeat rectam intentionem, potest rectè baptizare. l.4. d.6. p.1. dub.3. V. *Baptismi materia*.
45. Baptismus convenienter in aqua fuit institutus ob multas convenientias. l.4. d.3. p.2. art.1. quæst.1. & op. Brevil. p.6. cap.7. & op. Comp. Theol. l.6. c.9.
46. Aquæ Baptismi non est collata aliqua proprietas absoluta de novo à Christo, per quam sit apta ad regenerandum: sed solum nova ordinatio ad hoc ut homo regeneretur, supposita tamen prolatione verborum, & immersione. lib.4. d.3.

d. 3. part. 2. art. 1. quæst. 2. corp.

47. Omnis aqua elementaris naturalis est apta ad Baptismum. l. 4. d. 3. p. 2. q. 2. dub. 2.

48. Christus tactu carnis suæ dedit aquis hujusmodi ordinationem, estque tota virtus, quam habent vel secundum actum, vel secundum habitum ad sanctificandum. ibid.

49. Aquæ Baptismi dicuntur habere sanctificationem respectu animæ, non quod ipsæ sanctificent, sed quod eam suscipiunt, & per eas Deus eam confert baptizato. lib. 4. d. 3. part. 2. art. 1. q. 2. corp.

50. Aquarum Baptismi effectus est mundatio à peccato, ibid. & in Pl. 76. & 143.

51. Sicut aqua effundendum est Cor. Vid. Cor. n. 20.

52. Aquæ Dei, & Diaboli. V. *Dei varia*. n. 135. Vid. *Diaboli varia*. n. 85.

53. Aquæ, & olei benedictio ponit in aqua accidens, seu sanctificationem, seu proprietatem aliquam sanctificationis. lib. 4. d. 12. p. 1. art. 2. q. 2. corp.

54. Aqua non benedicta appositæ benedictæ in debita proportione tota fit benedicta ob perfectam mixtionem, quia tota non benedicta ab alia attingitur: non sic si apponatur vinum non cõsecratum speciebus consecratis, quia hic non intervenit mixtio cum sanguine Christi. lib. 4. d. 12. p. 1. a. 1. q. 2. corp.

55. Aquæ benedictæ aspersio delet sine contritione peccata venialia quando scilicet fiat devotione debita. l. 4. d. 21. p. 1. art. 1. q. 2. corp. Hinc deduco id operari ex operè operato.

56. Quarè purgatio mundi facta fuit per aquam tempore diluvii; ante judicium verò fiet per ignem. l. 4. d. 47. a. 2. q. 1. ad 5.

57. Aquaticum animal. Vid. *Suprà Aqua*.

#### *Aquiescere.*

Aquiescendum est bonis consiliis. op. Bibl. paup. cap. 56.

#### *Aquisitio.*

Aquisitio tripartita legitur in Script. S. speculativa veritatis, activa virtutis, & consummativa gloriæ, seu salutis. tom. 1. in Pl. 118. c. 7. v. 15.

#### *Aquila.*

1. Aquilæ natura, & proprietates explicantur. t. 2. in Luc. cap. 13. num. 34. & c. 17. n. 36. & in Jo. Procem.

2. Aquila est Christus, & quomodò id verificetur. tom. 2. in Luc. c. 13. n. 34. & tom. 3. serm. 1. in Ascens. & serm. 3. Dom. 24. post Pent. Vid. *Christi attributa*. n. 90.

3. Item sunt Sancti. in Luc. c. 17. n. 36.

4. Item S. Joannes. tom. 2. in Jo. procem. & t. 3. serm. 2. de S. Jo.

5. Item Angelus. tom. 3. serm. 3. Dom. 24. post Pent.

6. Item Diabolus. ibid. Vid. *Diaboli tentationes*. num. 67.

7. Item homo bonus, & malus, & quarè. tom. 3. serm. 3. Dom. 24. post Pent.

8. Aquila timet hirundinem. t. 3. ser. 2. de S. Mar. est liberalis & misericors. ser. 1. in Ascens. & ser. 2. Dom. 1. post Pent.

9. Amor in pullos quantus, & quam mirabilis. t. 3. serm. 1. de S. Ant. de Pad.

10. Aquila quomodò renovatur. serm. 3. Dom. 24. post Pent.

#### *Aquilo.*

1. Aquilo quid sit, & quid significet. t. 3. serm. 3. Dom. 19. post Pent.

2. Aquilonis principes sunt qui sunt excellentes in omnibus vitiorum generibus. ser. 2. Dom. 6. post Pent.

3. In Aquilone significatur tentatio Diaboli, quæ Austro, scilicet flatu Spit. sancti fugatur. serm. 4. Dom. infra oct. Epiph.

#### *Ara.*

Ara Dei mysticè est cor, in quo debet esse ignis, scilicet fervor. tom. 3. serm. 2. in die cin. Vid. Cor. n. 1. Vid. *Altare*. num. 4. Vid. *Conscientia*. num. 27.

#### *Aranea.*

1. Aranearum studium quale; ipsarum telæ ad quid: ipsis sunt similes avari, quorum labores sunt magni, sed citò perduntur. serm. 3. Dom. in Sexag.

2. Araneas telas textit ut sub his abscondens se, possit invadere muscas. serm. 2. de S. Ambr.

#### *Arare.*

Aranda est anima, ut ibi seminetur justitia. serm. 3. Dom. Sexag.

#### *Arbiter.*

Arbiter dicitur ille, qui ad proprium voluntatis nutum causam habet terminare: Iudex verò, qui debet id secundum jura: Unde judicium importat actum rationis regulatum secundum regulas supernæ veritatis: arbitrium verò secundum imperium voluntatis: l. 2. d. 25. dub. 1. & d. 24. p. 1. dub. 3.

#### *Arbitrium.*

1. Arbitrium quid sit. ibid. Idem est quod judicium, ad cuius nutum cæteræ virtutes, seu potentia moventur, & obediunt: Unde ad rationem spectat discernere inter justum, & injustum inter proprium, & alienum: & id solum potest creatura rationalis, quæ cognoscit actum suum proprium, & se ipsam. l. 2. d. 25. p. 1. a. 1. q. 1. corp.

2. Arbitrium in Divinis unius Personæ respectu alterius non importat dominium, nec causalitatem, sed auctoritatem, idest originem. l. 1. d. 11. dub. 4.

3. Arbitrium aliis subjectum non est liberum. l. 1. d. 14. a. 2. q. 2. ad arg.

4. Arbitrium nostrum liberum salvatur optimè in prædestinatione. l. 1. d. 40. a. 2. q. 1.

5. Arbitrium liberum dicitur dupliciter: vel ut dicit facultatem exeundi in opus, sicque est quid positivum superadditum rationi, consequens ad rationem, voluntatem, & substantiam: vel ut dicit privationem coactionis, sicque est quid privativum: primo modo est graduum differentia secundum majorem, & minorem excellentiam, & simplicitatem potentiarum, & substantiæ: secundo modo non. l. 2. d. 3. p. 1. dub. 3. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. & 3. & l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 28. a. 1. q. 2. ad 2. V. *Infra*. n. 15. & 41. seq.

6. Arbitrium liberum quomodò sit in damnatis, & Dæmonibus. l. 2. d. 7. per tot. præcipuè. a. 1. p. 1. q. 3. & a. 2. q. 1. & seq. V. *Infra*. n. 17. seq.

7. In damnatis, & Dæmonibus crescit mala voluntas, & intenditur in malo. l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 3. Eorum voluntas quoad impossibilitatem ad gratiam est æqualis: crescit tamen quoad indignitatem, eo quod semper abutuntur bonis

- naturalibus sibi datis, & quia possunt cessare ab aliquo malo. l.2.d.7.p.1. art.1. q.3. ad 7.& 8.
8. Arbitrium liberum per confirmationem non mutatur quoad substantiam, sed bene quoad statum, & actum: Unde est vertibile in bonum ob naturæ complementum, & in malum ob nature defectum; & ided gratia perficiens naturam, tollit per confirmationem posse in malum. l.2.d.7.p.1.a.2.q.1.
  9. Arbitrium liberum confirmatum in gratia est ad opposita aliqua, scilicet, ad facere, & non facere aliquid: sed non ad malum. l.2.d.7.p.1.a.2.q.1.ad 4.
  10. Arbitrii liberi objectum proprium, & ut liberum est bonum tantum: malum autem est in quantum arbitrium est deficiens. lib.2.d.7. p.1. a.2. quæst. 1. ad 5. & d.24.p.1.dub.3.& d.25.p.2. quæst. 3.
  11. Arbitrii liberi usus dupliciter potest considerari, vel ut tantum est elicitus à voluntate, vel ut est ad eum finem, ad quem est: primo modo est liberè velle, quod vult: secundo modo est rectitudine servare, quoniam ratio ad illam est ordinata: primo modo libertas est in Dæmonibus, etiam & damnatis: secundo modo non. l.2.d.7.p.1.a.2.q.2.
  12. Arbitrium liberum stat cum potestate peccandi, pro ut dicit usum primo modo supradicto. ibid.
  13. Abusus rationis in Dæmonibus est à libero arbitrio, in phreneticis tamen est à phantasia: infirmitas enim absorbet in his usum rationis, & ided magis aguntur, quàm agant. l.2. d.7. p.1.a.2.q.2.ad 4. & ad 5. exponitur quomodò differat à bestiis impetus bestialis ab impetu Dæmonum. ibid.
  14. Liberè velle, & necessariò opponuntur, quatenus necessitas est à causa extrinseca, scilicet coactionis: quatenus verò est à dispositione intrinseca non opponuntur. l.2. d.7. p.1. art.2. q.2. ad 3.
  15. Dominium quod opponitur servituti coactionis est essenziale libero arbitrio, & ided æqualiter est in omnibus rationalibus: quatenus verò opponitur servituti subjectionis recipit magis, & minùs: nam in Deo est suprà omne mandatum: at in creaturis subiacet mandatis: in miseris subiacet miseræ: in beatis est liberum à miseria, & culpa: in malis subiacet culpæ: Unde per confirmationem in gratia augetur: In malo autem minuitur, imò etiam totaliter tollitur libertas in hoc secundo sensu. l.2.d.7.p.1.a.2.q.3.& d.25. dub.1.2. & 3. & a.1. q.1.2.3.& l.2.d.28.a.1.q.2.ad 2.
  16. Arbitrium liberum non præjudicatur, sed perficitur à gratia, quia ordinat illud ad proprium finem. lib.2. d.7. p.1. art. 2. quæst. 1. & d. 24. p.1.dub.3.
  17. Diabolus qualiter per malitiam reddat consopitum liberum arbitrium, & deformat dona naturalia. l.2.d.7.p.1.a.1.q.1.& 2. ad 4. V. *suprà*. num.6.
  18. Diabolus potest liberè desistere ab actu interiori pro sua libertate, quatenus respicit alterum; non verò ab omni actu, quia semper in eo vigent interiores virtutes. l.2. d.7. p.1.a.1. qu.2.ad 5.
  19. Arbitrium liberum pro statu naturæ lapsæ definitur facultas rationis, & voluntatis, quæ bonum eligitur gratia efficiente, vel malum eadem desistente. l.2.d.24.p.1.dub.3.
  20. Arbitrium ut tale est opus rationis, cujus est discernere inter bonum, & malum; ut liberum est actus voluntatis. l.2.d.24.p.1. dub.3.& op. Brevil. p.2.c.9.
  21. Arbitrium liberum per naturam infirmum non potuit dari cuicumque rationali creaturæ; & hoc tum ratione sui principi, tum ratione finis. l.2. d.24.p.1.a.1.q.1.
  22. Arbitrium liberum in statu innocentie poterat resistere tentationi absque nova gratia Dei: sufficiebat enim continuatio divinæ influentie ad dona, quibus præditus erat à Deo primus homo. l.2.d.24.p.1.a.1.q.2.
  23. Arbitrium nominat potentiam deliberativam; & ob id portionem superiorem, & inferiorem, Unde non stat in potentia naturali, sed synderesi. l.1.d.24.p.2.a.1.q.1.corp.
  24. Arbitrium liberum est facultas duarum potentiarum, scilicet, rationis, & voluntatis: illa se tenet ex parte materie: hæc verò forma: Unde meritò vocabulum spectans ad rationem significatur substantivè: spectans verò ad voluntatè adjectivè, quia hæc modificat ipsam rationem. l.2. d.25.dub.1.p.1.& a.1.q.1.& 3.& 6. Adjectivum enim respectu substantivi se habet per modum informantis. ibid. q.6.corp. & ob id magis dicitur liberum arbitrium, quàm libertas arbitria & op. Centil. p.3. sec.24. & op. Brevil. p.2.c.9.& op. Comp. Theol. l.2. c.56. Vid. *Oppositum dicere*. lib.3.d.17.a.1. q.2. ad 2. sed ibi loquitur de libertate propriè.
  25. Arbitrium liberum quatenus est principium operum moralium est de consideratione Philosophorum: quatenus verò est principium operum gratuitorum, spectat ad Theologum. l.2.d.25.p.1.dub.1.
  26. Arbitrium liberum convenit Deo, & creaturis rationalibus non univocè, sed analogicè tantum. l.2.d.25. p.1.dub.3. Unde variæ definitiones de eo assignantur. ibid. dub. 2. & op. Comp. Theol. l.2.c.56.
  27. Arbitrium liberum variè definitur quatenus refertur vel ad actum, vel ad objectum, vel ad utrumque simul, & ad finem ultimum. lib.2. d.25. p.1.dub.2. & op. Centil. p.3.5.24.
  28. Arbitrium liberum potest sumi pro ipsa potentia libera à coactione, & ordinata ad rectitudinis observantiam, sicque est in Deo, & in creatura conformiter: vel pro ut dicit habilitatem. lib.2. d.25.p.1.dub.3.
  29. Arbitrii liberi dominium est respectu objecti, & respectu actus proprii. l.2. d.25.a.1. quæst.1. & 3.
  30. Irrationalia non habent dominium respectu actus interioris: licet aliquando habeant respectu exterioris, & quomodò & unde id proveniat. l.2.d.25.art.1.quæst. 1.
  31. Providentia in rationalibus est pars, seu effectus liberi arbitrii, orta à præcognitione, & deliberatione; in irrationalibus oritur ex instinctu naturali. l.2.d.25.p.1.art.1. q.1.ad 5. sic formica præparat cibum in ætate &c.
  32. Liberum arbitrium non dicit potentiam distinctam à ratione, & voluntate secundum rem, sed tantum secundum rationem: nam licet realiter sint unum, & idem, tamen liberum arbitrium dicit rationem moventis, & imperantis:



- rantis : ratio verò , & voluntas rationem mo-  
ri, & exequentis : movens enim, & motum in  
spiritualibus non est necesse, quod realiter di-  
stinguantur. l.2.d.25.q.2.corp.& q.3.per tot.
33. Arbitrium liberum est facultas rationis : ob  
id importat non tantum potentiam, sed &  
facilitatem exeundi in opus: & ob id dominium  
sui, & actus. l.2.d.25.q.3.corp.& l.4.d.17.p.1.  
a.1.q.2. ad ult.
34. Actus liberi arbitrii & si videatur unus, ta-  
men implicat in se actus diversos, scilicet, ra-  
tionis, & voluntatis : consensus enim est duo-  
rum, & electio importat actum rationis, &  
voluntatis. l.2.d.25.q.3.ad 5.
35. Arbitrium liberum est quoddam totum respec-  
tu rationis, & voluntatis, quod habet ratio-  
nem partim totius integralis, partim totius  
universalis. l.2.d.25.q.3.ad 6. & idè cum prin-  
cipaliter dicat habitum, minus principaliter  
potentiam, complectitur rationem, & volun-  
tatem tamquam unus habitus, qui dicitur fa-  
cultas, seu dominium. ibid. q.4.
36. Arbitrium liberum est potentia, quæ ex sola  
conjunctione sui cum appetitu nata est exire in  
actum consentiendi, & eligendi absque habitu  
superaddito: Unde nihil supra rationem, & vo-  
luntatem addit absolutum, sed tantum ordina-  
tionem unius ad alteram concurrentium simul  
ad actum. l.2.d.25.q.4.corp.
37. Arbitrium cum sit pars rationis, & volun-  
tatis, non tamen concurrit ad omnes actus  
istarum potentiarum : aliquid enim appetit  
appetitus, circa quod non est deliberatio, &  
aliquid credit, & novit ratio esse verum, sive  
voluntas velit credere, sive non. l.2.d.25.q.5.  
ad 3.
38. Ex arbitrio libero consistit nobis meritum.  
l.2.d.25. dub. 1. & q.6.fund.
39. Arbitrium liberum inchoatur in ratione, &  
consummatur in voluntate : idè principaliter  
residet in hac. l.2.d.25.p.1.q.6.
40. Arbitrium liberum secundum rem compre-  
hendit irascibilem, concupiscibilem, & ratio-  
nalem potentiam, quatenus rationi conjunctæ  
sunt. l.2.d.25.p.1.q.6. ad 2. l.4.p.1.d.14.a.2.  
q.1. ad 1.
41. Iudicium definitivum non potest esse absque  
arbitrio libero, seu absque voluntate : licet  
absque hoc possit esse iudicium rationis. lib. 2.  
d.25.p.1.q.6. ad 3.
42. Arbitrium liberum quantum ad esse non po-  
test diminui : licet quantum ad bene esse possit  
per culpam, & pœnam. lib. 2. d.25. part. 2.  
dub.1. & 2.
43. Arbitrium liberum tria includit : libertatem  
à coactione, excellentiæ dignitatem, & po-  
testatem, seu facultatem : ratione primæ con-  
ditionis est æqualiter in Deo, & in creaturis :  
ratione secundæ est excellentius in Deo, &  
æqualiter in creaturis ad invicem : ratione ter-  
tiæ est inæqualiter in creaturis : stat enim in  
observantia rectitudinis: hæc enim in Deo est à  
se : in creaturis autem differenter est. l.2. d.25.  
p.1.a.1.q.1.corp. & dub.2.& op. Comp. Theol.  
l.2.c.56.& op declar. term.Theol.
44. Arbitrii libertas essentialis consistit non in  
eo, quod possit hoc, ut etiam possit oppo-  
situm, sed quia quod vult, id vult ad sui im-  
perium : id est vult se velle, id monens se ipsum,
- & talis libertas stat cum necessitate immutabi-  
litate, estque Dei, Angelorum, & Beatorum;  
sicque arbitrium liberum est tale ut liberum,  
quatenus verò est ut deliberans circa volitum,  
sic est tantum contingentium ; licet de se pos-  
sint etiam esse necessaria. l.2. d.25. p.2.a.1. q.2.  
corp.& l.3.d.12.a.2.q.1.ad arg.& d.17.a.1. q.1.  
ad 3.
45. Arbitrium liberum est oppositum necessitati  
coactionis, non immutabilitatis. ibid. & quo-  
modo sit ad opposita. q.3.
46. Arbitrium liberum non potest cogi quoad  
interiorem actum : potest tamen induci per  
oblationem, vel ablationem alienius rei, &  
etiam impediri : sed id non est cogi : coactio  
enim ponit actum, & facit quod non sit libe-  
rum. lib.2. d.25. p.2. quæst.4. corp. & ad 3. &  
quæst. 5.
47. Peccans, vel aliud faciens ex inductione per  
preces, præmia, metum &c. operatur liberè, licet  
non eum tota plenitudine voluntatis, quæ po-  
tius est volitio conditionata, ut est de eo, qui  
jactat merces in mare : tamen apud Deum non  
excusatur à culpa, licet humana jura denomi-  
nant talem actionem coactam. lib.2. d.25. p.2.  
q.4.ad 1. & 6. & q.5. corp.
48. Arbitrium liberum cogi non potest, licet  
possit mutari, & induci à Deo, & etiam à  
creatura : posse enim cogere libertatem ma-  
nentem talem non est posse, sed inordinatio-  
nis, & impotentia, quia sunt contradictoria.  
&c. l.2.d.25.p.2.q.5.
49. Quando dicitur Deus compellere voluntates  
hominum, id intelligitur non de coactione :  
sed quia immittendo affectiones mutat volun-  
tatem, & facit quod voluntas aliter ex se ipsa  
velit, & volens velit. l.2.d.25.p.2.q.5.ad 1.
50. Arbitrium liberum quomodo quoad usum  
impediatur in pueris, amentibus, phreneticis,  
& dormientibus. ibid. q. ult.
51. Arbitrium liberum facilius quoad usum impe-  
ditur, quam usus alterius potentia: quia quan-  
do tollitur usus alicujus potentia: primo au-  
fertur actus ille, qui ei inerat secundum suam  
plenitudinem. ibid. q. ult.
52. Libertas peccandi quomodo adveniat. op.  
Cent. p.1. sec.17. Item libertas à necessitate, à  
miseria, & à culpa quænam. op. Comp. Theol.  
l.2.c.56.& l.2.d.25.p.2.q.2.& 3.
53. Arbitrium liberum ut à peccato resurgat,  
quomodo indigeat gratuita Dei voluntate, li-  
berali Christi passione, & gratia Dei habituali  
exprimitur. l.2.d.28.a.1.q.1.& a.2.q.1.
54. Arbitrium liberum an possit velle justitiam  
absque gratia. l.2.d.28.a.1.q.1.ad 4. Videtur ibi  
dicere, quod absque gratia præveniente pecca-  
tor possit velle justitiam, licet semiplenè, &  
exhilariter, sed tamen id verè non asserit : dicit  
enim quod ad voluntatem justitiæ plenè exigat-  
ur gratia præveniens, & adjuvans : non tamen  
negat, quod primo modo requiratur gratia  
præveniens salutem. ibid. q.3.
53. Arbitrium liberum absque gratia gratum fa-  
ciente potest resistere Dæmoni : sed illum vin-  
cere meritorie non potest. l.2.d.28. a.1. q.2. &  
an absque omni gratia. a.2.q.2.
54. Arbitrium liberum in quo sensu dicatur po-  
tentissimum sub Deo, & nec augeri, nec minui  
posse. l.2.d.28.a.1.q.2.ad 2.

55. Arbitrium liberum cum gratiis gratis datis potest implere mandata Dei quantum ad genus operis : non verò quantum ad intentionem mandantis : requiritur enim gratia gratum faciens. l.2.d.28.a.1.q.3.
56. Arbitrium liberum vix , aut nunquam destituitur omni gratia, l.2. d.28. art.2. q.1. Ubi de gradibus gratiæ , & conversionis. ibid. per tot.
57. Arbitrium liberum indiget gratia , ad hoc ut se disponat ad gratiam gratum facientem , ut possit resistere tentationi, licet non sit necesse, ut omni succumbat absque omni gratia : Item ut possit agere bonum morale disponens ad gratiam : quod autem nullam ordinationem habet , potest agere absque omni gratia , difficulter tamen. l.2.d.28.a.2.q.1.2.& 3.
58. Arbitrii libertas , & veritabilitas in bonum , & malum qualiter decuit ordini universi. l.3. d.12.a.2. q.1. ad 2.
59. Arbitrium liberum non potest cogi : tamen infirmatum est ita ut non possit stare absque eo quod fortificetur à Deo. l.4.d.7.a.3. quæst.2. ad 2.
60. Libertas peccandi est defectus libertatis : Unde magis liber est, qui se potest defendere à peccati dominio. l.4.d.18.p.2.dub.1.
61. Arbitrium liberum hominem facit nobiliorum super omnes creaturas. op. Brevil. p.2.c.4. & in Pl. 114.
62. Quomodo stet cum infallibili præscientia Dei. op. Brevil. p.1.c.8.
63. Est principium operationis meritoria. op. Brev. p.2.c.9.
64. Arbitraria potestas in duabus personis regimen habet super actus utriusque in se considerata : sic arbitrium liberum nominat facultatem voluntatis , & rationis. l.2. d.25. p.1. a.1. q.4.corp.
65. Non tollitur liberum arbitrium per confirmationem in gratia, Vid. *Confirmationis gratia*. num.1.
66. Ex libero arbitrio oritur consensus. V. *Consensus*. n.1.seq.

*Arbor.*

1. Arbor mala dicitur malos fructus facere, id est verum, si eos facit ut mala: vel quatenus intelligitur de operibus respectu meriti : talis enim non facere potest opera meritoria. l.2. d. 41. dub. 2. ob id omnia opera malorum non sunt peccata. ibid. Item est voluntas mala, cujus folia sunt verba, fructus sunt opera, radix cupiditas, truncus consensus. op. Spec. an. præfat.
2. Arbor bona, & mala ; ipsiusque fructus quinam sint, mysticè explicatur. t.2. in Luc. cap.6. n.43. & t.3. ser.1.2. & 3. Dom. 7. post Pent. & ser.2. Dom. 21. post Pent.
3. Arboris ficæ maledictio mysticè expenditur. ser.1.2. & 3. Dom.7. post Pent. & in Luc. c.13. num.6.
4. Arborum natura qualis , & qualiter eorum proprietates adaptantur homini. in Luc. c.21. & 29.
5. Arbor vitæ est gratia. op. Lum. Eccl. serm.1. Item est Christus. op. Lig. vit. Item mortis est peccatum. op. Lum. Eccl. ser.1.
6. Quare arbor unius speciei non possit producere fructus alterius. op. de trib.
7. Arbor quomodo est Beata Virgo. op. Spec.

B. M. c.14. Est Sancta Crux. ser.2. in Exalt. Sanctæ Crucis.

*Arca.*

1. Arca Noë erat tricamerata , significatque Ecclesiam , quæ dividitur in tres partes , scilicet, cælestium , terrestrium , & infernorum : vel fidem, spem , & Charitatem. t.1. in Pl. 67. Vid. *Ecclesia*. num. 91. & 123. significatque sacram scripturam habentem tres. principales sensus. ibid. Pl. 67. Et B. Virg. Item. op. de laud. Virg. & ser. in Nat. B. Virg.
2. Arca Moysis est Ecclesia , & Bibliotheca S. Scripturæ. ibid. Pl. 67. Item est Christus. t.3. serm.4. in oct. Pasch. Item ejus corpus in Eucharistia , quàm valdè timent Dæmones, sicut Philistiim timuerunt de arcæ adventu. serm.2. Dom. 3. Adv. & serm.2. Dom. Palm.
3. Arca continebat manna , & Ecclesia continet corpus Chri. tom.1. in Pl. 67. est Christus. Vid. *Christi attributa*. n.110.
4. Arca est anima , quæ debet tegi auro. serm.1. in Epiph. vel est conscientia, ad quam columba debet reverti, non inveniens requiem exteriùs. serm.2. ibid. & ser.2. Dom. Palm.
5. Arca est B. Virg. Vid. *Maria epitheta*. Vid. *suprà*. n.1.
6. Arca est fides. Vid. *Fidei effectus*. n.26.

*Archangelus.*

1. Archangelus idem est ac Princeps. lib.4. d.43. dub.2.
2. Archangelorum ordo describitur : eorum officia. op. de Eccl. Hier. p.3. c.2.
3. Archangeli quomodo sint Prælati. ibid. c.2.
4. Archangeli vox, quæ in extremo tempore audietur est vox Christi , & quare. lib.4. d.43. dub.2.
5. Archangeli Annuntiatio. Vid. *Maria annuntiatio*.

*Archetypus.*

Archetypus mundus est Verbum divinum. l.1. d.27.p.2.a.1.q.4.V. *Mundus*. n.3. & seq.

*Archidiaconus.*

1. Archidiaconus in minoribus ordinibus tradit urceolum , & candelabrum ordinandis. lib.4. d.24.dub.2. per quod potestas tradita explicatur. l.4.d.24.a.1.q.2. ad 4.
2. Archidiaconus dicitur Princeps ministerii. l.4. d.24.p.2.dub.2.
3. Archidiaconus qualem potestatem habet in ferenda excommunicatione in decisione causarum. l.4.d.18.p.2.a.1. q.3. Ubi de potestate sacerdotum agitur. ibid.

*Archiepiscopus.*

1. Archiepiscopus quando ab Episcopo benedicatur , sicut & Papa recipit consecrationem episcopalem, sed non jurisdictionem ; sed hanc habet à subditorum electione, consensu , & Christi institutione. lib.4. d.25. p.2. art.1. quæst.1. ad 6.
2. Archiepiscopatus distincti ab Apostolis. Vid. *Apostolus*. n.16.

*Archipresbiter.*

Archipresbiter an potestatem habeat excommunicandi in Ecclesia. l.4. d.18.p.2.a.1. q.3.

*Archimedes.*

Archimedis studium, scientia, & mors exponitur. t.3. ser.2. in Conv. S. Pauli.

*Architectus.*

Architectus Christus. V. *Christi attributa*. n.88.

*Arch*

*Architriclinus.*

Architriclinus quis sit, & quare sic dictus. in Jo.c.2.v.8.

*Arcus.*

1. Arcus continet chordam, & lignum, significatque S. Script. ob duo testamenta. tom.1. in Pf.36.
2. Arcus significat pravam intentionem, aliquando promissionem, & comminationem, aliquando diem iudicii, aliquando insidias, aliquando victoriam Christi. t.1. in Pf.36.
3. Arcum quomodo intendant peccatores, & parent sagittas. t.1. in Pf. 118.c.7.v.14.
4. Arcus fæderis quomodo est Christus. ser. in Exal. S. Cruc. V. *Christi attributa*. n.82. V. *Iris*.

*Arcturus.*

Arcturus qualem gyrum faciat. op. princ. Sanct. Scripturæ. & op. Eccles. Hierarch. p.4.c.5.

*Ardor.*

Ardere amore Dei quid exigit. t.3. ser. 2. de S. M. Magdal. V. *Amor*.

*Arduum.*

Arduum, & arduitas in quonam consistat, & quomodo est conditio objecti virtutis fortitudinis. lib.3. d.35. q.5. Vid. *Fortitudo*. Vid. *Irascibilis*.

*Argentum.*

1. Argentum ortum habet ab imo terræ, habetque suas veñas. tom.1. in sap. cap. 7. generatur virtute Solis. l.2.d.2.p.2.a.1.q.2.ad 1.
2. Argentum comparatur luto, quia inquinat manus, & animum. t.1. in sap.c.7.
3. Argento debet præponi sapientia ob multiples rationes. ibid.
4. Argentum appenditur optimè, quando expenditur per elemosinam. t.3. serm. 2. dom.6. post Pent.
5. Argentum spirituale est scientia; materiale vero est elemosina. ibid.
6. Argentei, quibus Christus venditus est, fuerunt triginta, & unusquisque illorum valebat decem usuales denarios. t.1. in Pf. 108.

*Arguo.*

1. Arguitio peccati quatuorplex. serm. 1. Dom. 3. post oct. Pasch. multa ex SS. PP. traduntur. op. Pharet. l.3.c.36.
2. Arguitur peccator interiùs, exteriùs, inferiùs, & superiùs: Item ore iumentorum, hominum, & Angelorum, & Dei. ibid.

*Argumentum, & Argumentatio.*

1. Argumentum est ratio rei dubiæ faciens fidem ex Arist. t.3. ser. 1. de plur. Martyr.
2. Argumentum dicitur quatuor modis: primò ratiocinatio, quæ est quadruplex, scilicet, vel syllogismus, vel Enthimema, vel Inductio, vel Exemplum: secundò est brevis collectio prolixæ orationis; terriò est medium, in quo consistit tota vis argumentationis: quartò est propositio major, in qua consistit firmitas totius illationis. l.3.d.23. a.1.q.5. ad 2. Vid. *Syllogismus*. n.1. Vid. *Ratiocinatio*. Item ratione materiæ triplex argumentum, scilicet ex probabilibus, ex sophisticis, & ex evidentibus propositionibus. op. diet. sal. t.8.c.5. V. *Discursus*.
3. Argumentum dicitur eo quod arguit mentem, & illuminat ad assentiendum. ibid.
4. Argumentum à minori ad majus est positivum, non destructivum. l.1.d.46. dub.4.
5. Argumentum ab inferiori ad superius de-

struendo non valet. l.3.d.1.a.1.q.4. ad 2. à superiori ad inferius est fallacia consequentis, & quomodo. l.3.d.27.a.1.q.1.ad 3.

6. Argumentum Dei est optimè formatum; Diaboli est sophisticum, & quomodo per istud decepit primos Parentes. tom.1. serm. 1. in Hexaem.
7. Argumentum Christi fuit causa conversionis S. Thomæ. ibid. in Hexaem.
8. Arguere ab auctoritate quantum valeat. Vid. *Auctoritas*. n.8.
9. Argumentum demonstrativum. Vid. *Demonstratio*. Arridere. Vid. *Derisio*. n.2.

*Ariditas.*

1. Ariditas spiritus bona, & mala unde oriatur. t.1. in Pf. 62. Introducitur septem de causis secundum septem capitalia vitia. t.2. in Luc. c.6.
2. Arida manus quænam sit mysticè. t.2. in Luc. c.6.n.11.
3. Ariditas septuplex expenditur. tom.2. in Luc. cap.6.

*Aries.*

Aries est Prælatus. t.3. serm. 3. de dedic. Eccle. V. *Apostolus*. n.45.

*Arimathæa.*

1. Arimathæa erat Civitas Ramathaim. tom.2. in Luc. c.23. n.50.
2. Arimathæa interpretatur vigilia donationis, significatque vigiliam Prælati. t.2. ibid.

*Ariolus.*

Ariolus est qui in aris dominatur. op. Cent. p.1. sec. 29.

*Aristippus.*

Aristippus projicit aurum in mare. serm. 2. de S. Gregor.

*Arithmetica.*

1. Arithmetica est ars Mathematica, quæ versatur circa numeros. t.1. ser. 4. in Hexaem. & ser. 4. Lumin. Eccl. V. *Mathematica*.
2. Arithmetica quomodo disponit ad cognitionem S. Scripturæ. ibid. ser. 4. Hexaem.

*Aristoteles.*

1. Aristoteles incidit in multos errores, qui recensentur. tom.1. serm. 6. & 7. Hexaem.
2. Aristoteles an posuerit Mundum ab æterno valde dubium est. ibid. & l.2.d.1. dub. 2. & a.1. q.2. in corp.
3. Aristoteles erravit in numero intelligentiarum moventium orbes cælestes. lib.2.d.18.a.2. quæst. 1. ad ult. In mare se submersit. op. princ. S. Scripturæ. Ideas Platonis execravit, at perperam. op. de lum. Eccl. serm. 6. in Hexaem. ibid.

*Arma.*

1. Arma spiritualia Christianorum proponuntur. tom. 1. in Pf. 118. cap. 10. v. 14. & in Pf. 128. & 143. & t.3. ser. 3. Dom. 1. Quadrag. V. *Homo ad Deum*. n. 118. & 153.
2. Armatura spiritualis qualis à Deo nobis exhibetur. t.1. in Pf. 118. c.1. v.8.
3. Arma Mundi. V. *Mundus*. n.52.

*Aromatha.*

Aromatha spiritualia in vulneribus Salvatoris, op. Stim. p.1.c.1.

*Arrha.*

Arrha cæli sunt tribulationes. Vid. *Calis varia*. num.50.

*Arima*

*Arius.*

1. Arius quosnam errores docuerit. l. 1. d. 9. dub. 3. & seq. & d. 13. dub. 6. & in Luc. c. 5. n. 19. Ejus argumenta quomodo dissolvuntur. op. lum. Eccl. & ser. 11. Hexaem.
2. Arii pœna nondum est terminata in augmento, & quomodo. l. 4. d. 46. a. 1. q. 1. ad 2.

*Arrogantia.*

1. Arrogantia est jactare se habere quod non habetur. op. Centil. p. 1. sec. 17. Item est filia superbiæ. ibid. V. *superbiæ filia*. quale malum: t. 3. ser. de S. Matth.
2. Ejus signa quænam op. Phar. l. 2. c. 6.

*Ars.*

1. Ars est habitus cum recta ratione factivus, explicaturque t. 1. ser. 5. Hexaem; quæ vel est in opere tantum, vel etiam est de opere. l. 3. d. 14. a. 3. q. 3. ad penult. V. *Habitus*. n. 25.
2. Ad artem non potest deveniri nisi per scientiam, & notitiam interiorem conjunctam affectui. serm. 5. Hex. & op. reduc. art. ad Theol. & l. 1. d. 1. q. r. ad ult. sicque Chirurgus absque medico interficit hominem. serm. 5. Hexaem.
3. Artes ad inventæ sunt ad formas, & figuras exteriores efficiendas, & ad supplendam corporis indigentiam. op. de reduc. art.
4. In arte sunt necessariò duo, scilicet, operatio, & speculatio: primùm est à voluntate: secundum à ratione dictante: Unde ars potest aequaliter scientia dici. l. 1. d. 1. q. 1. ad ult.
5. Ars convenit cum natura in hoc, quod utraque producit simile, sed differunt quod natura producit simile in substantia: ars verò in ratione exemplaris, non substantiæ, vel naturæ. l. 1. d. 2. q. 3. ad ult. & l. 2. d. 7. p. 2. a. 2. q. 2. & d. 1. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3.
6. Ars non potest producere opera naturæ: hæc enim ab arte supponuntur, ut in ea agat. l. 2. d. 7. p. 2. a. 2. q. 2. & l. 2. d. 16. dub. 4.
7. Agricola operatur ut artifex respectu segetum. ibid. l. 2. d. 7.
8. Ars quædam cujus operatio sequitur naturam, & tale opus est essentialiter artificiale, nunquam naturale: Unde æquivocè conveniunt, ut homo pictus, & verus: Alia est ars, quæ fundamentum est naturæ, & tale opus est naturale. l. 2. d. 16. dub. 4.
9. Artium mechanicarum divisiò pulcherrima assignatur. op. de reduc. & op. de 10. præc. serm. 4. Vid. *Fabrilis ars*. Vid. *Mecanicus*.
10. Artes omnes repertæ sunt ad excludendam indigentiam, seu tristitiam, vel ad commodum hominum &c. op. de reduc. art. ibid.
11. In artificialibus nobilius est uti instrumentò jam factò, quàm illud facere: Unde miles nobilior est fabro. l. 4. d. 23. a. 1. q. 1. ad 2.
12. Artis caput est docere quæ facis. tom. 3. ser. 1. de S. Greg.
13. Artes mechanicæ sunt theatricæ, quæ comprehendunt eundem modum ludendi, sive sit in cantibus, sive in organis, sive in figmentis, sive in gesticulationibus. op. de reduc.
14. Ars mechanica est lanificium, & fabrilis, quæ comprehendunt omne genus operimenti hominis. Item agricultura, & venatio, quæ comprehendunt omnem præparationem ciborum. Item medicina, & navigatio. op. de reduc. & op. de dec. præcept. serm. 4. Ars mechanica

Verbi Divini ostendit generationem. op. de reduc. Vid. *Agricultura*. Vid. *Fabrilis ars*. n. 1.

15. Artifex creatus potest facere opus non ab ipso dependens in conservari: non sic Deus: ille enim non facit ejus principia intrinseca, sicut Deus. l. 2. d. 37. a. 1. q. 2. ad 2.
16. Artifex quomodo sit in artificiato. lib. 1. d. 37. p. 1. a. 3. q. 1. corp. Producit opus exterius juxta ideam, quam habet in mente. op. de reduc.
17. Ars, seu imago Patris quo sensu dicatur filius Dei. l. 1. d. 31. p. 2. dub. 5. & op. Brev. p. 1. c. 3.
18. Artium ad Theolog. reductio. op. reduc. art.
19. Ars atnandi non disputando, sed operando addiscitur. op. Inc. am. prol.
20. Ars magica quid sit, & ejus species. op. Centil. p. 1. sec. 29.
21. Ars magica illicita: op. Cent. ibid. & l. 2. d. 7. p. 2. a. 2. q. 3.
22. Ars versatur circa difficile. V. *Difficile*. n. 1.

*Arsenius.*

Arsenius in vita sua incessanter flebat, ut gauderet in alia. t. 3. serm. 5. de uno Confes.

*Arteria.*

Arteriæ quid faciunt in animali. Vid. *Natura*. num. 84.

*Articulus.*

1. Articulus dicitur ab arctando, quia arctat vel activè, vel passivè, quia in se est arctatus, estque terminus resolutionis; talia sunt prima principia scientiarum, & dicuntur tales, sicut digitorum anniculi. l. 3. d. 24. a. 3. q. 1. corp. Vid. *Fides*.
2. Item dicitur articulus arctans activè, quia est principium distinctionis, & discretionis: sic in grammatica articuli faciunt distinguere quantum ad genera, casus, & supposita. In Rethorica faciunt distinctionem in scientia, & prolatione, qui à Græcis dicuntur cola; seu mèbra. l. 3. d. 24. a. 3. q. 1. corp. & in Trhen. in prol.
3. Articuli nomen meritò ad propositiones de fide transfertur, quia est indivisibilis veritas, de Deo arctans nos ad credendum; sicque est terminus resolutionis, quæ stat in indivisibili, & est principium discretionis, & directionis. l. 3. d. 24. a. 3. q. 1. corp. & op. Brevil. p. 5. c. 7. & Centil. p. 3. sec. 37. seq.
4. Articulus fidei, licèt sit propositio còplexa, tamen significatum est una veritas indivisibilis, & etiam quia in alios articulos non distinguitur. l. 3. d. 24. a. 3. q. 1. ad 1. & a. 1. q. 3. ad 1. & 2. Et op. Brev. p. 5. c. 7. V. *Fidei objectum*. n. 9.
5. Articuli fidei sunt plures, licèt veritas sit una, & indivisibilis, & hoc ob multas attributiones de Deo, quas multis modis intelligimus, & multis modis enuntiamus. l. 3. d. 24. a. 3. q. 1. ad 2. & 3. Et licèt multa credimus de fide spectantia ad creaturas, tamen ordinantur ad Deum omnia. ibid. ad 4.
6. Articulus fidei arctat solum intellectum informatum fide, removens non libertatem, sed ambiguitatem. l. 3. ibid. ad arg.
7. Articuli fidei variæ descriptiones explicantur. l. 3. d. 24. a. 3. per tot.
8. Articuli fidei reducuntur ad duodecim contenta in symbolo Apostolorum. l. 3. d. 25. q. 1. Ubi de symbolis variis agitur. ibid. & op. Brev. p. 5. c. 7. & Cent. p. 3. sec. 38. & quomodo etiam sint quatuordecim articuli. op. Brev. ibid. & t. 1. ser. 8. Hexaem.

9. Articuli

9. Articulis fidei contradicens est excommunicatus. l.1. d.11. dub.2.  
 10. Articuli aliqui condemnati à DD. Parisiensibus spectantes ad Theologiam. l.2. d.23. a.2. q.ultim.  
 11. Articulos aliquos fidei contingit credere explicitè, aliquos implicitè, alios medio modo. l.3. d.37. a.1. q.3. corp. & l.4. d.16. dub.2. p.2.  
36. Christus in Cruce oves suas liberavit à faucibus Diaboli. ser. 1. Dom. post Pasch.
37. Christi passio mari comparatur. lib. 1. sent. in Procem. dicitur Calceamentum Christi. V. *Christi varia*. n. 24. Dicitur abyssus. V. *Abyssus*. n. 1. Dicitur excessus. V. *Excessus*. n. 2. Dicitur cœna. Vid. *Cœna*. n. 4. Frequenter recolenda. lib. 3. d. 21. a. 2. q. 3. corp.
38. Christi passionis pœnæ respondent peccato Adæ, ipsiusque circumstantiis. op. Stim. part. 1. cap. 13.
39. Christi passio qualiter influat in Sacramenta, & quomodò ipsa recipiens satisfacit pro culpa, non pro injuria Deo illata, pro qua Christus satisfacit. l. 3. d. 20. q. 4. corp.
40. Christi passio incepit ab infantia. V. *Christi pueritia*. n. 20. & 30. Quomodò dicitur occisus ab origine mundi. V. *Abel*. n. 4.
41. Christus dicitur mortuus pro impiis, non pro iis, qui jam damnati erant. lib. 3. d. 2. art. 1. q. 5. ad 5.
42. Christi transitus in Cruce de mundo fuit ad nostram salutem: transitus ad gloriam in Ascensione fuit ad nostram glorificationem. l. 4. d. 8. p. 1. a. 2. q. 2. ad 3. moritur ut fiat Ecclesia dormiente ipso. ser. 4. in oct. Pasch.
43. Christi lateris aperitio expenditur. op. Medit. vit. Chr. c. 80. & seq. & op. Stim. p. 1. c. 1. Sanguis fuit figura Ecclesiæ. l. 4. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. flevit tunc lacrymis sanguinis. in Thren. tom. 3. & in Psalm. 143. Quatuor liquores exhibuit de corpore, aquam, sanguinem, lacrymas, & vinum. serm. 2. in Cœna Dom.
44. Christi vulnera sunt apotheca omnibus aromatibus, & medicamentis plena. opusc. Stim. part. 1. c. 1. Sunt janua Paradisi, thesaurus gratiarum. ibid. & serm. 3. Dom. 4. Quadrages. & serm. 4. in octav. Pasch. relucet in ipsis mirabiliter diviniæ sapientiæ, potentiæ, & bonitatis excessus. op. Stim. p. 1. c. 1. & ser. 3. Dom. 1. Adv. & ser. 9. in Nativ. Dom. & serm. 1. & 3. in Cœna Dom. & ser. 4. & 5. in Parasce. & ser. 1. Dom. 1. post octav. Pasch. & serm. 3. Dom. 2. ibid. Ad Christi vulnera raptus S. Bonaventuræ mirabilis, & ad ingressum in ipsa invitantur fideles. opuscul. Stim. part. 1. c. 1. Quare Christus conservat in corpore vulnera aperta. opusc. ibid. Stim. In ipsis debemus facere tria tabernacula à D. Petro proposita: ex ipsis haurire lac, & sanguinem. opuscul. Stim. ibid. c. 1. & seq. & part. 3. cap. 1. 2. & serm. 5. in Ascens. & opusc. Expos. Mis. cap. 4. in Luc. c. 24. v. 40. & seq. V. *Christi Resurrectio*. n. 6. sunt portæ, per quas intratur in templum gloriosum. serm. 4. in Pasch. & serm. 4. in octav. Pasch. & serm. 3. Dom. 4. Quadrag. sunt Altare mysticum. in Pl. 25. Vid. *Altare*. n. 2. V. *Christi varia*. n. 35. Sunt loca tutissima contra Diabolum. serm. 1. Dom. 2. post Pasch. Vbi de mirabilibus ipsorum, & memoria Passionis. sunt fontes salutares, ex quibus emanat aqua gratiarum. opusc. de perfect. vit. ad soror. cap. 6. V. *Fons*. num. 3. Vid. *Flumen*. num. 13. V. *Foramen*. Sunt fontes misericordiæ, gratiæ, sapientiæ, charitatis, & vitæ. in Psalm. 141. Dei attributa relucet in vulneribus, & in Passione Christi.
- opuscul. Stim. part. 1. c. 1. seq. Vid. *Dei essentia*. n. 2. Christi sanguis clamat misericordiam: sanguis Abel vindictam. Vid. *Abel*. num. 4. Ex vulneribus Christi cibus spiritualis animæ extrahitur. Vid. *Cibus*. n. 19. Plurima item bona. Vide *Homo ad Deum*. num. 157.
- Quinque vulnera sunt quinque lapides Davidis. Vid. *David*. n. 10.
- Ex latere Christi formata est Ecclesia. V. *Ecclesia*. n. 2.
- Quare Christi latus dicitur apertum, non vulneratum. V. *Latus*. n. 2.
- Christi vulnerum meditatio suadetur. V. *Meditatio*. n. 7.
- Christi vulnera visa à S. Paulo quot mirabilia operata sunt in ipsius anima. ser. 1. de Convers. S. Pauli: Christi vulnera à nobis flenda, sed magis nostra peccata. ser. 2. Dom. 9. post Pentec.
41. Christi passio cœpit à die Nativitatis. op. de perfect. ad soror. c. 6.
42. Christi Corpus verè passionem doloris in se habuit, aliàs non fuisset Christus, nec Filius Dei, nec Redemptor, nec Mediator. l. 3. d. 16. artic. 1. quæst. 1. corp. & dub. 1. 2. & 3. Ejus exinanitio expenditur cum suis circumstantiis. in Psalm. 83.
43. In Christo non fuit causa moralis patiendi. lib. 3. ibid. ob id nec in eo fuit necessitas patiendi contracta, sed assumpta, & voluntaria. l. 3. dist. 16. ibid. q. 3. & serm. 1. Dom. 2. post Pentec. Necessitas patiendi in Christo non fuit secundum causam materialem, nec secundum formalem, nec secundum efficientem, scilicet per coactionem, quia in eo non fuit humanæ conditionis corruptio: sed tantum secundum causam finalem, scilicet ob redemptionem hominis. l. 3. d. 16. a. 1. q. 3. corp.
44. Causa patiendi vel est in genere moris, vel naturæ: prima est à culpa: secunda est ex compositione ex contrariis secundum statum pugnæ, & actionis mutux: 1. non fuit in Christo: 2. fuit sed voluntariè. lib. 3. dist. 16. art. 1. q. 3. ad 5. Hæcque voluntaria fuit multiplex. l. 3. d. 16. a. 2. q. 4. fund.
45. Dolor in Christo fuit acerbissimus, & acutissimus tum ex modo patiendi: tum ex causa passionis: tum ex conditione patientis. lib. 3. d. 16. a. 1. q. 2. corp. & art. 2. q. 1. 2. & 3. & opusc. fascicul. c. 8. & in Io. c. 18. Acerbitas Passionis multimodè sumitur. opusc. de perfect. ad soror. cap. 6.
46. Christus tam citò est mortuus ob acerbitatem dolorum. l. 3. ibid.
47. Christo majorem pœnam intulit clavus, quàm ignis B. Laurentio, & Vincentio. ibid.
48. In Christo quomodò dicuntur insuisse omnes fluctus dolorum. lib. 3. ibid. doluit pro se ex infirmitate assumpta, dicens Tristis est, &c. pro bonis ex dilectione, & pro malis ex compassione. Pl. 68.
49. Christus in passione non exercuit miracula potentiæ, sed patientiæ. ibid. ad 3. q. 1.
50. Christi anima quomodò patiebatur compatiendo carni. ibid. q. 1. ad 4.
51. In Christo fuit acerbitas passionis quoad experientiam sensus, licèt non quoad repugnantiam rationis: hæc enim modicos cruciatus reputabat. l. 3. d. 16. a. 1. q. 2. corp.

Dolores  
animæ.

52. Christus habuit in anima & dolorem, qui inest animæ secundum se, id est, ex compassione nostri, & consideratione peccatorum nostrorum, & dolorem ex carne ut est natura, & ratione inclinationis ad corpus: nam ratio ut ratio gaudebat; & gratulabatur. l.3. d.16. a.2. q.1. corp. & q.2. & op. Brev. p.4. c.9.
53. Animæ Christi infuit dolor & secundum rationem, & secundum sensualitatem. lib.3. d.16. ibid.
54. Anima Christi sentiebat passiones, non tamen ab eis opprimebatur, cum ratio deliberativa superferretur. lib.3. dist.16. art.2. quæst.1. ad ultim.
55. Christus passus est secundum portionem superiorem quatenus est natura, id est quatenus respicit, & regit inferiores potentias, & corpus: quatenus verò respicit superiora gaudebat: gaudium enim, & dolor non sunt opposita, nisi respectu ejusdem, sicut nec fructio, & passio. lib.3. d.16. a.2. q.2. & op. Brev. part.4. cap.9.
56. Christus simul gaudebat, fruebatur, & tristabatur, patiebatque, quia erat viator, & comprehensor. l.3. ibid. ob id simul erat beata, & misera. ibid. ad 4.
57. Dolor in parte sensitiva, qui respiciebat passionem carnis, & dolor compassionis, qui erat in rationali respiciens peccata nostra, se habebant tanquam excedentia, & excessa. l.3. ibid. q.3. corp.
58. Dolor Christi respectu inhonorationis Dei, & separationis nostræ à Deo per peccatum, erat sine comparatione acerbior dolore pœnali corporis, & hoc maximè propter dilectionis nimietatem. ibid. & l.1. in Prolog.
59. Christus maluit animam suam à corpore separari, quàm nos à Deo, & flevit pro peccatis nostris, nunquam pro suis doloribus. l.3. ibid. Vid. *Suprà Christi opera tempore predicationis.* num.75.
60. Christus ex Cruce dicit ad hominem: vide quid pro te patior, &c. & cum sit tantus dolor, interior tamen est gravior, quia te ingratum experior. l.3. ibid.
61. Quinam timor mortis, & propassio fuerit in Christo, & qualiter staret cum iudicio rationis. l.3. d.15. dub.1.2.3. & 4. Vid. *Christi defectus.* num.33.
62. Christi passio comparatur Ionæ cap. 2. Mari ob amaritudinem pœnalitatum: & flumini ob charitatis dulcedinem. l.1. in Prolog.
63. Christi passio bonitate naturæ non fuit bona: bonitate moris fuit simpliciter bona respectu Christi tum ob virtutem sustinentis: tum ob utilitatem hominis: tum ob honestatem causæ moriendi, id est pro veritate dicenda. l.2. d.20. dub.4.
64. Christi mors respectu Iudæorum fuit simpliciter mala, per accidens verò dicitur bona. l.3. d.20. ibid. & l.2. d.48. dub.2. & 3.
65. Christi passio fuit Deo acceptissima: congruentissima ad curandum morbum hominis, efficacissima ad attrahendum genus humanum: prudentissima ad expugnandum inimicum. l.3. d.20. a.1. q.5. corp.
66. Christi passio est fons nostræ salutis, justificat enim per modum meriti disponentis, quatenus est oblata: per modum exempli excitantis, quatenus est hostia credita: & per modum exemplaris dirigentis, in quantum est hostia amata. l.3. d.19. dub.1. & 2. & q.1.
67. Christi passio per oblationem sanguinis sui fecit nos transire de manu iustitiæ in manum misericordiæ, redimens nos à servitute Diaboli, & supplicii. l.3. d.19. dub.4.
68. Christi facta ordinata ad nostram Redemptionem dicuntur Sacramenta. l.3. d.19. dub.6.
69. Passio Christi quomodo conjungatur cum iustificato. l.3. d.19. a.1. q.1.
70. Christi passio ut corporalis præcisè non habet potentiam iustificandi, sed quatenus est circa Personam divinam. l.3. d.19. ibi d. ad 4.
71. Christi passio in quo genere causæ sit causa nostræ justificationis. ibid.
72. Christus per passionem suam impetravit nobis deletionem culpæ quoad maculam, & etiam reatum: sicque dicitur delevisse chirographum peccati. l.3. d.19. a.1. q.2. corp.
73. Christi passio quoad sufficientiam extenditur ad omnes homines, etiam ad Crucifixores Christi: quoad efficaciam solum ad eos, qui absolvuntur à reatu peccatorum. l.3. ibid. ad 1. & ad 3. & d.20. q.5. ad ult. & d.22. q.5. corp. & ad argum. & lib.4. d.4. part.1. art.1. q.3. ad 1. & q.2. ad 3.
74. Christi passio non excludit varia remedia apposita in Ecclesia pro deletionem culparum, quia omnia habent efficaciam ab ipsa. lib.3. ibi idem ad 2.
75. Christus passione sua quomodo nos liberavit à potestate Diaboli. l.3. ibid. q.3. corp.
76. Christi passionis merito mittitur nobis Spiritus sanctus: mittuntur & Angelici Spiritus: in nostrum adiutorium, & reprimuntur concupiscentia. l.3. d.19. ibid.
77. Christi passionis memoriam, & figuram Crucis valde Diabolus abhorret. l.3. ibid. ad arg.
78. Christi passio qualiter nos liberat à pœna æterna, & temporali debita peccatis: carentia enim visionis Dei fuisset æterna, etiam Sanctis existentibus in Limbo, nisi hac liberati fuissent per Christi passionem. lib.3. d.19. artic.1. q.4. corp.
79. Christi passio, & resurrectio respectu liberationis à peccato quomodo diversimodè se habeant. lib.3. d.19. artic.1. q.1. & q.4. ad 1.
80. Christi passio liberat à pœna oppressiva, non promotiva ad patientiam, &c. & quare in baptismo non pœnitentia tota aufertur. ibid. q.4. ad arg.
81. Christi passio plus influit in Sacramentum baptismi, quàm in cætera, & quare. l.3. d.20. q.4. corp.
82. Christus quomodo dicitur traditus à Patre, à se ipso, & à Iuda. lib.3. d.20. dub.3. & 4. & ser.1. Dom. in Quinquag. & l.3. d.20. q.5. ad 1. & in Luc. c.9. n.45. & c.22. n.5.
83. Christi passio, & meritum ordinantur ad curanda mala personalia, non naturalia. l.4. d.4. p.1. a.1. q.2. corp.
84. Christi passio quomodo fuit medium exaltationis Christi, & sui nominis: & quo sensu dicitur Christus exaltatus. lib.3. d.18. dub.2. & 3.
85. Christus passus est passione generalissima, acerbissima, ignominiosissima, interemptoria: 1. est contra universalem infectionem: 2. contra libidinem: 3. contra præsumptionem: 4. ob separa

- separationem animæ à corpore. op. Brev. p. 4. c. 9. & op. Cent. p. 3. sec. 31. & op. fascicular. cap. 8. & serm. 1. Dom. Quinq. & serm. 5. & 6. in Parasce. & in Ioan. col. 85. & opuscul. de perfect. ad Sor. cap. 6.
86. In Christi passione salvus fuit ordo regiminis universi, honor Dei, & libertatis arbitrii: in ordine contraria contrariis curavit: in honore Dei satisfecit Deo, & in libertate excitavit ad culmen virtutum. op. Brevil. p. 4. c. 9.
87. Christus patiendo quomodo nobis efficacissimum exemplum dedit. op. Brev. ibid.
88. Christus passus est in omni parte sui. opuscul. Brev. ibid.
89. Christi passio superior ut ratio summè delectabatur in Deo, ut natura summè patiebatur. op. Brev. ibid.
90. Christi passionis fructus, qui consecuti sunt ad ejus passionem enumerantur. op. Brev. p. 4. c. 10. & op. diæt. sal. tit. 10. c. 2. duodecim enumerantur. ibid.
91. Christum movit ad patiendum paterna voluntas, humana necessitas, & virtutis strenuitas, per quæ tria exercentur septem dona Spir. sancti. op. Brev. p. 5. c. 5.
92. Christi tormenta sunt fercula dulcissima. op. diæt. sal. t. 7. c. 7.
93. Christi passionis memoria dulcescere facit tribulationes. op. diæt. ibid. Necessaria ipsius memoria ad vitam spiritualem instituendam. op. de regim. animæ. Pro ea traditur methodus. opusc. 25. memorialia. & opusc. fascicul. c. 8. & opusc. de perfec. ad soror. cap. 6. reddit gaudium spirituale dulce. opusc. diæt. sal. t. 8. cap. 1. & op. de perfec. ad soror. cap. 6. Ejus meditatio quos fructus pariat in anima. op. meditat. vit. Chr. in Procem. & opusc. lignum vitæ per tot. & fascicul. & opusc. Stim. div. am. part. 1. cap. 1. & seq. per totam p. 1. & opusc. de perfec. ad soror. cap. 6. ordinantur mysteria vitæ Christi per dies hebdomadæ meditanda. op. Contemplat. & op. fascicul. Proponitur acerbitas, ignominia, aliaque motiva Passionis Christi meditanda. op. de perfect. ad soror. cap. 6. & in Luc. cap. 22. num. 16.
94. Christi passionis, & vitæ memoria, & meditatio proponitur. op. Solil. c. 1. & opusc. Stim. div. am. p. 1. c. 1. seq. & part. 2. cap. 4. & p. 3. c. 1. & 6. & c. 14. & serm. 3. Dom. 2. post octav. Pasch. & ser. 1. in Ascens. & l. 4. d. 12. p. 2. art. 1. q. 1. ad ult. Meditatio ejus vitæ est scala ad Cælum attringens. opusc. medit. vit. Chr. c. 99. Triplex ejus memoriale scilicet in Scriptura, in Verbo, & in Sacramento Eucharistiæ. l. 4. d. 12. ibid. ad 4. Dellet peccata venialia. l. 4. d. 21. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & Psalm. 118. c. 10. vers. 8. & opusc. meditat. vit. Chr. Procem. Meditatio Passionis Christi portat secum exercitium omnium virtutum. op. Stim. div. am. part. 1. c. 4. & seq. Præparatio ad Eucharistiam. ser. 2. & 3. Dom. 4. Quadrag. Debet esse nostra vita, lectio, meditatio, & locutio. opuscul. alphab. Relig. lit. c. & in Luc. cap. 2. num. 35. & cap. 23. num. 28. & opusc. incend. am. cap. 1. in Thren. c. 4. n. 5. & opusc. Alphab. Relig. Meditanda ante Eucharistiæ susceptionem. ser. 4. in Cœ a Dom.
95. Christi passio metro à S. Bonaventura celebratur. in op. Philomenæ.
96. Christi in Cruce pendentis verba metro celebrantur. op. de 7. verbis Dom.
97. Christi Passionis officium à S. Bonav. compositum devotissimum proponitur. op. Officium Passionis.
98. Christus patiendo exercuit omnes virtutes. op. fascicul. c. 8. ad easque nos excitat. op. Stim. div. am. p. 1. c. 14.
99. Christi Passio à nobis fuit causata. op. fascicul. ibid.
100. Christi Passio aperuit septem signacula. op. fascicul. ibid.
101. De Christi Passione, & compassione oratio flammigera. opuscul. Stim. div. am. part. 1. cap. 2.
102. Christus Passione sua exercuit omnes virtutes, duodecim beatitudines, decem mandata. op. Stim. ibid. c. 8. 9. 10. & seq.
103. Christi Passio est clavis ad intelligendum sacram Scripturam. op. Stim. p. 1. c. 11. & 12. est Cathedra Christi docentis: est thronus Dei judicantis. ibid. c. 12.
104. In Christi Passione relucet omnia officia Angelorum, & Hierarchiarum refulget omnis splendor gloriæ, & gratiarum. ibidem cap. 12.
105. Christi Passio ad reparationem Angelorum idonea. ibid.
106. Ex Christi passione emanat omnis beatitudo beatorum, gloria Angelorum. ibid.
107. In Christi passione relucet attributa divina Christi. ibid. c. 13.
108. Cum Christi passione debemus inire matrimonium spirituale. ibid. c. 15.
109. Christi passio maximum omnium beneficiorum. ibid. c. 15. Alimentum pro omnibus statibus. ibid. & op. amatorium.
110. Christi Crucifixi memoria efficax contra impuras tentationes. op. Reg. Novit. c. 10.
111. Christi passio curat septem vitia capitalia. *Passio in communi.* op. Comp. Theol. l. 3. c. 14.
112. Christi passionis circumstantiæ expenduntur. op. Comp. Theol. l. 4. c. 19. & in Psalm. 109. Effectus mirabiles enarrantur. op. Comp. ibid. c. 20. & ser. 6. in Parasce.
113. Christus septies effudit sanguinem: in Circumcisione: in Oratione: in flagellatione, in Coronatione, in Crucifixione, & in apertione lateris, quæ mysticè exponuntur. op. Comp. ibid. c. 20.
114. Christus ut Crucifixus confert veniam peccatorum: ut Nazarenus gratiæ misericordiam: ut Iesus complementum gloriæ. serm. 1. Dom. infr. oct. Epiph.
115. Christus mori voluit, ut spoliaret Diabolum. ser. 2. Dom. 3. Quadrag.
116. Christi passio quam efficax contra Diabolum. ser. 3. Dom. 3. Quadrag. & ser. 4. Dom. 13. post Pentec.
117. Christus multipliciter passus est. ser. 1. & 2. in Parasce. & ser. seq.
118. Christus in Cruce se ostendit citharam benesonantem. serm. 3. Dom. 3. Quadrag. Item tympanum extensum. serm. 2. in Parasce. & serm. 3. ibid. & serm. 2. in Resurrect. & ser. 1. Dom. 17. Pentec.
119. Christi passionis duodecim circumstantiæ expenduntur. ser. 5. in Parasce.

120. Christi passio qualiter charitatem ejus exprimat. ser. 6. in Parasc. & ser. 3. fer. 2. Pasch.
121. Christus quare in sexta die passus est. ser. 1. Sab. S.
122. Christi membra afflicta invitant omnes diversi gradus ad ea expendenda per illa verba: *ô vos omnes.* Thren. c. 1. ser. 3. fer. 2. Pasch.
123. Christi passio clamat contra peccata. serm. 1. Dom. 3. post Pasch.
124. Christus tanquam botrus compressus in torculari Crucis emisit oleum gratiæ. serm. 4. in Pentec. & serm. 1. Dom. infr. oct. Nat. Percussus ut petra emisit ignem Spiritus sancti. serm. 4. ibid. Ejus latus emisit aquam gratiæ. ser. 4. ibid.
125. Christi passionis beneficium maxime nos trahere debet ad Deum. ser. 1. fer. 4. Pent.
126. Christus in Cruce traxit omnia. ser. 1. ibid. quale exemplum dedit. ser. 1. Dom. 4. post Pent.
127. Christi caput inclinavit in Cruce, ut nos oscularetur. serm. 2. Dom. 14. Pent.
128. Christus ostendit manus in Cruce ad benedicendum suos fideles. ser. 1. Dom. 18. post Pent.
129. Christi passionis circumstantiæ ponderantur: proponitur quoad imitationem. ser. in Convers. S. Paul. Christus voluntariè acceptavit quod violenter Iudæi intulerunt. l. 3. d. 21. dub. 1. & in Luc. c. 20. n. 9. seq. & c. 22. n. 1. & seq. & in Io. cap. 12. n. 34.
130. Christus quare in Cruce extendit brachia. ser. in Exalt. S. Crucis.
131. Christus in Cruce est arcus in nube. ibid. figuratus in Serpente Moyfi. ibid.
132. Christus paratus denuò crucifigi pro hominum salute. ser. in Exalt. S. Crucis, ejus misericordia ostensa in Passione expenditur. ser. 4. de uno Confes. & op. Stim. p. 1. per tot.
133. Christi passio quo sensu fuit meritoria. l. 3. d. 18. a. 1. q. 2. & 3. & a. 2. q. 2. & infinitæ virtutis. Pf. 118. c. 10. v. 12.
134. Christo ut Redemptori, & mediatori magis gloriosum fuit habere corpus passibile, ob idque posse mereri. l. 3. d. 18. a. 2. q. 2. ad 4.
135. Christus passione sua aperuit nobis januam Paradisi. l. 3. ibid. q. 3. ad 3. & qualiter ad id fuit necessaria passio. ibid. q. 3.
136. Christus quo sensu dicitur passum esse pro se, & pro nobis. ibid. q. 2. ad 6.
137. Christi passio quam causalitatem habeat respectu apertionis regni cælestis. ibid. q. 3. Item respectu nostræ justificationis. l. 3. d. 19. a. 1. q. 1. corp. & q. 4. ad 1. Habuit dona Spiritus sancti disponentia ad Passionem. l. 3. d. 34. p. 1. a. 2. q. 1. corp. Item fuit noster fidejussor, reliquit domum, dimisit hæreditatem, deditque animam suam pro nobis. ser. 3. Dom. 2. post Pasch.
138. Christi passio fuit consummatio gestorum Patriarcharum, hostiarum, legalium, martyriorum, prophetalium, & mysteriorum scripturalium. in Io. col. 85.
139. Maxima laus Dei est dicere Filium Dei esse pro nobis mortuum, & quare. lib. 3. d. 21. art. 2. q. 2. ad 4.
140. Christus poterat maxima pœna liberare, & redimere hominem, & alia via faciliiori. l. 3. d. 20. q. 6. & in Thren. c. 3. n. 19.
141. Christi mortem Deus quare permisit, nec tenebatur impedire, nec ob id fuit causa. lib. 3. d. 20. dub. 3.
142. Christi mors mortem quomodo occidit. l. 3. d. 22. q. 3. quàm pretiosa. op. Stim. p. 1. c. 15.
143. Christi passio inchoata, & consummata est in quartadecima luna. l. 4. d. 11. p. 2. a. 1. q. 1.
144. Christi passio, & mors fuit turpissima ratione loci, temporis, instrumenti, consortii, opprobrii. in Sap. c. 2.
145. Christi passio quare dicitur excessus. in Luc. c. 9. n. 30. Vid. *Excessus.* n. 2.
146. Christus quomodo sua morte vicerit Diabolum. in Luc. cap. 11. num. 23. & serm. 1. Dom. 3. Quadrag.
147. Christi passio quare dicitur Baptismus. in Luc. c. 12. n. 50. & in Ps. 105.
148. Christi passio est consummatio omnium mysteriorum sacre Scripturæ, quæ enumerantur. in Luc. c. 18. n. 31.
149. Christus quare circa sextam horam voluit mori. in Luc. cap. 23. n. 44. & obscurari Solem. ibid.
150. Christo morienti compassæ sunt omnes creaturæ. in Luc. c. 23. n. 44.
151. Christum pati quàm opportunum, & conveniens fuerit. in Luc. c. 24. n. 26.
152. Christus quomodo clarificatus in Passione. in Io. c. 12. n. 28. seq. & c. 13. n. 21. & c. 17. num. 4. & seq.
153. Christus fatigatus ad fontem Samariæ expenditur. in Io. c. 4. & col. 20.
154. Christus in Cruce est fons, à quo aqua gratiæ, & Sacramentorum effluit. serm. 1. Dom. 3. Adv. & ser. 1. Dom. 2. post Epiph.
155. Christi tormenta ex triplici capite contra triplicem malitiam expenduntur. ser. 1. in Quinquag. & serm. 3. Dom. 1. Quadrag. & quanam fuerint. in Sap. c. 2. & in Thren. c. 3.
156. Christus quare in Cruce extendit brachia. serm. 2. Dom. Pass. & ser. in Exalt. Crucis.
157. De Christi vulneribus mirabilia panduntur: V. *Supra Christus in Cruce.* ser. in Exalt. S. Crucis. & ser. 1. & seq. in oct. Pasch. & ser. 1. Dom. 2. post Pascha, & ser. 3. Dom. 3. post Pasch. & op. Expos. Mis. c. 4. & op. Stim. c. 1. p. 1. & p. 3. c. 12. & c. 16. & Pf. 79. Vid. *Supra.* n. 20. Sunt quinque lapides in peram, idest in corpore collecti, quibus David prostravit Goliath. serm. 9. in Nativ. Dom.
158. Christi Crux duplex interior, & exterior. op. diat. Sal. t. 7. c. 4. lignum contemptibile simul & unibile. in Sap. c. 20. ejus utilitates. Sap. c. 14. Vid. *Cruz.*
159. Christus fecit testamentum in Cruce: Apostolis reliquit persecutiones: Discipulis pacem: Iudæis corpus: Patri Spiritum: Virgini Paranympum: Latroni Paradisum: Christianis Crucem. op. Expos. Mis. c. 4.
160. Christi mors quare dicitur dormitio. Pf. 3. & Pf. 43. Quadrupliciter tentata in Luc. cap. 4. num. 31.
161. Christus dicitur operaturus esse salutem in medio terræ, quia ejus Passio omnibus prodest quantum est de se. Psalm. 73. & quia facta est in Hierusalem, quæ est in medio terræ. ibid. & serm. 1. Hexaëm.
162. Christus calcavit solus torcular Passionis. in Thren. c. 1.
163. Christus sicut Deus sex diebus mundum creavit, & septimo requievit: sic in septimana pœnosa sex diebus, & in septima resurrexit. Pf. 91.
164. Christi

164. Christi Crux quomodo includatur in nomine Adam. Pf. 95.
165. Christi passio dulces reddit adversitates. V. *Adversitas*. n. 17.
166. Christi depositio sanavit genus humanum : depositio vestium reinduit vestes amissas. Pf. 118. in fine.
167. Christus fuit Iudex, & reus in sua Passione. Pf. 118. v. 12.
168. Christo oblatum est fel cum amaritudine spongia, & aceto : idem offertur mysticè cuilibet Religioso. Pf. 137.
169. Christi sanguinis effusio tria insignia continet : suntque voluntas Christi, copia, & irrigatio animarum. Pf. 51.
170. Post Christi passionem audita est vox Angelorum, transeamus ab iis sedibus. in Thren. c. 1. num. 2.
171. Christi persecutiones expenduntur. in Sap. cap. 2.
172. Christo in Cruce pendenti aptantur verba Hieremiæ: ò vos omnes qui transitis. in Thren. c. 1. n. 12.
173. Christi exinanitio describitur. Thren. cap. 3. item tota series passionis. ibid. c. 3. & c. 4. Vide *Christi Adventus*. n. 1.
174. Christum quare oportuit multa pati. in Luc. c. 9. n. 2. ad nostrum exemplum passus est. c. 19. n. 28. & c. 18. n. 39.
175. Christi passio à diversis variis affectibus operata. in Luc. c. 22. n. 22.
176. Christus quare in Parasceve mori voluit. in Luc. c. 23. n. 54.
177. Christi laborum immensitas, & fatigationes, paupertasque considerantur. in Io. c. 4. n. 5.
178. Christus quomodo servavit iustitiam dando se innocentem pro nobis. in Io. c. 10. n. 11. & quomodo dedit animam, & iterum eam sumpsit. ibid.
179. Christi mors multipliciter fuit expediens. in Io. col. 54. & col. 83.
180. Christi sanguis quos fructus pariat. serm. 3. Dom. 1. Adv. & serm. 1. Dom. Pass. & serm. 2. in Cœna Dom.
181. Christi passio quam conveniens fuerit ad reparandam infirmitatem nostram, & ad attrahendum hominem ad amorem ipsius. l. 3. d. 19. a. 1. q. 5.
182. Christi depositio de Cruce, & sepultura. op. *Medit. vit. Chr.* c. 81. & seq. & in Ioan. c. 19. & in Luc. c. 22.
183. In triduo non fuit homo, sed dicitur homo per sinecdochen, idest aliquid hominis. lib. 3. d. 22. a. 1. q. 1. per tot.
184. Quanto tempore jacuit in sepulchro. lib. 3. d. 22. cit. q. 3. & op. *Comp. Theol.* l. 4. c. 22. jacuit solum per tres inchoatos. ibid.
185. Sepulturæ mysteria enarrantur. in Luc. c. 23. v. 53. & c. 24. v. 2. & in Io. c. 2. v. 20. & c. 19. v. 39. & collat. in Io. col. 86.
186. Lapis quare sublatus ab Angelo. in Luc. c. 23. v. 2.
187. Christi linteamina quid significant. in Luc. ibid. v. 12.
188. Cor pœnitentis sepultura Christi. ser. 3. Dom. *infra* oct. Ascens.
189. Christi animæ descensus ad inferos expenditur. lib. 3. d. 22. a. 1. q. 4. Liberavit animas solum electorum. l. 3. ibid. q. 5. qui statim fuerunt beati, sed non introducti in cælum. l. 3. ibid. q. 6. & op. *Comp. Theol.* l. 4. c. 16. & *Brev.* p. 4. c. 10. & *Centil.* p. 3. sec. 31. & op. *de dec. præc.* ser. 7.
190. Christi anima post mortem separata à corpore non fuit separata à divinitate : id enim nec Deum decebat, nec nobis expediebat, nec illi animæ congruebat. l. 3. d. 21. a. 1. q. 1. corp.
191. Christi anima post mortem potentiam habuit ad mediatoris officium gerendum, & ad redimendum genus humanum. l. 3. d. 21. ibid.
192. Christi anima post mortem cum esset innocentissima, nec poterat velle separari à Verbo ; cum esset beatissima, non poterat contra voluntatem suam separari ab eo. l. 3. d. 21. ibid.
193. In Christi morte divisa fuerunt, quæ in nâtivitate conjuncta fuerunt quoad naturalem unionem, non quoad supernaturalem. ibid. ad argument.
194. Divinitas non fuit separata à carne in morte ; & quare. ibid. q. 2. corp.
195. Hypostasis Verbi erat etiam hominis, & simul in recto homo ; non verò poterat dici caro, sed carnis. ibid. q. 2. ad 4.
196. Post separationem an anima, & corpus statim fuerint facta impassibilia. l. 3. d. 21. a. 2. q. 1. corp. & quæst. 2.
197. Anima Christi quare non statim ac fuit separata evolavit ad cælum. ibid. ad 4.
198. Christo quomodo competit descensus, & ascensus cum sit Deus. l. 3. d. 22. dub. 4.
199. Christus in triduo an fuerit homo. l. 3. d. 22. a. 1. q. 1.
200. Christus jacuisse dicitur in sepulchro per sinecdochen, scilicet nec secundum quod homo, nec secundum quod Deus, sed secundum aliquid hominis, & eodem modo dicitur rationalis, & Sacerdos. l. 3. d. 22. art. 1. quæst. 1. ad argum.
201. Christi corpus jacuit in sepulchro per tres dies inchoatos non completos, scilicet per triginta sex horas vel plus, vel minus secundum varias sententias. ibid. q. 3. corp. mansit ejus anima cum SS. PP. & bono Latrone. op. *Comp. Theol.* l. 4. c. 22.
202. Christi anima descendit ad inferos, scilicet non ad pœnam, sed ad locum pœnæ sua voluntate, & potestate, ut vincitos Patres liberaret, & adversarios vinceret. l. 3. d. 22. a. 1. q. 3. & 4. & op. *Medit. vit. Chr.* c. 85.
203. Christi descensus ad inferos ordinatus fuit, ut alios faceret ascendere ad Cælum. l. 3. ibid. q. 4. ad 4. & op. *Comp. Theol.* l. 4. c. 22.
204. Christo descendente ad inferos lux irradiavit loca illa tenebrosa, non tamen pervenit nisi ad Sanctos. l. 3. d. 22. dub. 1.
205. Christus in descensu ad inferos liberavit solum animas electorum. l. 3. d. 22. a. 1. q. 5. corp. & opusc. *Comp. Theol.* l. 4. c. 22.
206. Christus quomodo fuit mors mortis, & morsus Inferni. l. 3. d. 22. ibid.
207. Christus quare non liberavit parvulos existentes in Limbo. l. 3. d. 22. a. 1. q. 5. ad 6.
208. Christus dedit gloriam animabus detentis in limbo : tamen non eas adduxit statim in Cælum, sed solum in ipsius Ascensione. l. 3. d. 22. q. 6. & op. *Comp. Theol.* l. 4. c. 22.
209. Christus in tempore intermedio ad suam ascensionem detinuit SS. Patres in Paradiso Terrestri. op. *Medit. vit. Chr.* c. 85.

Christi  
defectus.

1. Christus assumpsit carnem de massa perditionis. l.3.d.12.a.1. q.1. In quibus fuit similitis, & dissimilis nobis. in Sap. c.2.
2. Christus non hæreditavit ex Parentibus concupiscentiam. l.3.d.12. ibid. ad 4.
3. Christus assumpsit potentiam peccandi, idest potentiam qua peccatur, non tamen potentiam ordinatam ad actum: non enim potuit exire in actum peccati. lib.3. d.12. a.2.q.1. & 2. V. *Infrà*. n.35.
4. Christus quantum potuit descendit ad miseriam, non ad culpam: illa enim competit Filio Dei, ut ordinata ad redemptionem, non verò hæc. lib.3.d.12.art.2. quæst.1. ad 3. & d.15. per tot.
5. Christus fuit viator, & comprehensor. lib.3. ibid. ad 4. & d.13. a.1.q.3. ad 2. & d.18. art.1. q.2. ad 2. Idèd fuit beatus, & miser. lib.3.d.16. artic.2. q.2. ad 4. & lib.4. dist.8. part.2. art.2. q.4. corp.
6. Christus quam veritatem habuit. lib.3. dist.12. artic.2. q.1. corp. & ad argum. & q.2. ad ultimum.
7. Christus congruè assumpsit defectus, & passibilitates nostræ naturæ: illos defectus, qui erant de veritate naturæ lapsæ, vel ad operis, ad quod venerat, consummationem: non verò illos, qui erant personales tum ob pretium nostræ salutis; tum ob exemplum virtutis, & veræ naturæ ostensionem, & fidei confirmationem: tum ob fulcimentum nostræ fragilitatis. l.3.d.15.a.1.q.1. & 2. corp. & opusc. Apol. paup. c.1.
8. Christus assumpsit passibilitates carnis dispensativè, & voluntariè, non ex necessitate. l.3. d.12. art.2. q.1. ad 3. & d.15. a.1. q.1. ad 2. & q.3. corp. & opusc. Brev. p.4. cap.8. & in Ioan. cap.9. n.34. & cap.12. n.27. & c.13. n.21. ubi de turbatione aliquando ostensa agitur. & serm.2. de omn. Sanct.
9. Culpa, non pœna reddit vituperabile subjectum, & quare. l.3. d.15. a.1. q.1. ad 1. & quam resperionem antiquam. l.3.d.3.p.1. dub.4.
10. Christus quam vetustatem assumpsit ex nostra massa. l.3.d.15. dub.1
11. Christi virtus quomodò debilitabatur per defectus naturales, & in quo sensu perficiebatur. l.3.d.15. a.1. q.1. ad 4. ubi exponitur quomodò virtus in infirmitate perficitur.
12. Defectus hominum alii sunt ex culpa, alii etiam ad culpam: alii sunt purè naturales, alii personales: naturales sunt, qui respiciunt naturam universaliter: alii verò respiciunt personas particulares. l.3.d.15. a.1. q.2. V. *Defectus*.
13. Christus assumpsit defectus naturales, non personales: personales tantum non vitiosos, & quare. l.3. & idèd infantiles necessitates assumpsit ad manifestandam veritatem humanæ naturæ. ibid. art.2. q.1. ad 5. & opusc. Brev. p.4. c.8. & opusc. Cent. part.3. sec.31. & op. Comp. Theol. l.4.c.18.
14. Christus quare non assumpsit ægritudines, & aliquos defectus, ut esse gibbosum, &c. l.3.d.15. a.1. q.2. & opusc. Brev. p.4. c.8. & opusc. Cent. part.3. sec.31. & opuscul. Comp. Theol. ibid.
15. Homo trahit necessariò defectus à parentibus propter legem propagationis, & concupiscentiæ: & idèd in nobis dicuntur contractæ pœnalitates quasi ex concursu duorum tractæ, scilicet propagationis, & corruptionis concupiscentiæ: quæ duo fuerunt longè à Carne Christi. l.3. d.15. a.1. q.3. corp. Vid. *Infrà*. n.18.
16. Defectus fuerunt à Christo voluntariè assumpti, non debiti ipsius naturæ, cum corpus ab omni fæditate præservaverit, passibilitatem relinquendo voluntate scilicet divina præveniente, & humana concomitante, & acceptante. l.3.d.15. ibid. & d.16. a.1. q.3. corp. Et hoc ab instanti suæ conceptionis, cum tunc habuerit usum perfectissimum rationis. ibid.
17. Deus mortem non fecit: ob id eam non de novo inflixit in corpore humano, sed reliquit. ibid. d.15.
18. Defectus in Christo quomodò dicuntur fuisse à naturali origine. lib.3.d.15. ibid. ad 3. & quomodò assimilatus est matri in passibilitate. ibid. ad 4. Vid. *Suprà*. n.15.
19. Christus defectum ignorantie non assumpsit, quia anima ejus debuit esse deiformis, & ipse nos docturus erat. l.3.d.15. a.2. q.1. corp. & op. Brev. p.4. c.8. & op. Cent. p.3. sec.31. & opusc. Comp. Theol. l.4.c.18.
20. In Christo infantulo fuit defectus eloquentiæ, non verò sapientiæ. l.3. ibid. ad 5.
21. Aliquando dicitur à SS. PP. ipsum assumpsisse naturam servilem, & ignorantem, quod debet intelligi de natura respectu nostri: vel de privatione scientiæ experientiæ. l.3.d.15. a.2. q.1. ad argum.
22. Quare in Christo fuit omniscientia, non verò omnipotentia respectu animæ. lib.3. d.14. a.3. q.3. ad 3.
23. In quibusnam debuit assimilari nobis fratribus suis? lib.3.d.3. art.3. q.2. ad 2. & d.12. artic.3. q.2. ad 1.
24. Christus non assumpsit stultitiam, & quare. l.3.d.21. art.2. q.2. ad 4.
25. Christus quam necessitatem habuerit patiendo: cibum sumendi, & tendendi ad mortem. l.3.d.16. a.1. q.2. & op. Brev. p.4. c.8. & opuscul. Cent. part.3. sec.31. & opusc. Comp. Theolog. l.4.c.18.
26. Christi humilitas, paupertas, servitus, aliæque ministeria vilia ab ipso pro nobis assumptâ expendantur. serm.3. Dom.4. Adv. Vid. *Christi virtutes*.
27. Quare Deus non assumpsit sexum muliebrem. l.3.d.12. a.3. q.1.
28. Christi exinanitio quomodò fuit laudabilis, & à nimia charitate procedens. l.3.d.1. a.2. q.1. ad 2. Vid. *Christi Adventus*. n.1.
29. Dubitatio quam ostendit Christus in horto, qualis fuerit. l.3.d.17. dub.3.
30. Christus qualem tristitiam habuit. l.3. d.15. art.2. q.2. & qualem iram. ibid. q.3. Item qualem timorem. d.34. p.1. a.2. q.3. corp. & op. Cent. p.1. sec.25.
31. Christus quare aliquando fugit mortem, & hoc virtuosè. op. apol. paup. resp.2. c.1.
32. Christus habuit timorem reverentiæ, & sensualitatis subjectæ rationi. lib.3. dist.15. dub.3. & 4.
33. Christus habuit non passionis motum, sed pro passionis, & quomodò. l.3. d.15. dub.4. V. *Christi Passio*. n.45.
34. Christus quomodò fuerit debitor. l.3. dist.18. dub.4.



35. Christus quare non potuit peccare. lib. 3. d. 12. a. 2. q. 1.
- Christi Resurrectio.*  
1. Christi resurrectio quare dilata fuerit ad tertiam diem. l. 3. d. 22. art. 1. q. 6. & quare non delata usque ad diem Iudicii, sicut nostra. lib. 4. d. 43. art. 1. quæst. 3. ad 2. & opuscul. Brev. part. 4. cap. 10.
2. Christi resurrectio enarratur: in Io. col. 85. qua die, & hora in Luc. cap. 24. n. 1. & op. Comp. Theol. l. 4. c. 23. & op. Brev. p. 4. c. 10. & op. Medit. c. 85. ad 98. & op. fascicul. & in Ioan. c. 2. n. 20. & ser. 8. in Hexaem.
3. Christi resurrectio fuit virtuosa, accelerata, vera, & irredibilis ad mortem: sic & resurrectio nostra spiritualis debet esse talis: collat. in Io. 85. & ser. 5. in Resur. Immortalitas ejus post resurrectionem qualis. serm. 2. Dom. infra oct. Nativ.
4. Christi resurrectio quare primò ostensa Magdalenæ, cui primò apparuit, & quare à mulieribus prius fuit nuntiata. in Luc. c. 24. num. 9. & respectu virorum primò apparuit Petro. ibid. n. 33. quomodò dicitur requievisse septima die. serm. 1. in Sab. sanct.
5. Christus post resurrectionem manducavit in ipsius testificationem. in Luc. c. 24. n. 42. & in Ioan. c. 21.
6. Christus conservavit cicatrices gloriosus, ut resurrectionis fidem adstrueret: & aliis de causis. in Luc. cap. 24. num. 42. Vid. *Christi Passio*. num. 42. Vid. *Cicatrix*. num. 1. Vid. *Accidentia*. num. 48.
7. Christi resurrectionis festivitas quàm solemnitas pro tota Ecclesia, & quomodò celebranda. ser. 1. in die Pasch. est annus Iubilei pro nobis. Pl. 117. V. *Iubileus*. n. 3.
8. Quæ beneficia nobis conferantur per resurrectionem. ser. 1. in die Pasch.
9. Christi resurrectio in quo sensu est causa, & exemplar nostræ resurrectionis. serm. 1. in Resur. & ser. 6. & l. 4. d. 43. q. 6. corp. & q. 1. corp. & l. 3. d. 11. a. 1. q. 2. corp. & d. 19. a. 1. q. 1. corp. & q. 4. ad 1. & op. Brev. p. 7. c. 5.
10. Christi resurrectionis multa mysteria prædicabilia enarrantur. serm. 1. & seq. de Resur. & quare tunc non instituit Sacramentum Eucharistiæ. l. 4. d. 8. p. 1. a. 2. q. 2. ad arg. & ser. 1. in Ascens. & op. Stim. p. 1. c. 13. V. *Eucharistiæ institutio*. num. 2.
11. Christi resurrectio signum est gloriæ ejus in Cælo: misericordiæ in Mundo: victoriæ in Inferno; & justitiæ in iudicio. ser. 3. de Resur.
12. Post Christi resurrectionem septem ipsius apparitiones expenduntur mysticè: in Psal. 144. Item & aliæ. in Luc. c. 24. n. 35. in Io. c. 21. Alia ab ipso operata expenduntur. ibid. & op. Stim. p. 1. c. 13. V. *Christi Transfiguratio*. n. 8.
13. Christus post resurrectionem apparuit in specie hortulani, Peregrini, & Crucifixi ad instructionem incipientium, proficientium, & perfectorum. in Io. c. 20. n. 20. Cum vulneribus apparuit, & quare. ibid. & ser. 2. Dom. in oct. Pasch.
14. Christus resurrexit clauso sepulchro, & quare. in Io. c. 20.
15. Christi resurrectionis septem signa expenduntur, figurata in septem signaculis. Apoc. t. 1. in Hex. ser. 1. op. Et quomodò dicitur totus resurrexisse. l. 4. d. 12. p. 1. dub. 2. Vbi de præputio Christi agitur, an sit de integritate corporis, &c. & l. 4. d. 44. a. 1. q. 1. corp. de sanguine, capillis, &c. V. *Christi varia*. n. 403. V. *Præputium*.
16. Christi victoria contra Mundum, & Diabolum expenditur. ser. 3. Hex. Ad hanc omnes victoriæ, quæ habentur in S. Scriptura referuntur. ibid.
17. Christus antè resurrectionem vocatur Dominus Iesus: post verò Dominus Iesus; & quare. in Luc. c. 24. n. 2.
18. Christi resurrectio figura resurrectionis peccatoris, quæ debet esse matutinalis, integralis, socialis, & immortalis. ser. 6. in Pasch.
19. Christus visus ab Apostolis antè, & post Resurrectionem quid operatus est in eorum anima. ser. 2. in oct. Pasch.
1. Christi transfiguratio est via ad inducendam fidem resurrectionis. ser. 4. Dom. 2. Quadr.  
2. Christi transfigurationis mysterium latè explicatur. in Luc. c. 9. & Dom. 2. ibid. & op. Medit. vit. cap. 41.  
3. Christi transfigurationis mysterium est difficile creditu cæteris. ser. 4. ibid.  
4. Quare duxit secum tres discipulos cum Moyse, & Elia. ser. 4. ibid.  
5. Quomodò in Christo omnia dicuntur transfigurata. ser. 4. ibid. quatuor transfigurationes leguntur de Christo, seu exaltationes: 1. in Monte Thabor: 2. in Hierusalem quando resurrexit: 3. in Oliveto quando ad Cælum ascendit: 4. in nubibus Cæli in iudicio. Pl. 67.
6. Christus transfiguratur aliquando se in nobis, ostendendo in se nostros defectus, quandoque nos in se per imitationem. in Pl. 15.
7. Christus commutavit se ad tria, scilicet in Eucharistia, in resurrectione, & transfiguratione. in Pl. 88.
8. Christi variæ apparitiones expenduntur. in Luc. c. 24. n. 35. & in Pl. 144. & in Ioan. c. 20. n. 20. & l. 4. d. 12. p. 1. dub. 1. V. *Christi resurrectio*. n. 12.
9. Christus quare post transfigurationem voluit solus videri. in Luc. c. 9.
1. Christi ascensio fuit exaltatio debita suæ obedientiæ. l. 3. d. 18. dub. 3. & quænam fuerit ibid. qualis in Passione, in Resurrectione, & in Ascensione. ser. 2. & 4. in Ascens. & op. Fascicul. V. *Ascensio*. Vid. *Assumptio*.  
2. Christi ascensio differt ab ascensione Sanctorum, quod illa fuit propria virtute & ad cælum Trinitatis: hæc aliena virtute, & ad Empyreum. l. 3. d. 22. dub. 4. & op. sum. de Essentia. & in Luc. c. 24. n. 51.  
3. Christus quare post dies quadraginta ascendit in Cælum. op. Br. p. 4. c. 10. & op. Cent. p. 3. sec. 32. & op. Comp. Theol. l. 4. c. 24. & l. 3. d. 22. a. 1. q. 6.  
4. Christus ascendendo in cælum nos avocat ad cœlestia. op. Brev. ibid. & serm. 1. Hex. & quare tunc non instituit Eucharistiam. l. 4. d. 8. part. 1. art. 2. q. 2. ad arg. Vid. *Eucharistiæ institutio*. n. 2. Tunc de vasis contumeliæ fecit vasa misericordiæ, & spolia facta distribuit prædicatoribus. in Luc. c. 11. n. 23.  
5. Ascensionis Christi mysterium latè expenditur, trahiturque ad mores. r. 1. in Ascens. serm. 1. & seq. & serm. 5. Dom. 1. Quadr. & in Luc. c. 24. n. 51. & op. Medit. c. 97. & op. fascicul. c. 7. comparatur Aquilæ. ser. 1. ibid. & in Luc. c. 19. n. 29. & serm. 8. in Hexaem. & serm. 1. & seq. in Ascens. Ejus currus sunt exercitus Angelorum. serm. 2. in Ascension. Abiit in cælum ad regnum acci

accipiendum : ad hospitium ad Spiritum sanctum mittendum : ad desiderium accendendum. serm.3.Ascens.

6. Christus sedere ad dexteram Patris quid sit. op. Comp.Theol.1.4.c.25.& 1.2.d.2.p.2.dub.2.& in Pl.109.& 92.
  7. Christus est totus in cœlo, & quomodo. l. 4. d.11. p.1. dub.2. Quomodo post Ascensionem abiit in regionem longinquam, idest in Patriam suam. Pl.54.
  8. Christus mittit in discipulos Spiritum sanctum. opusc.Medit. c.98. congregat Ecclesiam. opusc. Brev. p.4. c.10. & opusc.Cent.part.3. sec.32. & opusc.fascicul. Vid. v. *Spiritus sanctus*. In hocque se ostendit supremum Hierarcham purgantem Ecclesiam, & ut nubes ascendit, & pluviam emittit, sic & ipse Spiritum sanctum. serm.3.Hexaem.
  9. De missione Spiritus sancti in Apostolos agitur. l.1.d.14. dub.2.& 4. & in Ioan. c.20. n.22. Quare distulerit hanc missionem Christus post quinquagesimum diem. tom.2. in Luc.cap.24. in fine. & in die Pent. serm.1. & seq. & opusc. de 7. don. cap.1. & in Luc. cap.24. num.50. & serm.3. Domin.3. post octav. Pasch. & serm.3. in octav. Pasch.
  10. Quomodo dicitur Spiritum sanctum nondum datum fuisse, quia Iesus nondum erat glorificatus. in Io. c.7. cum ante mortem dederit Apostolis Christus Spiritum sanctum. l.4.d.7. art.1. q.1. ad 1.
  11. In die Pentecostes per adventum Spiritus sancti Apostoli fuerunt confirmati sine Sacramento. l.4.d.7. ibid.
  12. Post Christi ascensionem in Cœlo, & per missionem Spiritus sancti in Ecclesiam nunc majora, & efficaciora sunt dona Spiritus sancti quam fuisse in statu innocentiae : id enim magis confert ad commendationem divinæ misericordiae, sapientiae, & iustitiae. l.2.d.29. a.3. q.3. corp.
  13. Quare Christus insufflavit dando Spiritum sanctum. l.2.d.17. a.1. q.1. ad 1.
  14. In Cruce est dolor Confessorum : in sepultura requies absolutorum : in resurrectione vita iustorum : in Ascensione perfectio perfectorum : in consensu ad dexteram gloria bonorum Pl.28.
  15. Christus ascendit in cœlum à parte orientis, & descendet ad iudicium ab eadem parte. in Sap. cap.16.
- Christus Iudex.*
1. Christo dedit Pater omne iudicium : ut Deus ipse habet auctoritatem in sententiando, & potestatem in retribuendo sed primariam, & naturalem, ut homo habet commissam. l.4. d.48. a.1. q.1. corp. & ser.1. Hex.V. *Iudicium: & Iudex.*
  2. Quomodo sit verum, quod Christus secundum humanitatem feret sententiam, & tamen sententia non erat iudicis delegati. lib. 4. ibid. & serm.2. Dom.2. Quadrag. & an iudicabit secundum humanitatem, vel divinitatem. l.4. ibid. a.1. per totum.
  3. Christus veniet ad iudicandum cum Angelis assistentibus, & approbantibus. l.4. d.47. a.1. q.1. & 2. in iudicio quomodo sancti, boni, mali, Trinitas, & Christus iudicabunt. in Sap. cap. 3.
  4. Christus quo loco iudicabit, & quomodo tanta multitudo continebitur in Valle Iosaphat. l.4. d.48. dub.1. & ser.4. Dom.2. Adv. & opusc. Brev. p.7. c.1. & seq.
5. Christus in qua forma apparebit reprobis in die iudicii. l.4. d.48. q.2. & 3. & an videbitur ut Deus, vel ut homo : an gloriosus, vel non. ibid. & ser.4. Dom.2. Adv. & in Luc. c.13. n.35. & op. Cent. p.2. sec.5. & in Sap. c.3.
  6. Christus apparebit cum cicatricibus gloriosis, quæ angebunt ipsi decorem. l.4. ibid. q.3. ad arg. Vid. *Christi Adventus*. n.4.
  7. Christi adventus ad iudicium describitur. in Luc. c.17. n.23. seq. & c.19. n.15. & seq. & c.21. n.18. & seq. veniet nocte. serm.4. Dom.2. Adv. & in Io. c.5. n.21. & opusc. incend. am. c.1. & Plal. 118. n.161. & opusc. Comp. Theol. lib.7. cap.17. & seq.
  8. Christus est simul advocatus pro nobis, & Iudex contra nos. ser.3. Hex.
  9. Christus qualem syllogismum faciet in iudicio. in Io. col.71.
  10. Christi adventus ad iudicium describitur. ser.1. Dom.1. Adv. Ejus signa antecedentia. ibid. & ser.4. Dom.3. Adv. quæ acciderunt in Ascensione, evenient antè iudicium. ser.2. in Ascens. & ser.5. de Apost.
  11. In iudicio apperiet libros conscientiae, & vitæ. op. Cent. p.2. sec.5. Crux erit lucentior Sole. l.4. d.48. a.1. q.2. ad 2.
  12. Christus, & B. Virgo in iudicio erunt advocati Sanctorum. in Sap. c.5.
  13. In quo sensu dicet damnatis. Nescio vos. in Luc. c.13. n.25. Ejus vox elevata per virtutem infinitam resurgere faciet omnes mortuos. l.4. d.45. q.6. Ejus vox vocatur iustus Dei, tuba Dei, vox Archangeli secundum diversas proprietates. serm.2. Dom.20. post Pentec. V. *Archangelus*. n.4.
  14. Qualis erit revelatio bonorum, & malorum in die iudicii. in Luc. c.17. n.30.
  15. Christus constitutus est Iudex, quia reus voluit reputari. ser.1. in Septuag. ejus potestas cognoscenda ex casu Ministrorum in horto ad verbum. Ego sum. serm.3. Domin. 15. post Pentec.
  16. Christus ostensus est Ioanni Apoc.19. habens diademata multa, & gladium acutum: illa erunt ad coronandum beatos, iste ad refellendum reprobos. ser.1. Dom. Pas.
1. Christus ut Deus Redemptor est quoad auctoritatem, sicut & Pater, & Spiritus sanctus : opera enim Trinitatis ad extra sunt indivisa : quoad executionem verò est solus Christus ut homo. l.3. d.19. a.2. q.1. & seq. & l.4. d.5. a.3. q.2. ad 2. Non fuit ab æterno ut Deus Redemptor. l.3. d.19. dub.5.
  2. In quo consistit redemptio facta per Christum. l.3. d.19. ibid. in fund. Hæc exigebat, ut nunquam dimitteret carnem, & animam, etiam separata ab invicem, & quare. l.3. d.21. a.1. q.2. Redemptio est condigno pretio rei recuperatio. ser.2. Dom.2. Adv. & in Sap. c.8.
  3. In redemptione Christus usus est humilitate, & potestate : primum competit ipsi ut homini : 2. ut Deo. l.3. d.19. dub.5. Item bonitate, & largitate, castitate, & potentia. in Pl. 115.
  4. Redemptio hominis conveniens fuit ex parte divinæ potentiae, sapientiae, & misericordiae, tum ex parte hominis conditi ratione modi labendi, & status lapsi. l.3. d.20. a.1. q.1. corp.
5. Redemptio

*Christus ut Redemptor, & Mediator.*

5. Redemptio quomodo fuit necessaria ex parte Dei. l. 3. d. 20. ibid.
6. Redemptio per Christum facta quomodo manifestat Dei iustitiam, & misericordiam: & ob id decentior fuit, quam per aliam viam. lib. 3. d. 20. ibid.
7. Modus redemptionis quomodo plus convenit nostræ justificationi, quam glorificationi. lib. 3. ibid. & quomodo convenientius intervenit creatura, seu humana natura in hoc opere, quam sine ea. l. 3. ibid. ad arg.
8. Christus quia redemptor fuit, sufficientissimus se extendit ad terrestria, cœlestia, & infernaliam. op. Brev. p. 4. c. 10. ob id si infinita millia hominum essent reatu originali astricta per illius passionis effectum fuissent liberata, quia mors fuit pensata quantum erat ille, qui mortuus est. l. 3. d. 13. a. 1. q. 2. corp.
9. Christo ut redemptori, & mediatori gloriosum fuit habere corpus passibile. lib. 3. d. 18. a. 2. q. 2. ad 4.
10. Christus redemit nos à servitute Diaboli sanguine suo. l. 3. d. 19. dub. 4. & in Luc. c. 1. n. 74.
11. Christus in redemptione in principio usus est humilitate: in fine potestate, & quare. l. 3. d. 19. dub. 5.
12. Christi actus principales de redemptione hominis reducuntur ad septem actus principales, figuratos in capite primo Apocalip. in septem candelabris. l. 3. d. 25. art. 1. q. 1. corp. & serm. 2. Dom. 2. Adv.
13. Christus magis in redemptione voluit ostendere suam humiliationem, quam imperium, & misericordiam, quam potentiam, ut eum magis amaremus, quam timeremus. l. 3. d. 22. art. 1. q. 4. & d. 20. q. 2. corp. & ad 3.
14. Christus in redemptione hominum transiit sex montes: 1. umbrosus in incarnatione: 2. caliginosus in circumcissione: 3. lutosus in oblatione in templo: 4. aquosus in baptismo: 5. montuosus in deserto: 6. spinosus in Passione. Pl. 103.
15. Christus quia est mediator, idè reconciliare debuit genus humanum cum Deo; ob idque participavit & naturam divinam, & humanam. op. Brev. p. 4. c. 1. & c. 8.
16. Christus venit ut mediator, ut Doctor, & rex, & quomodo. ser. 2. Dom. 1. Adv.
17. Christus est mediator; idè medium tenens inter Deum, & homines, & quot modis, scilicet quoad Personam divinam, & quoad humanam naturam. l. 3. d. 19. a. 2. q. 2. corp. De officiis mediatoris agitur. l. 3. ibid.
18. Homo reconciliatus est Deo per mortem hominis innocentis, scilicet Dei, & hominis. ibid.
19. Convenientia secundum proprietatem est illa, quæ potest extrema reconciliare. ibid.
20. Christus quia mediator erat habuit mortalitatem transeuntem, & beatitudinem permanentem, ut per illud quod transit congrueret morituris: & illud quod permanet transferret ex mortuis: idè Angeli non potuerunt esse mediatores. l. 3. d. 19. ibid. ad arg.
21. Angeli mali sunt mediatores ad separandum à Deo, & quare. l. 3. d. 19. ibid.
22. Ad redemptoris dignitatem quænam gratiæ data, & necessariæ. l. 1. d. 44. dub. 3.
23. Christus ut redemptor solvit pro nobis pœnam, & pretium: ut Deus donavit gratiam. lib. 4. dist. 5. artic. 3. quæst. ultim. ad 2.
24. Christus quomodo dicitur medium, & in medio, & quomodo amaverit istud medium semper. ser. 1. Hex. & in Luc. medius inter animalia nascens, inter discipulos, in Cruce, & in Iudicio. in Ioan. cap. 19. num. 18. Vid. *Christi attributa*. n. 77. seq.
25. Christus solus potest salvare: idè in transfiguratione remansit solus. In Luc. cap. 9. n. 35. & in Io. cap. 4. num. 42. multipliciter dicitur salvator. in Ioan. col. 84. & opuscul. Brevil. part. 5. cap. 3.
26. Christus supremus Hierarcha quomodo reparavit Hierarchiam cœlestem, & subcœlestem: ob id. erat Deus, & homo. ser. 3. Hex.
1. Damnatio æterna duo importat, scilicet, poenæ æternæ inflictionem, & æternam à Deo separationem. l. 1. d. 48. dub. 1. & l. 2. d. 42. a. 2. q. 2. corp. Vid. *Infernus*. est à Deo secundum voluntatem consequentem. l. 3. d. 25. a. 1. q. 1. ad 4.

2. Damnationem æternam in casu, quo sciret Deum ita decrevisse potest quis velle quoad poenam, non quoad separationem: potest enim quis velle voluntate conditionata, & quantum in se est, quod scit Deum velle voluntate absoluta. l. 1. d. 48. dub. 1. & l. 2. ibid.

3. Damnatio est mors secunda, quæ provenit à morte prima, scilicet à peccato mortali per quod separatur anima à Deo. l. 2. d. 42. a. 2. q. 2. in arg. & in Jo. c. 8. n. 52.

4. Damnatio importat æternitatem poenæ, quæ licet quoad intentionem, & durationem excedat

- dar culpam : tamen quoad meritum culpæ hæc incomparabiliter excedit pœnam : unde damnati semper puniuntur citra condignum. lib.4. d.46.a.1.q.2.& l.2.d.42. a.2.q.2. corp. & lib.4. d.46.dub.1.& d.20.p.1.dub.7.& op.Brev.p.7.c.6. & op. de 3. tern. peccat cap.4. & serm.1. de S. Laur. V. *infra*. n.9.
5. Damnationis pœna, mors, & miseriam, & æternitas explicantur. op. Phar. lib.3. cap. 50. Carentia visionis est debita aversioni peccati, idest ignis pœna conversioni, & vermis deordinationi voluntatis. op. Cent.1. p.2. sec.7. & op. Brev. p.7.cap.6. & op. Comp. Theol. lib.7. cap.21.
6. Damnati non possunt recipere bonam voluntatem quoad rectitudinem, & hoc ratione sui status : idque est commune etiam Dæmonibus : tempus enim meriti eis præfixum jam transactum est. lib.2. d.7. p.1. art.1. corp. Vid. *infra*. num.30.
7. Damnatorum pœnitentia est solum ob læsionem, seu pœnam non ob offensam Dei. l.2.d.7. ibid. ad 1. Explicatur quomodo vellent se non peccasse, & adhuc vellent peccare. lib.4. d.50. p.1.a.1.q.1.& p.2.a.2.q.2. & d.14. p.2.a.1. q.3. V. *Pœnitentia*. n.26. & 27.
8. Damnationis, & Damnatorum sententia expenditur. op. diat. sal. tom.9.c.1.& op. Comp. Theol. l.7. c.19.
9. Damnatorum pœnarum acerbitas, diversitas, diuturnitas, universitas, & inutilitas expenditur. op. diat. sal. tom.10. cap.1. & lib.4. d.44.p.2.a.1.q.1. & a.2. per tot. & a.3. & lib.4. d.46.dub.1.& l.4.d.20. p.1. dub.7. & op. Brev. p.7.c.6.& op. Comp. Theol. l.7. cap.21. & 22. & op. Phar. lib.3. cap.10. & serm.1. de S. Laur. serm.2. Dom. sexag. & serm.1. Dom.1. Quadrag. & serm.2. Dom.2. Quadrag. & serm.2. Dom.5. post Pasch. & ser.1. Dom.5. post Pent. & serm.6. Dom.6. post Pent. & serm.1. in festo S. Matth. V. *Desperatio*. n.9.
10. Damnati an diligant Deum, an appetant beatitudinem; an mala voluntas intendatur in malo : an semper peccent eodem actu : an possint converti ad bonum. lib.2.d.7.p.1. art.1. per tot. & d.35.a.2.q.3. ad 5. & lib.4. d.43.a.1. q.1. ad ult.
11. Damnatis non aufertur aptitudo naturalis ad bonum : unde si aliquis rediret ad statum viæ nulla sibi habilitate de novo collata, haberet habilitatem ad susceptionem gratiæ. l.2. d.35. a.2.q.3. ad 5. & l.3.d.12.a.2.q.2. ad 1.
12. Damnati habebunt characterem Sacramentorum ad majorem confusionem ipsorum. l.4. d.6.a.1.q.5. ad 4.
13. Peccatum mortale est vinculum, & pœna æternæ damnationis. l.4.d.18. p.2. dub.4. Vid. *Peccatum mortale*.
14. Damnati tantum habebunt remorsum conscientiæ secundum quantitatem culpæ, & ignis. l.4.d.15.p.1.a.1.q.6.corp.
15. Damnati an minorem pœnam habebunt in Inferno ob bona facta in peccato mortali, & quomodo. l.4.d.15. ibid.
16. Damnationis sententia definitiva numquam admittit revocationem, seu remedium : & si aliquis legatur liberatus ab Inferno post mortem : id intelligendum quod non fuerit sententiatus finaliter. l.4.d.20.p.1. dub.3, & d.45. art.1. quæst.3. & lib.3.d.21.art.2.quæst.1. ad 2.
17. Damnationis sententia in exitu animæ à corpore fertur, statimque à Dæmonibus fertur in ignem æternum. l.4.d.20.p.1.a.1.q.5.corp. Vid. *Anima in actu separationis*.
18. Damnati in Inferno aduruntur divina justitia jubente, & flatu ignis succedente, absque eo quod accendatur ignis ab aliquo. l.4. d.20.p.1. a.1.q.5. corp.
19. Damnati numquam exeunt ab Inferno, licet Beati aliquando è cælo exeunt ad nostram utilitatem : Tum etiam pœna dependet à loco, gloria non. l.4.d.45. a.1.q.3.corp.
20. Dæmones exeunt ab Inferno, & quare id eis conceditur, & non damnatis. l.4.d.45. ibid.
21. Damnatorum locus & Infernus distinctus à <sup>Locus</sup> receptaculis aliarum animarum, & jure merito. l.4.d.45. a.1.q.1.& 2. & op. Cent. p.2.sec.4.& Brev. p.7.c.6.& op. Comp. Theol. l.2. c.21. & ser.3. in Resur. V. *Infernus*.
22. Damnati probabilius non torquebuntur post judicium à Dæmonibus, sed & hi erunt absorpti à pœnis. l.4.d.47.dub.4.
23. Damnatis non profunt suffragia. lib.4. d.46. a.1.q.1.
24. Damnatorum pœnæ non sunt æquales, sed secundum qualitatem demeritorum : Deus justius agit cum uno, quàm cum altero. lib.4. d.46.a.1.q.2. & 3.
25. Damnati oculo animæ non videbunt Christi divinitatem : hæc enim non potest videri absque maxima delectatione, & prævia infusione lucis supernæ : nec item oculo corporeo : id enim est impossibile, & maximè improporionatum. l.4.d.48. a.1.q.2. & 3.
26. Damnati videbunt humanitatem Christi gloriosam, Crucem, & Cicatrices, cum confusione, & pœna : boni verò eum maxima delectatione. l.4.d.48.a.1.q.3.
27. Damnatorum animæ, & Dæmones ab igne torquentur per influentiam, quæ est ordinata non per naturam, sed secundum justitiam. l.4. d.49.p.2.a.2.princ. a.1.q.2. corp.
28. In damnatis dolor pœnalis aufert ab ipsis actum peccandi, non verò habitum : unde vellent se peccare, si non crederent se debere propter hoc puniri : quare in eis est confusio voluntatis cum maxima pœna &c. lib.4. d.50.p.1.a.1.q.1.corp. & ad arg.
29. Damnati quomodo vellent se potius non esse, quàm sic esse. l.4.d.50. ibid. q.2.
30. Damnatorum affectiones quænam excrefcunt, & quænam minuuntur. l.4. d.50. p.1. a.1. q.3. Eorum voluntas quomodo invertibilis in malo. lib.4. d.50. ibid. quæst.1. ad arg. Vid. *Supra*. num.6.
31. Damnatorum cruciatus ob affectiones internas qualis, & quantus. l.4.d.50. ibid.
32. Damnati ob odium vellent omnes esse miseri. l.4.d.50. ibid. q.3.
33. Damnati quomodo desiderant aliquos non perire, sicut legitur de divite, qui desiderabat suorum fratrum salutem, & in quo sensu. l.4. d.50. ibid. & in Luc. c.16. n.28.
34. Damnatis ex aliorum damnatione excrefcit dolor. l.4.d.50. ibid. q.3. ad ult.
35. Damnatorum tenebræ corporales, & spirituales quales. l.4.d.50.p.1.a.2.q.1. & 2.
36. Damnatis lux ignis erit ad videndum horribilia,

bilia, tetra, & tristia. lib.4. d.50. ibid.

*Cognitio.* 37. Damnatorum cognitio, & memoria est ad majorem pœnam, & confusionem. lib.4. d.50. ibid q.2. & 3. & p.2.a.2.q.2. & 3.

Cognoscunt Beatorum gloriam, & nostra ad majorem pœnam, & quomodd. l.4.d.50. p.2. a.1. q.2. & 3. & in Luc. cap.16. n.28. & op. Phar. l.4.c.50.

38. Damnati habebunt cognitionem peccatorum ad majorem confusionem. lib.4. d.50. p.1. a.2. q.2. ad arg.

39. Damnati punientur non solum in voluntate, sed & in omnibus potentiis, & membris: licet principalius in voluntate, & corde, in quibus est demeritum. l.4.d.50. p.1.a.2. q.2. ad arg. & d.44. p.1.a.3.q.2. ad 5.

40. Damnatorum animæ habent modum apprehendendi ipsorum sensuum: Unde dives capiebat refrigerari linguam, scilicet, imaginativam. l.4.d.50. p.2.a.1.q.1. ad arg.

41. Damnatorum vermis mirabiliter rodens, & puniens in quibusnam consistit. lib.4. d.50. p.2. a.2. quæst.2. & 3. & op. Comp. Theol. lib.7. cap.22.

42. Damnatorum synderefis qualis. l.4.d.50. ibid. q.2. ad arg.

43. Damnatorum corpora conservabunt æternaliter proprias deformitates, & quomodd. lib.4. d.49. p.1. a.3. q.2.

44. Damnatorum desperatio est cumulus omnium pœnarum. l.3.d.31.a.2.q.2. ad 4.

45. Damnati triplex vœ experiuntur, scilicet, ob magnitudinem, ob multitudinem, & ob profunditatem pœnarum. op. spec. B. Virg. c.2.

46. Damnati per speciales fasciculos ligabuntur, qui pares fuerunt in culpis. ser.3. & 4. Dom.4. post Epiph. & ser.1. ser.4. Pasch.

47. Damnatorum societas erit cum vermibus, cum peccatoribus, & cum Dæmonibus. ser.1. ser.4. Pasch.

48. Damnati semper vivunt, & semper moriuntur miserrime. ser.1. in Invent. S. Cruc.

49. In damnatos Christus fulminabit sententiam excommunicationis majoris in die judicii. ser.2. de dedic. templ.

50. Damnati Christiani in Inferno sunt in inferiori loco positi sub infidelibus. ser.1. in Cath. S. Petr.

51. Damnatio in Scriptura proposita alicui fuit prædictio, non revelatio, eo maxime quia similes casus sunt cum conditione. lib.1. d.38. dub.4.

52. Damnati qualem confessionem Christi habeant. in Luc. c.4. n.41.

53. Damnatis motus malus voluntatis imputatur ad supplicium, & pœnam, non in demeritum, & peccatum. l.2.d.7. p.1.a.1.q.3. ad 1.

54. Damnati habent potentiam remoram, non proximam ad merendum. lib.3. d.12. a.2. q.2. ad 1. Qualem libertatem. V. *Arbitrium*. n.6.7. & 13.

55. Damnatorum culpa inexcusabilis, sententia inevitabilis: pœna interminabilis; & gratia irrecuperabilis. serm.2. Dom.7. post Pent.

#### *Damnium.*

1. Damnium, seu damnificatio oritur ex appetitu vindictæ, estque cura quis alium damnificat in bonis temporalibus. op. spec. an. c.1.

2. Damnificatio fit vel facièndo, vel præcipien-

do, vel consulendo, vel juvando, vel dissimulando: estque ex suo genere peccatum mortale. op. spec. an. c.1.

#### *Dan.*

Dan significat Antichristum, & iste erit de tribu Dan secundum opinionem multorum Patrum. serm.15. Hexaem. V. *Antichristus*.

#### *Daniel.*

Daniel significat Christum, interpretatur judicans. serm.4. die Pasch.

Dapifer Christus est. Pl.80.

Dapifera Dei est B. Virg. Vid. *Maria Epitheta*. lit. D.

#### *Dare.*

1. Dare est ad aliquid habendum: habere est ad aliquid possidendam, quod est in facultate habentis. lib.1.d.14.a.2.q.2. corp. Vid. *Habere*. num.2.

Dare ordinatur ad habendum, ita & accipere. l.1.d.18. dub.5. & l.1.d.5. dub.5.

Est dantis actio, sumiturque aliquando pro re data, quæ potest dari: datum extenditur ad bona naturæ: donum verò ad gratuita. op. de 7. don. Spir. c.2.

2. Dare est multipliciter, scilicet, vel datur aliquid ut finiens, sic præmium merenti: vel ut perficiens, ut gratia consentienti: vel ut subserviens, ut equus multis: hoc tertium importat potestatem accipientis in re data: alii duo nequaquam, in quibus habens, & habet, & habetur. l.1.d.14.a.2.q.2. ad arg.

3. Dare propriè aliquid alteri est transferre rem, & ejus possessionem in alterum. l.1.d.14. ibid.

4. Dare aliud est ex liberalitate communicare, aliud est ex liberalitate, & etiam auctoritate. lib.1. d.15. p.1.a.1.q.4. ad 1. Vid. *Misericordia hominis*. n.3.

5. Datum dicitur quoad naturalia: donum quoad gratuita loquendo in ordine ad Deum. l.1.d.18. a.1.q.3. in arg. V. *Donum*.

6. Datum est participium, vel nomen verbale concernens tempus: donum verò à tempore abstrahit. l.1.d.18. ibid. q.3. in corp.

7. Datum, & donum qualiter differant. l.1.d.18. a.1.q.3. & 4. & lib.1. d.10.a.1. q.1. ad 1. Primo modo procedunt creaturæ: secundo modo Spiritus sanctus. l.1. d.10. ibid.

8. An Spiritus sanctus dicatur donum, vel donum, cum mittitur temporaliter. lib.1. d.18. ibid. & d.13. dub.2.

9. Datum dicitur communicationem in actu, donum in aptitudine. lib.1. d.18. ibid. & d.13. dub.2.

10. Dare, & accipere sunt correlativa: unde non fit translatio potestatis per alterum tantum extremorum. l.4.d.29.a.1.q.2. ad 2.

11. Donum est datio irredibilis. l.1.d.18.a.1.q.3. in arg. & Pl.111.

12. Tria sunt opera misericordiæ, Dare, mutuuum dare, & commodare: dare est sine spe iterum recipiendi: mutuuum dare est idem dare, & tale recipere: commodare est tale absque usura recipere: Unde per tres gratias, quasi per tres sorores significabantur: dantes retrò flexas post tergum. Psalm.111. Vid. *Misericordia hominis*. num.9.

13. Dare proximo quando sit meritorium, indifferens, & malum, præcipuè in conviviis. in Luc. cap.14. n.12.

14. Data

14. Data à Deo homini ad quinque capita reducuntur, scilicet, naturæ, fortunæ, potentiæ, scientiæ, & gratiæ: suntque quinque talenta Evangelica. ser. 4. in Rogat. V. *Beneficium*. n. 12.
15. Petenti à Deo dat Deus certissimè, copiosissimè, prudentissimè, frequentissimè. ser. 4. Rogat.
16. Dare an sit meliùs, quàm recipere. op. Expof. Reg. S Franc. c. 6. *Darius*.
- Darius interpretatur fertilis, & significat Christum. ser. 1. Dom. 2. post Pent. *David*.
1. David auctor Psalmorum, eximiusque Prophetarum propter dignitatem regiam, humilitatem, & promissionem ei factam de Christo. Præf. in Ps. fuit oriundus ex Bethleem. in Luc. c. 2. n. 4.
2. David an fuerit excellentior Helia, & quomodo se habent tamquam excedens, & excessum. l. 1. d. 2. dub. 9.
3. David canebat Psalmos in psalterii sono, citharæ, & tubarum, & quo mysterio. Prolog. in Ps.
4. David interpretatur misericors. Ps. 118. cap. 2. v. 1. & c. 9. v. 11.
5. David qualem gratiam habuerit in oratione. l. 4. d. 32. dub. 5.
6. David peccavit in numeratione populi peccato superbiæ: non sic Moyfes, qui idem fecit mandato domini, & Saul ob expeditionem ad pœnam. l. 4. d. 14. p. 2. dub. 3.
7. David peccavit, & punitus est populus, ut ostendatur quantum obest subditis malus Prælati, & quantum profit ejus pœnitentia, & etiam quia punitur Princeps in subditis. lib. 4. d. 14. p. 2. dub. 13.
8. David tres planxit, scilicet, filium, amicum, & hostem: & quod mysterium in hoc insit. Ps. 7.
9. David in petendo misericordiam qualem modum adhibuerit. Ps. 50.
10. David cum quinque lapidibus figurabat Christum cum quinque vulneribus, quibus Diabolum prostravit. serm. 9. in Nat. Dom. & ser. 4. in Circum. Dom. V. *Christi vulnera*.
11. David tribus vicibus fuit inunctus: significabatur triplex unctio in Baptismate, in Confirmatione, & in Extrema-unctione. op. Comp. Theol. l. 6. c. 35.
12. David, & Goliath pugnæ mysteria panduntur. ser. 4. in Circum.
13. David post peccatum surrexit devotior. l. 3. d. 31. a. 1. q. 2. in arg.
14. David quam perfectus pœnitens. Ps. 7.
15. David fuit speciosus ex probitate animæ. ser. 1. de S. Elisab.
16. Davidis Turris significat statum perfectionis. V. *Perfectio*, n. 46. *De*.
1. De, importat vel causalitatem, vel ordinem. l. 4. d. 11. p. 1. q. 6.
- Item in propositione potest sumi vel materialiter, ut de ferro fit cultellus: vel ordinaliter, ut de mane fit merides: vel substantialiter partialiter, ut partes de toto: vel substantialiter originaliter, ut filius de patre. lib. 1. d. 5. dub. 10. & a. 1. q. 2. & l. 2. d. 1. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 1. ad 5. & in Joan. c. 1. n. 1. & Ps. 44.
- Item dicit conformitatem, & partialitatem. l. 1. d. 18. dub. 6. ut tollam de spiritu tuo. & l. 3. d. 13. dub. 4.
- Item aliquando tenetur occasionaliter tantum, ut de malo deducitur bonum. l. 1. d. 46. dub. 1.
2. De nihilo fieri quot modis potest sumi. l. 1. d. 5. dub. 10. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 1. ad 5.
3. De, & à, differunt, quod, de, dicit habitudinem principii activi, passivi, & consubstantialis: A, verò habitudinem principii activi tantum. l. 1. d. 5, a. 1. q. 2. ad 3.
4. De, importat transitionem, & ita distinctionem ab alio: sic dicitur lumen de lumine &c. l. 1. d. 4. dub. 1. Importat etiam habitudinem principii ad principium, & sic aliquando habitudinem partis ad totum: prima importat conformitatem secundum aliquod commune: secunda in substantia, & natura. l. 3. d. 13. dub. 3. & l. 1. d. 18. dub. 6. Unde quandoque notat causam efficientem; quandoque causam materialem: quandoque identitatem: quandoque transubstantiationem: quandoque ordinem. op. Comp. Theol. l. 1. c. 5. & l. 6. c. 14.
- Dea*.
- Dea in nostro Microcosmo est justitia. op. diæt. fal. tom. 5. n. 5.
- Debilitatio*.
1. Debilitatio sensuum fit in ossibus, in cruribus, in labiis, in auribus, in oculis, & in dentibus; signaque sunt tremor corporis, canities capitis, tumor ventris, & infrigidatio libidinis. in Ecclen. c. 12. n. 3.
2. Quid per debiles ad cœnam vocatos intelligatur. in Luc. c. 14. n. 13.
- Debitor, Debitum*.
1. Debitorum quatuor norantur in Sacra Script. scilicet, Deus, Spiritus, caro, & Mundus, & quomodo. Ps. 118. n. 58.
2. Debitum aliud est ex commissio, aliud est ex promissio: primum præest voluntati, importatque obligationem rigorosam: secundum consequitur largitatem promittentis, habetque plus de ratione gratiæ, quàm debiti: primum non cadit in Deo: secundum cadit. lib. 1. d. 43. dub. 3. & in Jo. c. 1. n. 17.
3. Debitum est duplex ex charitate, & ex necessitate: primò fuit Christus debitor mortis: secundò nos sumus: primò placari potuit Deus, quia habet rationem perfectæ placationis: secundò autem licet possit fieri meritorium, tamen non habet perfectam rationem placationis. l. 3. d. 18. dub. 4. & 5.
4. Debitum nostrum respectu Dei vel est jure conditionis, vel est ob reatum satisfactionis. l. 3. d. 20. a. 1. q. 4. ad 2.
5. Debitum nostrum aliud est bonæ vitæ, aliud pecuniæ, aliud offensæ. op. in orat. Dom.
6. Debitum aliud est in mundo, estque pro culpa: aliud in Inferno, estque æternæ calamitatis: aliud in cœlo, estque charitatis. serm. 1. & 3. Dom. 21. post Pent.
- Item aliud est jure naturali: aliud divino: aliud humano. op. spec. an. c. 3. & 4.
7. Debitum dimittere debitoribus nostris quæ bona nobis pariat. op. in Orat. Dom. & ser. 1. & 3. Dom. 21. post Pent.
8. Debitum exigens creditor quando peccat. op. spec. an. c. 2.
9. Debitum majus est, ubi est majus beneficium. in Luc. c. 12. n. 48.
10. Debitum conjugale est actus justitiæ, quandoque bonum est illud reddere, quandoque malum. op. Cent. p. 1. sec. 32. & l. 4. d. 32. per tot.

& op. Phar. lib. 2. cap. 40. V. *Matrimonium*.

11. Debitum sui ad proximum, & ad Deum quoduplex. Ps. 118. n. 66.

Item debita nostra cum Deo ob multiplex beneficium enumerantur. op. Incend. div. am. cap. 2.

12. Debitum hominis multiplex ad Deum: Vid. *Dei varia*. n. 208. & ad Proximum. Vid. *Homo ad Deum*. n. 132.

Debora. Vid. *Delbora*.

*Decalogus*.

Quid.  
Numerus.

1. Decalogus est summa continens decem præcepta in duabus tabulis conscripta à Moyse à Deo dictata, & tradita toti humano generi. op. de dec. præc. Decal. l. 1. Vid. *Grammatica*. n. 6. V. *Præceptum*.

2. Decalogi præcepta sunt fundamenta, & regulæ omnium legum, & bonorum, quæ spectant ad mores, sicut in Grammatica octo partes orationis sunt fundamenta eorum, quæ possunt exprimi per congruum sermonem, & in dialectica decem prædicamenta. op. de decem præcep. serm. 1.

3. Decalogi præcepta continent totam legem, seu justitiam ordinantem ad Deum, & ad proximum: hinc duæ tabulæ præceptorum assignatæ sunt. op. de dec. præc. serm. 2. & lib. 3. d. 37. a. 2. quæst. 1. sunt præcepta moralia. op. Centil. p. 3. sec. 32. & 33.

4. Convenientia qualis in numero decennario præceptorum decalogi. op. ibid. & lib. 3. d. 37. a. 2. quæst. 1. & 3. & op. Brev. p. 5. cap. 9. & op. Centil. ibid. & op. diæt. fal. tom. 3. cap. 2. quænam mysteria in hoc numero. lib. 3. d. 37. art. 2. quæst. 1. & op. Comp. Theol. lib. 5. cap. 59. & sequent. Vid. *Decem*. n. 1. seq. & Vid. *Numerus denarius*.

5. Ordo præceptorum Decalogi quàm fuerit conveniens, & secundum regulam fidei, & justitiæ. lib. 3. d. 37. art. 2. q. 2. & ser. 21. Hexaem. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 59.

Dignitas. 6. Decalogi præceptorum qualis dignitas, & sublimitas. op. de dec. præc. serm. 1. & lib. 3. d. 37. per tot. præcipue. art. 2. q. 1. & op. diæt. fal. t. 3. per tot. & op. Comp. Theol. ibid.

7. Quare Deus tradidit decem præcepta brevissimo, clarissimo, & facillimo modo. op. de dec. præc. serm. 2.

8. Decalogi præcepta continent prohibitionem septem vitiorum capitalium. lib. 3. d. 37. art. 2. q. 1. ad 7.

9. Decalogi præceptum primum est magis affirmativum, quàm negativum. l. 3. d. 37. dub. 1. & a. 2. q. 2. ad 5.

10. Decalogi præcepta sunt in majori numero negativa, quàm affirmativa, quia proniores sumus ad malum faciendum. lib. 3. d. 37. art. 2. q. 1. ad 9.

11. Decalogi tria prima respiciunt ordinatè Dei majestatem, summam veritatem, & infinitam bonitatem trium Personarum divinarum. lib. 3. d. 37. art. 2. quæst. 1. corp. & dub. 1. & op. de dec. præc. serm. 2.

12. Decalogi tria prima præcepta ordinate dirigunt vim irascibilem, rationalem, & concupiscibilem animæ. lib. 3. d. 37. a. 2. q. 1. corp. Item ordinant actum operis, oris, & cordis. l. 3. d. 37. ibid.

13. Decalogi præcepta duæ tabulæ ordinantur

proprietates respicientes tres Personas divinas, ordinantur & actus potentiarum irascibilis, rationalis, & concupiscibilis. l. 3. d. 37. ibid.

14. Quare in historia Sacra quinque præcepta conscripta fuerint per quamlibet tabulam: in spiritali verò sensu prima tabula continet tantum tria: secunda verò alia septem. lib. 3. d. 37. a. 2. q. 3.

15. Decalogi præcepta enumerantur, & singillatim considerantur. lib. 3. d. 37. per tot. & d. 38. 39. & 40. & op. de dec. præc. & serm. 21. Hexaem.

16. Decalogi præcepta quàm convenienter à Deo nobis sint imposita. l. 3. d. 37. a. 1. q. 1.

17. Decalogi præcepta sic distincta pertinent ad legem scriptam: sed quoad obligationem pertinent ad legem naturæ. lib. 3. d. 37. art. 1. q. 3. corp.

18. Decalogi præcepta quare fuerunt scripta in tabulis lapideis. l. 3. d. 37. ibid. ad 5.

19. Decalogi præceptorum observatio quomodo remanebit in patria cæli. ibid. ad 4.

20. Decalogi præcepta, vel prohibent quod de se est malum, vel præcipiunt quod de se est bonum, & secundum dictamen rectæ rationis: ob id obligant semper, & semper obligaverunt. l. 3. d. 37. a. 1. q. 3.

21. Decalogi præcepta in quo sensu obligant ad opus formatum, & in quo non. l. 3. ibid. q. 2. Ubi de opere meritorio, & necessario ad salutem, & de præcepto charitatis &c.

22. Decalogi præceptorum observantia suaderetur ob auctoritatem mandantis: tum ob utilitatem observantiæ multiplicem, quæ consistit in adeptione gratiarum, & charismatum divinarum revelatione Sacrarum Scripturarum, & affectuione cælestium præmiorum: tum ob evitacionem malorum, & periculorum: tum ob irreprehensibilitatem ipsorum mandatorum. op. de dec. præc. serm. 1. & op. diæt. fal. tom. 3. cap. 1.

23. Decalogi præcepta sunt ordinata ad perfectam executionem virtutum Theologicarum & Cardinalium secundum ordinem duarum tabularum. l. 3. d. 37. a. 1. q. 1. corp.

24. Decalogi præcepta qualem gratiam exigant, ad hoc ut possint observari. lib. 2. d. 28. art. 1. q. 3. corp.

25. Decalogi præcepta non possunt tolli, seu dispensari à Papa. l. 4. d. 19. dub. 6. & quomodo. V. *Papa*. V. *Dispensare*.

26. Deus potest dispensare in præceptis secundæ tabulæ, non autem primæ: quia peccata contra primam tabulam sunt mala in se, & secundum se: peccata verò in secundam sunt mala in se, sed non secundum se. l. 1. d. 47. a. 1. q. 4.

27. In præceptis decalogi quædam sunt principaliter, & expresse prohibita: quædam implicite ut annexa. l. 4. d. 16. p. 2. dub. 2.

28. Observantia mandatorum Dei suadetur multis rationibus. op. diæt. fal. tom. 3.

29. Transgressores præceptorum Decalogi notantur per decem plagas Ægypti. op. diæt. fal. tom. 3. c. 10. *Decem*.

1. Decem. Vid. *Denarius*.

2. Decem viri leprosi mundati à Christo quid significant. serm. 3. Dom. 13. post Pent.

3. Decem viri justi, & decem Virgines à Deo propositæ in Sacra Script. quænam sint. ser. 3.

V

Dom. 13.

Dom. 13. post Pent. & serm. 1. Dom. 15. post Pent.

4. Decem drachmæ decem lineæ horologii, Arrhas, decem præcepta Decalogi quid significant. in Luc. cap. 15. num. 8. Vid. *Decalogus*. num. 4.

*Deceptio.*

1. Deceptio, & error venit ex deordinatione iudicii vel in cognoscendis, vel in agendis. l. 2. d. 7. p. 2. a. 1. q. 1. corp. & d. 23. art. 2. q. 1. Vid. *Adam*. num. 32. Unde cum respiciat rationis usum, non est propriè in somniis. lib. 2. d. 23. ibid. ad arg.
2. Deceptio phantasiæ protervæ quænam. l. 2. d. 7. ibid. & d. 23. ibid.
3. Deceptio qualis sit in Angelis malis. lib. 2. d. 7. p. 2. ibid.
4. Deceptio Adæ & Evæ qualis fuit. serm. 1. Hexaem. & lib. 2. d. 22. part. 1. art. 2. & d. 23. a. 2. q. 1.
5. Deceptio circa scibilia, & opinabilia quomodo accidit. l. 2. d. 23. a. 2. q. 2.
6. Deceptio venit aliquando ab intrinseco: aliquando ab extrinseco: hoc secundo modo fuit in Adam. l. 2. d. 23. a. 2. q. 2. corp. Decernere. Vid. *Decretum*.

*Decima, & Decimari.*

1. Decimari, seu decimatio erat decimæ partis donatio ad præfigurationem curationis universalis, quæ futura erat per oblationem Christi; sic omnes homines dicuntur filii Abraham, quia decimati sunt in oblatione facta ab ipso ipsi Melchisedech Sacerdoti figurati Christum. lib. 3. d. 3. p. 2. art. 1. q. 1. & in Luc. c. 15. n. 8. & in Ps. 64.
2. Decimatio est actus moralis, sacramentalis, & figuralis: primo modo est donatio certæ partis ad sustentationem servientium Domino: secundo est ad deletionem peccati originalis: tertio modo est ut dictum est supra. n. 1. lib. 3. d. 3. ibid.
3. Decimatio quarè fiebat in grano frumenti, & quid significabat. l. 3. d. 3. ibid. ad arg.
4. Decimatio differt à baptisimo, & circumcissione, quod illa est actus pro persona, ista est actus personæ: hinc decimatio se extendebat ad præsentem, & futuros: ista verò ad præsentem tantum. l. 3. d. 3. ibid.
5. Christus non fuit decimatus in Abraham, quia fuit ipse in lumbis Abraham ut medicina, nec secundum seminale rationem. l. 3. d. 3. p. 2. a. 1. quæst. 2.
6. Beata Virgo fuit decimata in Abraham. lib. 3. d. 3. ibid. V. *Maria conceptio*.
7. Decimatio erat remedium in lege naturæ pro peccato originali non ex se, sed cum fide adjuncta. l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 3. corp.
8. Decimatio an obligabat. lib. 3. d. 3. p. 2. art. 1. quæst. 1.
9. Decima, est pars decima de frumento, quæ datur ad sustentationem eorum, qui deputati sunt cultui divino, habuitque originem ab oblatione, quam Abraham fecit Melchisedech Sacerdoti. l. 3. d. 3. ibid. q. 1. corp.
10. Decimæ dabantur à Iudæis Levitis, & à Levitis dabantur summo Pontifici, hæcque vocabatur decima decimæ. Ps. 64.
11. Decima oblata à Christianis est decima die-

rum, scilicet quadragesima, non nona, nec undecima, quia decimus ordo Angelorum cecidit, & debet restaurari hominibus: sic etiam offerunt primitias temporum, scilicet, quatuor tempora Ps. 93. in tit.

12. Decima quam offerunt Christiani, significat decimam drachmam perditam in hominè, & à Christo recuperatam. in Luc. c. 15. n. 8.
13. Decimas offerri Deo de omnibus nostris redditibus quàm utile, & sanctum. op. Phar. l. 2. cap. 49.

*Decisio, Decisum.*

1. Decisio seminis quomodo est via ad corruptionem. lib. 2. d. 20. art. 1. q. 2. ad arg. Vid. *Semen*. num. 3.
2. Decisio seminis an fuisset in statu innocentia, & quomodo. l. 2. d. 20. ibid. q. 2. corp.

*Declinare.*

1. Declinare à malo stat dupliciter, vel contrariè per actum positivum ad bonum, vel privativè nihil agendo: primum est meritum: secundum non, per hocque solum dicitur vitare pœnam, quia non facit malum. lib. 2. d. 20. dub. 2.
2. Declinare à malo dicit diversum habitum ab habitu, quo quis facit, & quando. l. 2. d. 42. a. 3. q. 2. ad 3.
3. Declinatio à casu recto in Genitivum, & alios casus Deo odibilis mysticè. in Thren. c. 3.

*Decor.*

Decor alius est divinitatis, alius humanitatis, hincque est animæ, corporis, & resurrectionis. Ps. 92. V. *Pulchritudo*.

*Decretum, Decernere.*

1. Decreta, & judicia Dei non solum iusta, sed ipsa iustitia sunt. Ps. 118. c. 5. v. 11.
2. Decreta Imperialia quænam. Psalm. 118. c. 5. vers. 14.
3. Decreta, & Canones ordinati fuerunt tempore Leonis Pontificis. Hex. ser. 16.

*Decurio.*

Decuriones sunt qui administrant iustitiam de ordine Curia, vel qui prærant decem viris. in Luc. c. 23. n. 50.

Decus. V. *Honor*. *Dedicatio*.

1. Dedicatio. Vid. *Ecclesia dedicatio*.
2. Dedicatio Ecclesiæ materialis qualiter fiat: Item templi spiritualis, scilicet, animæ. tom. 3. serm. 1. & seq. de dedic. templ. Vid. *Consecratio*.

*Deductio.*

1. Deus deducit minuendo, protegendo, erigendo, & conservando suos. Ps. 58.
2. Deduci in semitam est introduci in servitio Dei: In semita est proficere de virtute in virtutem. Ps. 118. n. 35.

*Deficio, Defectus.*

1. Deficere in Scriptura est vel desinere, vel diminui. Ps. 118. n. 18.
2. Defectus hominum vel sunt ex absentia gratiæ, ut rebellio carnis: vel ex compositione partium, ut fames: vel ex completionem, ut est ægritudo. lib. 3. d. 15. a. 1. q. 2. corp. Vid. *Christi Defectus*. n. 12. seq.
3. Defectus alius est, qui dicit privationem aliqujus positionis, & ordinis: sic est peccatum: alius est, qui dicit privationem solum positionis, non verò ordinis: sic est ignorantia, cæcitas. l. 2. d. 37. a. 2. q. 3. corp.

4. Defectum

4. Defectum facere est deficere, idque non potest Deus. l.2.d.37. ibid.  
Et deficere nihil aliud est quam peccare. ser. 4. Dom. 12. post Pent.
5. Defectus quidam hominum sunt ex culpa, quidam ex culpa, & via ad culpam: Alij sunt naturales, & isti vel sunt purè naturales, & universales, vel personales: illi respiciunt totam naturam humanam; isti personas aliquas particulares: Christus assumpsit tantum defectus merè naturales. lib.3. d.15. a.1. quæst.2. corp.
6. De defectibus assumptis, à Christo. V. *Christi defectus &c.*
7. Produci per defectionem est ex materia, produci per corruptionem præexistentis formæ, ut de grano fit herba: per protensionem permanente eadem forma, & inductione novæ artificialis, ut de argento fit vas: per derivationem quando intervenit sola localis mutatio, ut rivus ex fonte: in primo est materiale principium transiens formaliter: in secundo est permanens; in tertio est & agens. l.1. d.18. dub.4.
8. Defectus hominis ad tria capita reducuntur, scilicet, ad necessitatem moriendi, in errorem cognitionis, & in defectum affectionis. Psalm. 55.
9. Defectus item hominis alius innocentia, & sanctitatis: alius est cognitionis: alius est pronitas ad malum: alius est inhabilitas ad bonum. in Io. c.4. n.35.
10. Adam cum peccavit descendit in Iericho, quod interpretatur defectus: incurrit enim ob peccatum in triplicem defectum, scilicet, in defectum cognitionis ad cognoscendum verum, & ignavia ad operandum bonum, & timiditatis, & inconstantia ad fugiendum, & superandum malum. serm. 4. Dom. 12. post Pent.
11. Deficit quis à Deo, cum peccat: sub Deo, cum à peccato disistit: in Deo, qui in ejus cognitione deficit: in Deum, quia in Deum per contemplationem intendit. Pl. 60.

*Defendere.*

1. Defensio peccati est gradus superbia, quando, scilicet, quis peccatum suum, & errorem defendit, & excusat manifestè, & apertè. op. Cent. p.1. sec. 17.
2. Quænam sunt peccata, quæ sunt excusabilia, & debeant defendi. l.4. d.17. p.2. dub.2.
3. Defensio ab injuriante aliquando licet. in Luc. c.6. n.28.

*Definitio, Definire.*

1. Conditiones bonæ definitionis sunt: prima quod nihil contineat superfluum, vel diminutum, ita ut totam essentiam definiti in se claudat: secunda quod apertè notificet essentiam definiti: tertia quod ita constituat in esse definitum, quod ab aliis illud separet: sicque definitio continet veritatem, convertibilitatem, evidentiam, & sufficientiam. lib.3. d.23. a.1. q.5. corp. & op. Irin. ment. cap.3. & lib.1. d.25. a.1. q.2.
2. Definitio alia est materialis ratione substrati: alia formalis per actum formalem. lib.2. d.35. dub.6. Item alia est absoluta, scilicet, entium completorum; alia accidentalis, seu

- per additamentum. lib.1. d.25. art.1. quæst.2. ad 1.
3. Definitio non potest tolli à definito etiam per miraculum, & vice versa. l.4. d.20. p.1. q.4. & l.4. d.12. p.1. a.1. q.1. ad 1.
4. Definitio est quæ facit innotescere veritatem, op. Irin. ment. c.3.
5. Definitio accidentium qualis sit. l.1. d.25. a.1. q.2. ad 1.
6. Definitio, divisio, & ratiocinatio sunt modi scientiarum humanarum. op. Brev. in princ.
7. Definitio est deficiens, in qua tot sunt vocabula ex parte definitionis, quot ex parte definiti. l.2. d.25. p.1. dub.1.
8. Definitio alia est rei, alia nominis, seu interpretatio l.2. d.25. ibid.
9. Deus non est definibilis. Vid. *Dei cognoscibilitas*. n.52.
10. De quocumque prædicatur definitio, & definitum. V. *Maxima*. n.13.
11. Prima non possunt defini, nisi à posteriori. l.1. d.24. a.1. q.1. corp.

*Deformitas.*

Deformitas alia est naturalis, alia voluntatis; primam naturaliter respuit natura: secundam non semper voluntas respuit, sed multoties, cum sit libera, in ea sibi complacet. lib.2. d.5. art.2. q.2. ad 1.

*Defunctus.*

1. Defunctis profunt suffragia Ecclesiæ, & sacrificium Missæ. op. ex. pos. Mis. & l.4. d.45. dub.3. Vid. *Purgatorium*. n.12. seq. Vid. *Ecclesiæ effectus*. n.28.
2. Defunctis profunt suffragia Ecclesiæ, non ad meritum præmii, sed ad solutionem pœnæ. op. Comp. Theol. l.7. c.4.
3. Quænam suffragia profunt defunctis, & quibus. op. Comp. Theol. ibid. c.4. & 5. & ser. de animabus.
4. Quomodo aliquo modo profunt suffragia beatis, & damnatis. op. Comp. ibid.
5. Defunctorum animæ qualem pœnam patiantur. ser. de animabus.
6. Defunctorum corpora intra septa Ecclesiæ sepeliuntur, ne Dæmones eis nocere possint. ser. in dedic. Eccl.
7. Defunctorum officium non habet secundas Vesperas, & quare. Psalm. 92. V. *Ecclesiasticus ritus*. n.25.
8. Defunctorum corpora quare in Ecclesia exposita numquam sunt absque lumine. Pl. 83.
9. Ecclesia cantat in Invitatorio defunctorum, Regem cui omnia vivunt, quia apud Dominum omnia vivunt, nec est Deus mortuorum, sed vivorum. in Luc. cap.8. num.52. Vid. *Ecclesiasticus ritus*. num.45. Vid. *Suffragium, & Purgatorium*.
10. Defunctorum commemoratio quare proponitur ab Ecclesia post festum omnium Sanctorum. serm. de animab.
11. Defuncto, qui in vita legavit opera pia, statim ei obvenit meritum quoad opus operans; quoad opus operatum verò solum dum fiunt: primum enim valet ex merito absoluto: secundum ex conditionato. op. Comp. Theol. lib.6. cap.4.
12. Defunctorum exequiæ. Vid. *Exequia*. n.1.

13. Defunctos sola misericordia comitatur. Vid. *Misericordia hominis* n.10.

*Degenerare.*

1. Degenerare est extra genus generantis exire : & hoc est vel quoad formam communem , & naturam, sicque est degeneratio in æquivocis, ut mulus ex equa , & asino , & burdo ex equo, & asina : vel quoad proprietates , ut filius rusticus ex nobili , & turpis ex decoro : vel non relinquendo naturam , sed per diversitatem tantum , sic est omnis creatura generata , non filius Patris. lib.1. dist. 19. dub.11.
2. Degeneratio, seu peccatum naturæ est quando deviat à debito fine , ut est si nascatur homo. cum duobus capitibus. op. de trib. ternar. pec. c.7.

*Deificatus, Deiformis, Deitas.*

1. Deificatum componitur ex deitate, & factum : unde importat aliquid antecedens factum esse Deum, sicque non potest dici humanitas Christi esse deificata. lib.3. d.7. dub.2. Vid. *Dei nomen*. n.49.
2. Deiformitas acquiritur per gratiam, & gloriam: Duplex est : vel quando importat assimilationem per gloriam : vel per potentiam cognoscitivam. lib.2. d.3. p.2. a.2.q.2. ad 1. V. *gratia effectus*.
3. Deiformis vita quomodo duci possit in hoc mundo. op. de 7. Itin. æt. itin.7. d.4.
4. Deiformitas gloriæ facit plura simul intelligere. l.3. d.18. a.1. q.1. ad 3. Reddit intellectum aptum ad videndum Deum. Vid. *Dei cognitio*. num.1.
5. Deiformitas intellectus quænam. V. *Angelorum intellectus*. n.1.
6. Deitas quomodo differat à Divinitate. V. *Divinitas*. n.1. seq.

*Delbora.*

1. Delbora fuit una ex quatuor Prophetissis veteris Testamenti : aliæ tres sunt Maria Sotor Moyse, Anna, & Holda. in Luc. c.2. n.38.
2. Delbora interpretatur apis habens aculeum, significatque justitiam. in Luc. ibid.

*Delectabile, Delectamentum, & Delectatio.*

1. Delectatio est conjunctio convenientis cum convenienti, quæ exigit inclinationem, indigentiam, quietationem, & sufficientiam in extremis l.1. d.1. a.3. q.2. ad arg. & l.2. d.20. a.1. q.3. ad 2. & d.24. p.1. a.2. q.1. ad 5. & lib.4. d.49. art.2. quæst.1. ad 3. & op. Itin. Ment. c.2. & serm. 5. de plur. Mart. & serm. 1. Dom.2. post Pent. Vid. *Dilectio*. n.12. Vid. *Objectum*. num.32.  
Est operationis consummatio. Psalm. 118. c.9. vers. 2.
2. Delectatio qualis fuisset in statu innocentia. l.2. d.20. q.3. V. *Adam*. n.36.
3. Delectatio venerea unde procedit, & an fuisset in statu innocentia. l.2. d.20. ibid. Quomodo vocatur delectatio somnii. in Sap. c.7. n.3. Vid. *Complacentia*. n.1.
4. Delectatio potentia consistit in complemento, & facilitate sui actus. lib.2. d.20. quæst. 3. ad arg.
5. Delectatio visus, auditus, curiositatis, & ta-

ctus, & aliorum sensuum qualiter differant. l.2. d.20. q.3. ad 4. & op. Itin. Ment. cap.2. & serm. 5. de plur. Mart. Vid. *Infrà*. n.9. Quam noxia animæ. serm.4. Dom.3. post Pasch.

Qualis fuisset in statu innocentia. Vid. *Adam*. num.40.

6. Delectatio beatorum erit major in visu, quam in aliis sensibus. l.2. d.20. q.3. ad 4.
7. Delectatio voluntatis in quo consistat. lib.2. d.24. p.1. a.2. q.1. ad 5.
8. Delectatio omnis supponit aliquam suggestionem, estque vel solum sensualitatis, ob idque absque peccato, vel cum peccato post advertentiam. lib.2. dist. 24. part. 2. quæst. 1. & 2.
9. Delectatio quomodo supponat operationem sensuum. l.2. d.24. ibid. & op. Itin. ment. c.2. V. *Suprà*. n.5.
10. Delectatio peccati quem progressum habeat in tentatione. l.2. d.24. ibid.
11. Delectatio morosa quando sit peccaminosa mortaliter, & quando venialiter, & quænam mora requiratur, & quando sufficit consensus interpretativus, & qualis sit; & an in omnibus peccatis sit peccaminosa. l.2. d.24. p.2. dub.1. & art.2. quæst.2. & op. de mod. confit. cap.7. & sequent. & op. Comp. Theol. lib.3. cap.11. V. *Morosus*.
12. Delectatio est venenum serpentis inferens mortem animæ. lib.2. d.24. ibid. & op. Confession. part. 2. cap. 1. & serm. 4. Dom. 1. Adu.
13. Delectationis pravae mala. op. Phar. lib.2. cap.3.
14. Absque delectatione anima esse non potest. op. Phar. l.2. c.3.  
Hæcque non potest esse absque amore mutuo. l.1. d.10. a.1. q.2. corp.
15. Delectatio sequitur apprehensionem rei convenientis. op. Itin. ment. c.2.
16. Delectatio quæ bona, quæ indifferens, quæ mala op. Compend. Theol. lib.3. cap. 11. mala in quo consistit. ser.3. Dom.3. post Pasch.
17. Delectatio omnis bonæ, vel indifferens ad solum Deum reducitur. op. Itin. ment. cap.2. & serm. 5. de plur. Mart. & serm. 1. Dom. 2. post Pent.
18. Delectatio sensualis, maxime circa tactum impugnat donum intellectus : ebrietas ex parte anteriori : luxuria ex posteriori. serm. 3. Hexaem.
19. Delectatio, sicut dolor est in instanti. l.4. d.16. p.1. a.3. q.1. in arg.
20. Delectationes carnales sunt siliquæ porcorum non satiantes animam. serm. 4. Dom. 18. post Pent. V. *Siliqua*. n.1.
21. Delectatio, complacentia, & quietatio stat in amore. V. *Delectatio*. n.12.
22. Delectationes Mundi. Vid. *Mundus*. n.84.  
Delere. Vid. *Contritio*.

*Deliberatio.*

Deliberatio pro statu viæ indiget collatione, & successione : at in gloria potest fieri in instanti. l.3. d.18. a.1. q.1. ad 3. & l.2. d.3. a.1. q.1. & 2. & d.5. a.3. q.1. ad 2. Id docet de Angelis : oppositum tamen sustinet de Christo, quia ab instanti ejus anima fuit gloriosa : ob id potuit plura



plura simul intelligere &c. l. 3. d. 18. cit. Vid. *Electio*. n. 2. V. *Voluntas*. n. 4.

*Delicatus, Delicia.*

1. Delicata est divina consolatio, quæ non admittit secum terrenas consolationes. serm. 1. de SS. Evang. & serm. 1. de Dedic. Eccl. V. *Consolatio*. n. 5.
2. Deliciæ mundanæ quàm vanæ. in Ecclen. c. 2. V. *Mundus*. n. 34.
3. Ubi non est amor, ibi non possunt esse delicia. l. 1. d. 10. a. 1. q. 2. corp.
4. Deliciæ in hoc mundo, & in alio non possunt consequenter haberi. ser. 3. Pent.
5. Deliciæ Christi esse cum filiis hominum. Vid. *Christi attributa*. n. 38.

*Delictum.*

1. Delictum dicitur quasi derelictum bonum, estque transgressio præceptorum affirmativorum, sicuti commissum est prævaricatio præceptorum negativorum. op. Cent. p. 1. sec. 7. & op. Brev. part. 3. cap. 8. & op. declar. term. Theol.
2. Delicti differentia sunt ignorantia, omissio, & negligentia. op. Cent. p. 1. ibid.
3. Delictum dicitur notorium, & plenè probatum quando ita factum est ut non indigeat testibus, & nulla tergiversatione possit celari. l. 4. d. 13. a. 1. q. 4. ad arg. & d. 17. p. 3. a. 2. q. 2. ad 5. V. *Notorium*.

*Delinquere.*

Delinquentium tria genera in Religionibus, & qualis circumspèctio adhibenda in eorum correctione op. de sex al. Seraph. cap. 7. Demeritum. Vid. *Meritum*.

*Demetrius.*

Demetrius interpretatur nimium persequens, significatque malum iudicem. in Psalm. 118. c. 2. vers. 7.

*Democritus.*

Democritus cum esset ditissimus, ut Philosophiæ operam daret omnibus renuntiavit. serm. 1. in Convers. S. Paul.

Demon. V. *Dæmon*: *Diabolus*.

*Demonstrabile, Demonstratio, Demonstrativum.*

1. Demonstrationes scientificæ sunt de his, quæ fiunt semper, & si fiant de his, quæ fiunt frequenter, non tamen fiunt ut frequenter evenientes, sed ut semper, ut in Eclipsi. l. 4. d. 36. dub. 5. V. *Syllogismus*.
2. Demonstratio qualis argumentatio. lib. 3. d. 24. art. 2. quæst. 2. in corp. & op. diæt. sal. tom. 8. cap. 5.
3. In demonstratione medium per suam evidentiam, & convenientiam, cum extremis compellit rationem ad assentiendum. ser. 1. Hex.

*Denarius.*

1. Denarius inficit hominem. serm. 5. Hexaem.
2. Denarius mysticè est anima, cujus imago examinabitur in morte. ser. 2. Dom. 22. post Pent. Vid. *Anima varia*. n. 44. & V. *Anima ad Deum*. n. 71. V. *Decem*. V. *Numus*.
3. Denarius est pretium, quod datur laboran-

tibus in vinea. in Luc. c. 15. n. 8. & ser. 2. & 3. in Septuag. & serm. 3. in oct. Pasch. & serm. 3. Dom. infra oct. Ascens.

4. Denarii numeri perfectio qualis. l. 3. d. 37. a. 2. q. 1. in corp. & in Luc. cap. 15. n. 8. V. *Numus denarius*. n. 24. Continet in se unitatis, ternarii, & senarii numeri perfectiones: prima est perfectio omnis numeri: aliæ duæ continent partes aliquotas, & non aliquotas. lib. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 3. corp.
5. Denarius falsus est mendacium. op. diæt. sal. tom. 3. c. 7.
6. Denarius est ultimus numerorum: supra enim ipsum fit recapitulatio numerorum. Ps. 150. De nihilo esse quot modis sumi potest. lib. 1. d. 5. dub. 10. V. *supra*. V. *De*, & V. *Creatio*.

*Denominatio.*

1. Denominatio in quo sensu dicitur, quod fiat à nobiliori. l. 1. d. 14. a. 1. q. 1. ad ult. & lib. 2. d. 9. a. 1. quæst. 4. ad arg. & d. 25. p. 2. dub. 3. & l. 3. d. 2. art. 2. quæst. 2. ad 1. & l. 3. d. 38. q. 5. ad 3. & lib. 4. d. 27. a. 1. quæst. 2. V. *Maxima*. n. 244. & 447. & 561. Quomodo fiat ab accidentibus. V. *Accidens*. n. 50. In effectibus denominatur ab ignobiliiori. Vid. *Effectus*. n. 1.
2. Denominatio alia est per inhærentiam, alia per circumincessionem, quando, scilicet, unum ad aliud ordinatur, ut color est lux. l. 2. d. 27. a. 1. q. 2. ad arg. Sed denominatio accidentis non potest fieri ad id, ad quod comparatur, ut accidens: Unde Deus non dicitur localis, licet sit in loco. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 1. in arg.
3. Denominativa prædicatio fit quatuor modis: primò per inhærentiam; v. g. paries est albus: secundò per modum transmutationis: ut Petrus dealbatus: tertio per modum possessionis, ut Asinus Socratis: quarto per modum unionis, ut ferrum ignitum. lib. 3. d. 6. a. 1. q. 3. ad 4. Unde fit per modum concretionis, sicut prædicatio per identitatem fit per modum abstractionis. lib. 1. d. 27. a. 1. q. 1. ad 3. Vid. *Prædicatio*. n. 12. & 19.
4. Denominatio operis moralis est ab intentione. l. 3. d. 38. a. 1. q. 5. ad 3.
5. Denominatio extrinseca nihil realiter distinctum à denominante ponit in re denominata, sed est quid distinctum tantum secundum modum, scilicet, dicendi, ut est actio cognitionis Dei à cognosci ipsius. lib. 1. d. 40. art. 1. q. 1. ad 2.
6. Denominatio non fit eorum quæ raro, sed quæ frequenter fiunt. lib. 3. dist. 38. quæst. 5. ad 3.

*Densitas*

1. Densitas, & raritas in Elementis causantur à frigido, & calido dissolvente, vel constringente partes materiæ: In cælis verò causantur ob situm diversum partium: in densis enim sunt partes propinquiores. lib. 2. d. 14. part. 2. art. 2. quæst. 1. corp.
2. Condensabilitas, & rarefactibilitas, est ratio, quare elementa sunt miscibilia. lib. 2. d. 17. a. 2. q. 2. in fund. Vid. *Raritas*. n. 1.

*Dens.*

1. Dentes alii sunt incisivi, alii canini, alii molares: per primos in Saera Scriptura intelliguntur dolosa verba: per secundos detractoria: per tertios manifestè mala. Pf. 57.
2. Dentes draconum sunt tentationes Diaboli, & Mundi. ser. 4. Dom. 1. Adu.
3. Dentes animæ quinam. V. *Anima varia*. n. 43.

*Denuntiatio.*

Denuntiatio quando faciendâ Prælato de peccato proximi. in Ecclen. cap. 10. n. 11. Vid. *Accusatio*.

*Deordinare: Deordinatio.*

Deordinatio multiplex est in peccato mortali, cui respondet in Inferno multiplex pœna. op. Brev. part. 7. cap. 6. Vid. *Peccatum actuale*. n. 5. Vid. *Peccatum Originale*. n. 16.

*Dependere: Dependencia.*

1. Dependencia creaturæ ad Creatorem quæ relatio sit, & quomodò distinguatur à creatura. l. 1. d. 30. dub. 4. & a. 1. q. 3. corp. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 2. V. *Creatura*.
2. Dependencia est triplex: prima per comparisonem ad compositionem: secunda cum aliis: tertia ad suam causam. lib. 1. d. 8. p. 2. art. 1. q. 2. corp.
3. Dependencia animæ ad corpus, & vice versa est in ordine ad compositionem cum aliis, estque secundaria, non essentialis. l. 1. d. 8. p. 2. ibid. V. *Anima ad corpus*. n. 9. seq.

*Deprecatio.*

1. Deprecatio propriè est de malis amovendis: oratio pro bonis adipiscendis, sed communiter unam sumitur pro altero. in Sap. c. 18.
2. Deprecatio habet tres proprietates, scilicet, humilitatem, assiduitatem, & affectuositatem: prima multùm placet Deo: secunda multùm valet: tertia multùm movet. Pf. 118. c. 11. v. 9.

*Derisio.*

1. Derisio est detestatio, seu contemptus proximi, quæ fit verbis: subsannatio verò fit aliquo gustu contemptibili: & irreverentia consistit in modo loquendi: estque fructus superbiæ. op. spec. an. c. 2.
2. Derisor, arrisor, & adulator differunt, quod derisor absentibus detrahit: arrisor consentit in malis amicis, & dominis: adulator qui verba cadentia tollit. Pf. 111. est veluti cæcus, qui spuit, & nescit ubi. op. diæt. sal. t. 3. l. 7.
3. Derisio quàm perniciosa. op. Phar. l. 3. c. 3.
4. De derisione multa ex S. Script. op. Bibl. paup. cap. 70.

*Derivatio.*

1. Derivativum est concretum. V. *Concretum*.
2. Produci per derivationem quid sit. V. *Deficium*. num. 7.

*Descendere.*

1. Descensus ad mortem, ad pœnitentiam, & ad Infernum expenditur. serm. 3. Dom. 10. post Pent.
2. Descensus per vitia, & ascensus per virtutes multiplex proponitur. serm. 2. Dom. 16. post Pent.
3. Descensus Christi ad Inferos. V. *Christus descendens ad inferos*.
4. Descensus ordinatus ad ascensum, fuit descensus Christi ad inferos. l. 3. d. 2. a. 1. q. 4. ad 4. Unde tales motus non sunt contrarii. ibid.

5. Descendere Dei in mundum est aliquod novum operari in creatura. op. sum. de essentia.
6. Descensus hominum in peccatorum tenebras: ad pœnitentiam, ad sepulturam, & ad Infernum expenditur. ser. 3. Dom. 10. post Pent.
7. Descendendo servitur Diabolo. V. *Christi varia*. n. 282.
8. Descensus hominis in Jericho. Vid. *Defectus*. num. 10.

*Descriptio.*

Descriptio totius orbis qualiter factus in Nativitate Christi, & an fuerit licita. in Luc. cap. 2. num. 1.

*Deferere.*

Deus dicitur deferere animam. V. *Peccati effectus*. n. 36. V. *Despicere*.

*Desertum.*

1. Desertum est locus asperitatis, sterilitatis, & despectibilitatis. serm. 2. Dom. 1. Quadrages. & in Joan. col. 7.
2. Desertum quia est locus solitarius, & inhabitatus, & sterilis significat aliquando Mundum, locum vitiosum, & damnatorum, vitam justorum, & virtutis progressum in Pf. 77. & ser. 5. Dom. 1. in Quadrages.
3. Desertum significat Religionem. in Luc. c. 4. n. 42. & serm. 2. Dom. 1. Quadrages. Item multiplex mysticè. Pf. 77. Vid. *Christi varia*. n. 253. V. *Religionis status*.
4. Deserti laudes, & quomodò sit valdè aptum ad serviendum Deo. ser. 2. Dom. 1. Quadrages.
5. Dicitur cœlum. V. *Cœli varia*. n. 22.

*Desiderium.*

1. Desiderium est operatio virtutis electivæ, habet pro objecto bonum. op. Itin. Ment. c. 3. estque fructus spei. l. 3. d. 31. art. 2. q. 2. ad 2. Vid. *Appetitus*. Quod bonum est absens. lib. 3. d. 27. dub. 1. loquendo de desiderio viatorum, non verò Beatorum. l. 3. d. 31. a. 2. q. 2. ad 2.
2. Desiderium quando est in omnem eventum & absolutè, & non evenit, tunc frustratur, & tristitiam affert: non verò quando est conditionatum. l. 2. d. 11. a. 2. q. 3. ad 3.
3. Desiderium boni, & veri in generali non est gratiæ gratis datæ opus, sed tantum in speciali. l. 2. d. 28. a. 2. q. 1. ad 2.
4. Desiderium moriendi quando sit bonum, & quando malum. l. 3. d. 29. dub. 6.
5. Desiderium multiplex expenditur. Psalm. 118. c. 8. v. 12.
6. Desiderium Sanctorum Patrum erat fruendi Deo, uniendi Deo, & evitandi malum, scilicet, Diabolum, peccatum, & infernum. Pf. 9.
7. Desiderium æternum quomodò tribulationibus excitetur. in Luc. c. 16. n. 35.
8. Desiderium excitatur alicujus rei per spectiositatem, utilitatem, & deliciositatem: primum respicit visum: secundum affectum: tertium gustum, quæ tria sunt excellentissimè in Christo, ob id est desiderabilis super omnia. ser. 2. Dom. 1. Adu.
9. Desiderium ardens necessarium volenti Deo servire. op. de regim. an. Est ignis animæ. Vid. *Anima ad Deum*. n. 95.
10. Desideria sancta, & pia varia proponuntur animæ. op. Solil. cap. 4. non possunt haberi nisi per orationem, & contemplationem. op. Itin. ment. prolog. sunt via ad Deum, ad supernam Hierusalem, solumque sunt amantium. op. Myst.

Myft. Theol. prol. Sunt clamor animæ perueniens ad aures Dei, vocesque animæ. op. de 7. itin. 2. d. 4. Sumr signa habitationis Spir. Sancti. ser. 3. in Ascens.

11. Desideriorum bonorum fructus. op. Phar. lib. 4. cap. 24.
12. Desiderium, quia est boni absentis importat imperfectionem: in Beatis verò importat tantum exclusionem fastidij. lib. 3. d. 27. dub. 1. V. *Suprà*. num. 1.
13. Desiderium aliud est de acquirendo quod non habetur, aliud de continuando quod habetur. In primo est spes, quia est ibi expectatio: In secundo non, estque proprium Beatorum. l. 3. d. 31. a. 2. q. 2. ad 2. & d. 27. dub. 1.
14. Desiderium bonorum æternorum quomodo differat à desiderio temporalium. l. 4. d. 20. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
15. Desiderium cœlestium quid operetur. V. *Cali. varia. n. 13.*
16. Desideria mala quàm noxia. op. Phar. lib. 4. cap. 24.

#### *Desidia.*

Desidia dicitur quasi desistentia, estque omisso debite circumstantiæ in opere faciendo: & est idem quod negligentia, ad quam consequitur torpor, & pigritia: prima respicit appetitum quietis: secunda difficultatem operis. op. Cent. p. 1. sec. 8.

#### *Desinere.*

1. Verbum desinit habet duplicem expositionem, scilicet modum intrinsecum, cum res ultimo est; & extrinsecum, quando res non est: primus dicitur ultimum esse rei: secundus primum non esse rei. l. 4. d. 17. p. 1. art. 2. q. 1. ad 4. V. *Modus. n. 5.*
2. In desitione, & inceptioe alicuius rei quomodo dantur duo indivisibilia contigua, scilicet unum dicit negationem præcedentis formæ, & aliud positionem novæ: sic per unum instans desinit esse panis, & in alio incipit esse corpus Christi. l. 4. d. 11. p. 1. a. 1. q. 5. V. *Incipit. num. 1.*
3. De desitione, & inceptioe rerum. V. l. 1. d. 9. q. ult. & l. 1. d. 37. a. 2. q. 2. in arg. & l. 2. d. 1. art. 3. quæst. 1. & q. 2. ad 3. & l. 3. d. 11. a. 2. q. 2. & 3. & lib. 4. dist. 11. p. 1. a. 1. quæst. 5. & d. 17. p. 1. art. 2. q. 1. ad 4.

Desistere. V. *Desidia.*

#### *Desolatio.*

Desolationis abominationis signa adventus Antichristi mysticè traduntur. ser. 1. Dom. 24. post Pent. V. *Abominatio. n. 2.*

Despectus. V. *Despicere.*

#### *Desperatio.*

1. Desperatio est effectus Accidiæ: estque voluntas gravedinem reprimens, diffidens de adiutorio ad perficiendum bonum, seu de remuneratione divina. op. declar. term. Theol. & op. Cent. p. 1. sec. 2. 1. & op. Spec. an. c. 3. V. *Accidia. num. 4.*
2. Desperatio est gravissimum omnium peccatorum, estque in Spiritum Sanctum. op. Spec. an. c. 3. claudit enim finalem impœnitentiam in se, sic Iudas &c. l. 2. d. 43. a. 3. q. 1. ad 1. V. *Peccatum mortale. n. 41.*
3. Desperatio de Dei misericordia est duplex, scilicet vel in se credendo, quod maior sit iniquitas, quàm misericordia, estque infidelita-

ris actus: vel in effectu credendo id non univèrsaliter, sed respectu sui. lib. 2. d. 43. dub. 3. & a. 3. q. 2. ad 1.

4. Desperatio est vel ex pusillanimitate: alia ex pura diffidentia misericordiæ Dei: prima non est peccatum in Spiritum S. secunda sic. l. 2. d. 43. a. 3. q. 2. ad 1.
5. Desperatio non tollit fidem, tamen plus offendit fidem, quàm aliud peccatum. lib. 2. d. 43. dub. 3.
6. Desperatio est vitium demergens hominem in profundam peccatorum. l. 3. d. 26. a. 2. q. 2. ad arg. & l. 2. d. 43. a. 3. q. 2. ad 1. & serm. 1. Dom. 4. Quadr. & ser. 2. Dom. 19. post Pent.
7. Desperatio supponit aliud præcedens peccatum: mala enim conscientia est, quæ inducit in desperationem. l. 3. d. 26. a. 2. q. 2. ad 1.
8. Desperatio in damnatis est cumulus omnium malorum. l. 3. d. 31. a. 2. q. 2. ad 4.
9. De desperatione auctorit. SS. PP. op. Phar. l. 3. cap. 14.
10. Desperatio quomodo tollenda. f. 5. in die. Cin.

#### *Despicere.*

1. Despicere Dei est dupliciter, vel finaliter, quod habet secum annexam obdurationem in præfenti, & reprobationem æternam, vel secundum præsentem iustitiam. in Ecclen. cap. 7. num. 14.
2. Deus neminem despicit sine causa, & quomodo iste non possit corrigi. in Ecclen. ibid.

#### *Desponsatio.*

1. Desponsatio Ecclesiæ cum Christo. V. *Ecclesia. num. 61.*
2. Desponsatio animæ cum Deo quomodo fiat. V. *Anima ad Deum. n. 85.* & 110. V. *Sponsus. V. Christi varia. n. 289.*

#### *Determinatio.*

1. Determinatio fit per differentiam constituentem, quæ semper aliquam differt à re constituta. l. 1. d. 33. a. 1. q. 1. ad 1. V. *Differentia. n. 7. seq.*
2. Determinatio qualis est necessaria in obiecto ad subalternationem scientiæ. lib. 1. quæst. 2. in prol. Detestari. V. *Contritio. V. Peccati remissio. V. Absolutio.*

#### *Detractio.*

1. Detractio est alienæ famæ denigratio. op. Cent. p. 1. sec. 13. & 19. & op. declar. term. Theol. & op. Spec. an. c. 1. V. *Murmuratio.*
2. Detractio est effectus, seu filia Invidiæ, qua quis proximi bonum, seu prosperitatem impedit. op. Spec. an. c. 1.
3. Detractio committitur aut bonum proximo diminuendo, aut malum imponendo: ob id committitur principaliter pluribus modis, scilicet bonum negando, vel tacendo maximè tempore necessitatis, vel bonum pervertendo in malum, vel malum occultum revelando, vel augmentando, vel adinveniando mendaciter malum non factum, vel libenter audiendo malum de proximo. op. Cent. part. 1. sec. 13. & op. Spec. an. cap. 1. & in Sap. c. 1. n. 11. De sui natura est peccatum mortale: aliquando non. op. Spec. an. cap. 1. & op. Expos. reg. FF. Min. cap. 10. & in Ecclen. c. 10. n. 11.
4. Detractio est peccatum contra iustitiam obligans detractorem ad restitutionem. & op. Spec. an. c. 1. & ser. 4. Dom. 4. post Pent.

V 4 5. Detra

5. Detractor est peior quàm raptor rei alienæ. op. Spec. an. c. 1.
6. Detractio est homicidium spirituale. op. Cent. part. 1. sec. 3. 1. & op. Phar. lib. 3. cap. 3. V. *Infra* num. 12.
7. Detractor est similis Cani, qui lambit in homine non carnem, sed vlcera, & faniem. op. diæt. salt. t. 3. c. 7.
8. Detractio quàm noxia bono Religionis, & Prælatorum. op. de sex al. Seraph. c. 7. & op. de Instit. Novit. c. 23.
9. Detractor est similis serpenti, qui occultè porrigit venenum. in Ecclen. c. 10. n. 11. Imò peior, quia occidit primò se ipsum. in Sap. c. 1. n. 10. & ser. 1. in fest. Pent. V. *Infra*. n. 11. Et sicut lingua serpentis sibilare non potest, clamare non potest: sic oratio linguæ venenatæ non est clamor orantis, sed sibilus serpentis apud Deum. ser. 3. Dom. 2. Quadrag.
10. Detractor peior fit cum reprehenditur. in Luc. c. 4. n. 22.
11. Detractoris lingua est serpentina, & Diaboli. ser. 1. 1. in Pent. V. *Suprà*. n. 9.
12. Detractoris lingua tres vno ictu interficit. ser. 1. 1. in Pent. Crucifigit fratrem suum falso iudicio, & detractione oris. ser. 4. Dom. 4. Pent. V. *Suprà*. n. 6.
13. Detractio quàm malum, & Deo exosum, proximoque exitiosum. ser. 4. Dom. 2. post Pent. & op. Phar. l. 3. c. 3. Auctorit. S. Scripturæ. op. Bibl. paup. cap. 71. SS. PP. op. Phar. l. 3. c. 3. Detractionis, & fraternæ correctionis conflictus proponitur. op. Phar. l. 2. c. 15.
14. Detractore, & detractione non esse curandum demonstratur. op. de prof. Relig. lib. 2. c. 37. Et qualiter cum illo tractari debet. op. Inform. Novit. c. 11.
15. Contra detractores distichon positum à S. Augustino in mensa. serm. 5. Dom. 2. Quadrag.
16. Detractores summè abhorrebat S. P. Franciscus, dicebatque eos esse serpentes pascentes se sanguine animarum, quas gladio linguæ necant. op. leg. S. Franc. c. 8. V. *Serpens*. n. 9.
17. Detractionem dicebat S. P. Franciscus esse inimicam fontis pietatis divinæ, morsum serpentinum, & pestem atrocissimam vocabat. op. leg. S. Franc. ibid.
18. Detractorum consilia Prælatus debet fugere, sicut & adulatrum. op. de sex al. Seraph. cap. 7.
19. Detractio est lepra corrumpens detrahentem, & alios. ser. 1. Dom. 1. 3. post Pent.
20. Detractores sunt ranæ. V. *Rana*. n. 2. Detrimentum. V. *Damnum*.
- Devorare, Devoratio, Diabolus devorator. V. *Diaboli tentationes*. n. 48.
- Devotio.*
1. Devotio est actus voluntatis, præsupponens tamen lumen intellectus, quo homo se devovet Deo perfectè corde, ore, & opere per fidem, spem, & charitatem, estque idem quod religio, vel religionis actus. op. Cent. p. 3. sec. 44. & op. de prof. Relig. proc. 7. c. 16. & op. de sex al. Seraph. c. 8.
  2. Devotio Deo grata exigit concordantiam manuum, linguæ, & mentis. in Luc. capite 2. num. 20.
  3. Devotio vnguentum spirituale, quo vnguntur pedes Christi exemplo Magdalenæ, & quomodo conficiatur. in Luc. c. 23. n. 55. & in Io. col. 55.
4. Devotio alia est communis, alia specialis, alia assidua, & in quibus consistit. op. de sex al. Seraph. capite 8. & op. Collat. 8. col. 6. 7. & 8.
  5. Devotionis ad Deum mirabiles effectus enarrantur. op. de sex al. Seraph. cap. 3. & 8. & op. collat. 8. col. 6. 7. & 8. & serm. 1. Dom. 2. Adu. est thus ad Deum ascendens. serm. 4. in Epiph.
  6. Devotio quibus effectibus exiitetur. op. de prof. relig. l. 2. c. 73. & op. de proc. relig. proc. 7. c. 16. & op. Spec. discipl. p. 2. c. 6.
  7. Devotorum tentationes enarrantur, & proponuntur remedia. op. de prof. relig. lib. 2. cap. 77. & op. de proc. relig. cap. 21. part. 2. V. *Tentatio*. num. 51.
  8. Devotio vera in quibus consistit. op. oct. colat. cap. 6. & op. de sex al. Seraph. c. 8. Quid operetur in anima. serm. de SS. Sim. & Iuda.
  9. Devotio consurgit vel ex timore, vel ex dolore, ex desiderio, ex compassione, ex amore, ex gaudio, vel ex admirationis stupore: per holque affectus ascendit anima ad varios gradus devotionis. op. de prof. Relig. lib. 2. cap. 73.
  10. Devotionum species diversæ contemplativorum enumerantur, scilicet iubilum, ebrietas, spiritus, spiritualis iucunditas, liquefactio. op. de prof. ibid. c. 72.
  11. Devotio docti, & indocti qualiter differat. op. ibid. c. 73.
  12. Devotionis sensibilis dulcedinem quare Deus aliquando auferat. op. ibid. l. 2. c. 77. & op. de proc. relig. c. 20. & 21.
  13. Devotio ad B. Virginem qualiter exercenda. op. 25. mem.
- Series titulorum de Deo.*
1. Nomen.
  2. Dei essentia.
  3. Dei intellectus, & cognitio.
  4. Dei voluntas.
  5. De Trinitate, & Vnitate.
  6. Spiritus Sancti processio.
  7. De Personis divinis.
  8. Appropriata.
  9. De distinctionibus in divinis.
  10. De modis loquendi in divinis.
  11. Deus in ordine ad creaturas in esse naturæ.
  12. Dei Providentia.
  13. Dei Prædestinatio, & reprobatio.
  14. Dei causalitas in ordine ad gratiam.
  15. Dei misericordia, & iustitia.
  16. De Dei amore in creaturas.
  17. De Dei cognoscibilitate, seu cognitione.
  18. Deus amandus, seu amor Dei.
  19. De Deo Varia.
- Deus.*
1. Deus dicitur à verbo Græco æthein, quod est ardere: vel à thein, quod est fovere: vel à theastæ, quod est videre. lib. 1. distinct. 2. dub. 3. & op. princ. S. Script. & lib. 1. distinct. 7. art. 1. quæst. 6.
  2. Deus: hoc nomen si sumitur quantum ad id cui imponitur, est nomen naturæ: si verò quantum ad id à quo imponitur, est nomen opera

- operationis, & hoc est magis proprium. lib. 1. distinct. 2. dub. 3. & op. princ. S. Script. & lib. 1. distinct. 18. art. 1. quæst. 6. & distinct. 23. a. 2. q. 3. in arg. propriè dicit æternum in connotando temporale. l. 1. d. 41. dub. 3.
3. Deus: hoc nomen principaliter imponitur ab operatione, quam habet circa nos. lib. 1. d. 18. quæst. 6. & d. 23. art. 2. quæst. 3. in arg. & dist. 2. dub. 3. Sed propriè significat naturam ibid. & lib. 1. d. 23. a. 2. quæst. 3. in arg. & ad 3. & lib. 1. d. 36. dub. 1. connotatque relationem rationis ad creaturam. l. 1. dist. 36. dub. 1. & d. 34. quæst. 2. ad 6.
4. Dei nomen significans propriè essentiam est, qui est, ego sum, qui sum, significatque entitatem in omnimoda perfectione, & absolute, scilicet primitatem inanteibilem, universalitatem illimitabilem, seu potestatem, & æquitatem inobliquabilem. op. princ. S. Script. & lib. 1. dist. 2. dub. 4. & op. Comp. Theol. lib. 1. cap. 23. & lib. 1. dist. 34. quæst. 2. ad 2. & in Io. c. 18. n. 5.
- Esse est nomen Dei primarium, quia esse Dei est omne quod in Deo est: In creatura verò differt esse, & benè esse. serm. 2. Hex. & ser. 9. & 10. & op. Itin. ment. c. 5. Ex quo habetur cognitio unitatis Dei. ibid.
5. Deus dicitur ineffabile nomen, non quod sensibilibus verbis exprimi non possit, sed quia significatum eius sensu, & intellectu creaturæ exprimi non potest. op. princ. S. Script. & lib. 1. d. 22. a. 1. quæst. 1. corp. & op. Comp. Theol. lib. 1. cap. 24.
6. Deus in Hebræo dicitur Heloim, quod est nomen Tetragramaton, quod æquipollet Dij: unde Hebræi expriment in plurali numero ob defectum articulorum, & modorum significandi, quos habemus nos Latini. l. 1. d. 4. art. 1. q. 3. ad 1. & d. 1. dub. 8.
- Nomen Tetragramaton quid significet. in Sap. cap. 18.
7. Deus: hoc nomen quia non habet plurale, habet naturam termini discreti, idem significat, & idem supponit: Vnde habet naturam termini communis ob pluralitatem suppositorum, & termini discreti ratione formæ immultiplicabilis: vnde supponit & naturam, & suppositum. l. 1. d. 4. dub. 4. & a. 1. quæst. 1. & 4. corp. & quæst. 3. ad 3. & lib. 3. dist. 7. art. 1. quæst. 1. ad arg. ob id est incommunicabile creaturis. in Sap. cap. 14.
- Vnde alio modo supponit in hac Deus est Trinitas: & alio in hac Deus generat. lib. 1. d. 29. a. 1. quæst. 2. corp. ex regula posita. l. 1. dist. 4. art. 1. quæst. 1. corp. scilicet terminus habens multitudinem suppositorum sine distributione acceptus stat pro illo, pro quo reddit locutionem veram.
8. Deus potest sumi nuncupativè, & adoptivè, & naturaliter: primis duobus potest multiplicari: tertio modo nequaquam. lib. 1. distinct. 4. a. 1. quæst. 3. corp. & op. Compend. Theol. lib. 1. cap. 2.
9. Dei nomina imponuntur vel à forma immultiplicabili, suntque propria Dei, quæ tollunt pluralitatem & re, & consignificatione, vt Pater: vel à forma communicabili; vt principium creaturarum: vel à forma immultiplicabili ob defectum materiæ: idque tollit pluralitatem secundum rem, non secundum consignificationem: sic Deitas potest multiplicari per supposita. lib. 1. dist. 4. q. 3. ad 3.
10. Dei nomina, vel sunt essentialia dicta essentialiter, vt Divinitas, Deitas, Maiestas: vel sunt personalia dicta personaliter, vt generans, & genitus: vel sunt personalia dicta essentialiter, vt missus, incarnatus: vel sunt essentialia dicta personaliter, vt potentia generandi. l. 1. d. 7. a. 1. q. 1. ad 4.
11. Deus: hoc nomen non potest trahi ad creaturas: benè autem divinum: vnde dicitur homo divinus, non Deus, quia Deus dicit formam Dei. lib. 1. distinct. 15. part. 2. dub. 6. & in Sap. capite 14. num. 21. & Deitas sit abstractum. ibid.
12. Nomen Dei quodcumque vel est proprium, ob idque spectans ad substantiam vel ad personas, vel est translaticivum. l. 1. d. 22. dub. 2. & a. 1. q. 3. & 4.
13. Nomen Trinitas, an sit nomen collectivum. l. 1. d. 12. dub. 2. & d. 4. dub. 5.
14. Nomina quomodo dicantur de Deo: quinque regulæ assignantur. l. 1. d. 22. dub. 2.
15. Nomina, & participia in divinis locutionibus qualiter differant. l. 1. d. 22. dub. 3.
16. Nomen Dei quomodo sit ineffabile, & effabile, & significet formam, seu substantiam cum qualitate. l. 1. d. 22. a. 1. q. 1.
17. Nomen Dei quomodo est vnum, & multiplex. l. 1. d. 22. a. 1. q. 2.
18. Nomina Dei vel talia sunt, quorum veritas est in Deo, & oppositum in creatura, vt immensitas: vel quorum veritas est in Deo, & similitudo in creatura, vt sapiens: vel quorum veritas est in creatura, & consimilis proprietas in Deo: Nomina hoc tertio modo sunt propriè translatica. lib. 1. distinct. 22. art. 1. quæst. 3. corp.
19. Habens Deitatem hoc nomen potest sumi neutraliter, & masculinè. lib. 1. dist. 23. art. 2. q. 3. ad 1.
20. Deus: hoc nomen significat Deitatem in comparatione ad habentem: non verò significat habentem Deitatem, hincque non multiplicatur. l. 1. d. 23. a. 2. q. 3. ad 2.
21. Nomen Deus quare non multiplicatur cum forma. l. 1. d. 23. a. 2. q. 3.
22. Divinum: hoc nomen licet pluribus participetur, cum sit possessivum, tamen non multiplicatur forma, seu possessor. l. 1. d. 23. ibid. ad arg. V. *Divinus*. n. 2.
23. Nomina in Divinis alia significant substantiam per modum substantiæ, sic nomen substantivum Deus, taleque non potest pluralificari: quædam substantiam sed adiectivè, seu per modum adiacentiæ, sic verba, & participia, hæcque pluralificantur: Alia significant substantiam in adiacentiâ connotando intrinsecè relationem mutuam, vt coæternus, hæcque multiplicantur. l. 1. d. 9. dub. 2.
24. Nomina Dei aliqua important purè æternum, vt hoc Deus: alia important æternum, sed connotant temporale actum, vt Creator &c. alia connotant temporale in potentia: prima non possunt definirè, alia sic. lib. 1. distinct. 4. 1. dub. 3.
25. Deus hoc nomen est terminus concretus impositus à forma essentiali ipsi supposito: vnde reddit

- reddidit locutionem veram pro supposito, non pro forma : vnde Deus generat Deum, est vera essentia ; seu Deitas generat Deum, est falsa : cum istud sit nomen impositum à forma formæ.l.1.d.4.a.1.q.1.& 4.
26. Deus : hoc nomen dicit summum & in re, & in opinione cogitantis. l.1.d.2.a.1.q.1.corp. & op.princip.S.Script.
27. In Divinis quædam nomina significant in concrezione, vt Deus : quædam in omnimoda abstractione, vt essentia : quædam medio modo, vt lumen : sapientia : voluntas : prima supponunt pro supposito : secunda nequaquam, nisi improprie : tertia partim proprie, partim improprie. lib.1. distinct.5.a.2. quæst.1. corp.
28. Nomina in Divinis possunt accipi differenter, vel quoad suppositum, vel quoad significatum, vel quoad connotatum, vt Deus, Pater, & principium : primum enim in vno sensu stat pro natura : in alio potest stare pro persona, vt Deus est Trinitas, Deus generat : secundum vt Deus Pater, potest significare Patrem filij, & nostrum : & tertium potest connotare æternum respectu filij, & temporale respectu creaturarum. lib.1. d.29.a.1. quæst.2. corp.
29. De Deo quædam nomina dicuntur æternaliter, vt Dominus, misericors, quæ connotant effectum in creatura quoad habitum : quædam temporaliter, vt dominator, & miserator, quæ connotant affectum in creatura secundum actum : quædam pluraliter vt Personæ : quædam singulariter, vt Deus : quædam proprie, vt proprietates Personarum : quædam appropriate, vt sapientia : quædam positive, vt iustus : quædam privative, vt immortalis : quædam translative, vt Leo : quædam collective, vt Trinitas : quædam relative, vt æqualis ; quædam respectively ad creaturas, vt Creator. op.Comp.Theol.l.1.c.23.
30. Dei nomina principalia sunt duo, scilicet qui est, & bonum : per primum significatur Dei esse absolutum in se, sicque infinitum : per secundum notatur esse divinum, vt causa. op.Comp.Theol.l.1.c.23.
31. Omnia nomina quæ dicuntur de Deo, aut sunt essentialia, aut personalia, vt Pater : aut notionalia, vt paternitas : prima vel sunt substantiva, vt Deus : vel adiectiva, vt bonus. op.Comp.Theol. ibid.
32. Nominare Deum per creaturas stat dupliciter, scilicet vel per exteriores, & inferiores creaturas, vt leo, agnus, oriturque Theologia symbolica : vel per interiores affectus, & à superiori, scilicet per intellectualem contemplationem, oriturque Theologia mystica, idest occulta, per quam nominatur Deus dulcis, dilectus &c. sicque per donum sapientiæ, cuius experimentum est cognoscere, qualis sit Deus. op.Comp. ibid.
33. In Theologia supponitur quid, quis, & quæ : primum per nomina essentialia, vt Deus : secundum per personalia, vt Pater : tertium per rationes, vt paternitas. op.Comp.l.1.c.23.
34. Substantia divina exprimitur per neutrum genus, vt vnum ; per masculinum Persona : & per fœmininum notio : vnde in Hymno dicimus Vnum Patri cum filio : non vnus, quia Pater, & Filius non sunt vnus in Persona. op. ibid.l.1.c.23.
35. De Deo proprie nihil dicitur ob eius excellentiam. ibid.
36. Deus bonitatem sonat ; Dominus potestatem. Pf.28. & in Jo.c.14.n.8. & serm.1.Dom.4. post Epiph. importat etiam misericordiam, & sapientiam. serm.4. ibid. & serm.2. Dom.20. post Pent.
37. Nomen Dominus quando notat aptitudinem est Deo essentialia : quando actum est, non est essentialia. Pf.82. sicque non importat relationem ad creaturam. lib.1.d.30. quæst.3. ad 5. & dub.1.
38. Dei nomen est mirabile, horribile, & terribile. Pf.118.c.4.v.7.
39. Nomen Dominus licet sit essentialia, & commune tribus Personis, sumitur aliquando personaliter ; sicque appropriatur Patri sub triplici notione, scilicet innascibilitatis, paternitatis, & spirationis. Pf.118.c.5.v.1.
40. Nomen Dei in Scriptura stat multipliciter. Pf.8.
41. Qualis cognitio exigatur ad nominationem supernaturalium. l.2.d.9.a.1.q.4. ad 1.
42. Deus significat in concreto divinam naturam, & supponit Personam ; & divina natura in abstracto significat Deum. l.3.d.8.a.1.q.1. ad arg. & l.1.d.4.a.1.q.1.
43. In Deo licet sit summa simplicitas, tamen non potest exprimi nisi per compositionem, in qua non cadit falsitas. l.1.d.34. art.1. quæst.2. corp.
44. Nomina quædam ad creaturas spectantia translata sunt ad Deum, vt ipsum laudibus extollere possimus, & ad eius cognitionem promoveamur. l.1.d.33.a.1.q.4.
45. De Deo verificantur nomina in abstracto, quia talia significant essentialia cum impossibilitate permixtionis oppositorum. op. Princ. Sacræ Script.
46. Dei nomen quàm magnum. in Luc. cap.1. num.49.
47. Dei Patris, Filij, & Spiritus Sancti varia nomina. op. declar. term. Theol.
48. Deus, Dominus, Legifer, Iudex, & Rex, quare dicitur. op. Spec. B. Virg. c.9.
49. Deificatus quid significet. lib.3. distinct.7. dub.2.
50. Dei nomen est summæ magnificentiæ, veritatis, & pietatis. in Luc. c.18. n.13.
51. Dei nominis character est bona vita : Diaboli mala. serm.1. Dom. Trin.
52. Deus dicitur homo nascendo, leo resurgendo, vitulus patiendo, avis ascendendo. f.5. in Pasch.
53. Dei nomen in quanta reverentia habuerit S. Franciscus. op. legend. S. Franc. c.10.
54. Deus noster quid significet. in Sap. c.15.
55. Deus dicitur Cælum. V. Cali varia. n. 12.
56. Deus quo sensu dicitur forma. V. forma. num. 10.
1. Deum esse adeo verum, quod oppositum cogitari non possit : quomodo id verificetur. l.1. d.8.p.2.a.1.q.2. corp. & ser. 10. & 11. Hex. & op. Itin. ment. c.5.
2. De Deo si est, cognitio homini innata est, non verò quid est : vnde quia in hoc deficit, sæpè cogitat Deum esse, quod non est, sicut fit

- fit in idolis. lib. 1. dist. 8. ibid. & op. Itin. ment. cap. 5.
3. Deum esse est propositio per se nota, quia causa prædicati clauditur in subiecto: est ergo evidens in se, & etiam in probando: si enim est ens aliquod ab alio, & creatum, ergo & ens per essentiam: Tum etiam quia omnis cognitio, & omnis veritas reducit ad primam veritatem. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2. corp. & op. Itin. ment. c. 5. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 1. & op. Itin. ment. c. 6.
  4. Aliquid non esse ob defectum à parte intelligibilis est vel ob defectum præsentia, vel evidentia: sed Deus est ubique semper, & totus semper, & ubique. l. 1. d. 8. ibid.
  5. Deum esse non solum nos docet S. Scriptura, sed & creaturæ. op. Brev. p. 1. c. 2. Ideo id probatur ab effectibus.
  6. Deus veriùs cogitatur, quàm dicitur, & veriùs est, quàm cogitatur: id quomodo sit verum. l. 1. d. 23. dub. 2.
  7. Deos plures esse est impossibile, & inexcogitabile per rectam rationem probatur. lib. 1. d. 2. art. 1. quæst. 1. nec possumus dicere plures Deos, licet sint plures Personæ; quia forma importata per nomen Deus, non multiplicatur. l. 1. d. 23. a. 2. q. 3. corp.
  8. Dei esse dicit summum in re, & in opinione cogitantis. lib. 1. distinctio 2. art. 1. quæst. 1. corp.
  9. Deus quo sensu potest dici esse de nihilo. l. 1. d. 5. dub. 10.
  10. In Deo non cadit proprie præteritum, & futurum, quia hæc aliquo modo sunt non entia: at Deus nihil habet de possibilitate, vanitate, vel non entitate. lib. 1. dist. 8. p. 1. art. 1. quæst. 1.
  11. Deus non dicitur de ordine univèrsi, sed supra. l. 3. d. 1. a. 2. q. 2. corp.
  12. De Deo quænam credenda, intelligenda, & exprimenda. op. Cent. part. 3. sec. 2.
  13. Deum esse dupliciter de aliquo dicitur vel per essentiam, vel per unionem. l. 3. d. 13. art. 1. q. 2. ad 5.
  14. Deus aliquis dicitur natura, vel adoptione, vel nuncupatione. in Sap. c. 14. n. 22.
  15. Deus est sphaera intellectualis, cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam. op. Itin. ment. cap. 5.
  16. Deus est à quo averti, est cadere, in quem converti est surgere, & in quo manere est consistere. op. de 7. Itin. æter. prol.
  17. Dei excellentia exponitur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 21.
- Dei essentia, & Perfectiones.**
1. Deus quomodo sit definibilis. l. 1. d. 25. art. 1. q. 2. ad 1. Ipsius essentia explicatio spectat maximè ad Testamentum vetus: Bonitatis verò ad novum. op. Itin. ment. c. 5.
  2. Essentia, seu esse primarium convenit Deo ex seipso, quod est in ratione principij originantis, hicque est Pater: convenit & ei secundum seipsum ratione modi exemplantis, hocque est Verbum: convenit & propter ipsum, scilicet in ratione termini quietantis, hicque est Spiritus Sanctus. ferm. 1. in Hex. & op. Cent. p. 3. sec. 2. Ipsius attributa summè relucet in Passione Christi. op. Itin. p. 1. c. 13.
- Eius essentialia explicantur egregiè. op. Itin. ment. c. 5.
- Quomodo potest dici Deus esse de nihilo. lib. 1. d. 5. dub. 10.
- Quænam sint propria, appropriata, & communia. op. Incend. am. c. 3. vers. fin.
3. Divina essentia competit primitas imprincipiabilis, universalitas illimitabilis, scilicet continens universalitatem rerum creaturarum, & excludens terminum durationis: competit & æquitas inobliquabilis. op. Princ. S. Script. & op. Brev. part. 1. cap. 7. & op. Itin. ment. cap. 5. Hinc Deus est vnus, ita quod est impossibile, & intelligibile plures Deos esse. lib. 1. distinct. 2. quæst. 1.
  4. Divina essentia sublimitas consistit in emanationibus, & in attributis. l. 1. Prol.
  5. Divina essentia imporrat summum in se, & in cogitatione. lib. 1. distinct. 2. art. 1. quæst. 1. corp.
  6. Essentia divina est actus purus, carens omni compositione: unde essentia divina habet privationem compositionis in ratione substantia, & privationem essentialis differentia, & dependentia in ratione entis: non sic vlla creatura. lib. 1. distinct. 8. part. 2. art. 1. quæst. 2. corp. & dub. 4. & 6. & distinct. 43. art. 1. q. 3. V. *Infra* num. 312.
  7. Essentia divina simplicitas explicatur. lib. 1. distinct. 8. part. 2. art. 1. quæst. 1. & 2. & part. 2. dub. 1. & 2. & op. Comp. Theol. libro 1. cap. 21.
  8. Essentia divina est simplicior, quia est vna in pluribus, quàm si esset vna in vno. lib. 1. distinct. 8. part. 2. art. 1. quæst. 1. Eius individualitas, ratio quo, quod, & qui explicatur. lib. 1. distinct. 19. part. 2. art. 1. quæst. 4. corp.
  9. Essentia divina, quia est infinita in actu, est actus purus; ob idque summè simplex: quod enim habet aliquid de limitatione est finitum; ob idque compositum. l. 1. d. 43. a. 1. q. 3. & lib. 1. d. 45. a. 2. q. 1. corp.
  10. Perfectiones, & attributa expenduntur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 14. seq. Sunt conditiones, proprietatesque nobilissimæ divini esse. l. 1. in Prolog.
  11. Attributa divina ad duodecim capita reducuntur, scilicet summè unitatem, summè vivere, cuncta sentire, & intelligere, non posse mori, corrumpi, & mutari: non esse corpus, esse Spiritum omnipotentissimum, iustissimum, speciosissimum, optimum, & beatissimum. op. Brev. l. 1. c. 2. Explicantur. op. Itin. ment. cap. 5. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 19. & seq. & ser. 6. Hex. & op. sum. de essentia.
  12. Attributa divina reducuntur ad tria, scilicet ad æternitatem, sapientiam, & bonitatem; & hæc tria ad vnum, scilicet ad sapientiam, in qua includitur mens generans, verbum nascens, & amor utrumque necdens. op. Brev. lib. 1. cap. 2. & op. Cent. part. 3. sec. 2. Considerantur. Ps. 124. & 137. & 139. & 145. & 150. & in Sap. c. 12. & op. Incend. c. 3. Ex parte effectuum connotant diversitatem. l. 4. d. 46. dub. 5. Dei vnitas continet omnia alia attributa. lib. 3. d. 25. a. 1. q. 1. ad 4.

13. Essentia divina cum sit primum principium perfectissimum simul, & simplicissimum importat in se quidquid perfectionis est, excludens omnem imperfectionem. op. Brev. lib. 1. cap. 4. & op. Cent. part. 3. sec. 1. seq. & op. declar. term. Theol. Ideoque dicitur omnipotens, quia est prima, & quare. lib. 1. dist. 27. p. 1. art. 1. q. 2. ad 3.
14. In Essentia divina recognoscuntur quinque prædicamenta, scilicet substantia, quantitas, relatio, qualitas, & actio, quæ in comparatione ad subiectum, in quo sunt, transeunt in substantiam relatione excepta, quæ sola transit in eam secundum respectum, quem habet ad subiectum in quo, non ad quem: ob idque substantia continet veritatem; relatio multiplicat Trinitatem. op. Brev. lib. 1. cap. 4. & op. declar. term. Theol. & op. Cent. part. 3. sec. 2. & in Jo. capite 14. numero 10. V. *Infra.* num. 31.
15. De essentia divina non prædicantur ultima quinque prædicamenta, quæ spectant proprie ad corporalia, scilicet Passio, Vbi, quando, situs, & habitus: attribuuntur tamen ei transumptivè, & figurativè. op. Brev. libro. 1. cap. 4.
16. Deus, quia est primum principium nobilissimum, ideo nobilissimæ proprietates entis in eo reperiuntur, scilicet vnum, verum, & bonum, quæ non contrahunt ens secundum supposita, sed secundum rationem. op. Brev. lib. 1. cap. 6.  
Vnum dicitur, quia super omnem materiam: simplex super omne materiatum: stabile super omne creatum Pf. 38.
17. Vnitas, veritas, & bonitas in Deo explicantur, & quid importent. op. Brev. lib. 1. cap. 6. & lib. 1. dist. 24. per tot. Vnitas veriùs competit Deo, quam creaturis. lib. 1. dist. 24. quæst. 1. corp. Bonitas est fundamentum omnium emanationum ad intrâ, & ad extrâ. op. Trin. ment. cap. 6. & per id cognoscitur Trinitas. ibid. V. *Persona. diu. appropriata.* n. 4. & seq.
18. In Deo primitas quid importet. op. Brev. lib. 1. cap. 6. & op. Princ. S. Scrip. & lib. 1. dist. 22. art. 1. quæst. 4. ad 5. & dist. 26. dub. 4. & distinct. 27. art. 1. part. 1. quæst. 2. ad 3. & distinct. 28. dub. 1. & quæst. 4. & dist. 31. part. 2. dub. 7. repugnat pluralitas Deorum, & necessariò est quid fictitium. lib. 1. distinct. 2. quæstione 1. ad 1. & ad 3.  
Eius vnitas, & Trinitas explicatur. serm. 4. in Dom. Trinit.
19. In divina essentia veritas, immutabilitas, & simplicitas sunt sufficiens ratio distinguendi esse in creatione à creato. lib. 1. distinct. 8. part. 1. dub. 2.
20. Veritas quatenus dicit indivisionem actus, & potentia, imitationem summæ veritatis, & expressionem luminis impermixti obscuritate, est proprietas divinæ essentia. lib. 1. dist. 8. part. 1. a. 1. q. 1. corp.  
In quoniam convenit cum veritate creaturæ. l. 1. d. 8. ibid.
21. Quomodò omnia creata sunt vera veritate increata. lib. 1. dist. 8. part. 1. ibid. ad arg.
22. Veritas quomodò sit idem cum divina essentia, & an sint synonyma. lib. 1. distinct. 8. ibid.
23. Deus est immutabilis respectu formæ, quia est actus purus, & ens simplicissimum: respectu loci, quia est immensus, ob idque vbique respectu temporis, quia est æternus: Vnde in eo est summa stabilitas, ob idque causalitas omnium motuum. lib. 1. distinct. 8. part. 1. art. 2. quæst. 1. & op. Comp. Theol. lib. 1. cap. 19. Numquam retractat suam sententiam diffinitivam. l. 3. d. 2. q. 5. in arg. V. *Immutabilitas.* num. 2. V. *Mutatio.* n. 3.
24. Immutabilitatem non tollit nova actio Dei respectu creaturarum. lib. 1. distinct. 8. part. 1. art. 2. quæst. 1. ad arg. quia est agens, quod est sua actio. ibid.  
Vnde divinum consilium in se est immutabile; mutabilis tamen est effectus. lib. 4. d. 2. a. 1. q. 2. ad 1.
25. Invariabilitas, & immutabilitas per se sive ab ente in ens, sive ab ente actu in ens in potentia, sive ab ente in non ens est proprietas solius Dei: solus enim Deus ex se ipso habet, ut possit stare. lib. 1. distinct. 8. part. 1. art. 2. q. 2. corp. & distinct. 6. art. 1. quæst. 1. corp. & lib. 1. distinct. 4. 3. art. 2. quæst. 1. dicitur immutabilis, quia non mutatur per effectus, per loca, & tempora. Pf. 5. & Pf. 89.
26. Dei immensitas per quam est vbique completitur infinitatem, incomprehensibilitatem, incircumscribilitatem, & æternitatem. V. *Infra.* n. 37.
27. In quo sensu dicitur esse in Deo longitudo, latitudo, & profunditas. op. Comp. Theol. l. 1. c. 14. & l. 1. d. 37. p. 2. dub. 1.
28. De infinitate, incomprehensibilitate, incircumscribilitate, æternitate, & immutabilitate Dei agitur. op. Comp. Theol. lib. 1. cap. 15. & seq. & lib. 1. distinct. 43. art. 1. quæst. 1. & seq. & lib. 3. distinct. 14. art. 1. quæst. 2. corp. & lib. 1. distinct. 3. part. 1. art. 1. dub. 5. V. *Infinitum.*  
Quenam infinitas excludatur à Deo. lib. 1. distinct. 35. art. 1. quæst. 5. ad 4. & lib. 1. dist. 2. art. 1. quæst. 3. & in Jo. procem. Creatura respectu Creatoris est, sicut punctus ad lineam: vnde nihil addit bonitati Creatoris. l. 11. Hex.
29. Dei excellentia est in hoc, quod sit incomprehensibilis à mente, ineffabilis à lingua, invisibilis à sensu, incircumscribibilis à loco, inæstimabilis, & inexplicabilis à Scriptura, immensurabilis à tempore, inaccessibilis à virtute, incomparabilis, & insuperabilis, omnibus, & omnisciens. op. Comp. Theol. lib. 1. cap. 21.  
De Deo verificantur omnia tempora. in Io. c. 16. num. 13.
30. Deus quia est solus immobilis, est causa omnium motuum: vnde activè efficienter dicitur mobilis. lib. 1. distinct. 8. part. 1. art. 2. quæst. 1. ad 1. Quomodò Deo, & animæ conveniat immortalitas. lib. 2. d. 17. a. 1. q. 1. ad 5. & l. 2. d. 19. a. 1. q. 1. ad 1.
31. Deus non est in genere: in eo tamen sunt nomina generum, non pro vt habent rationem generum: magnitudo enim significat essentiam Dei per modum quantitatis: bonitas per modum qualitatis: Vnde si quæritur qualis, & quantus est Deus, respondetur est bonus, & magnus. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 4. & a. 1. q. 4. V. *Supra* n. 13. seq. Vnde sine quantitate est magnus, sine qualitate est bonus. l. 1. d. 22. q. 4. in arg. non tamen sine relatione relatus. ibid.



32. Deus excludit à se omnem compositionem, & quarè. lib. 1. dist. 8. p. 2. dub. 3. 4. & 6. & art. 1. quæst. 2. & lib. 3. dist. 14. a. 1. q. 2. ad 4. V. *Suprà.* num. 6.  
Dicitur tamen forma, non ut perfectio materiæ, sed ut dicit purè essentiam, & omnimodam actualitatem. lib. 2. d. 12. a. 1. quæst. 1. ad 5.
33. Divinæ substantiæ competit per se stare, non subesse alii: hoc enim est imperfectionis. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 5.
34. Deus est quicquid habet. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. in arg. Unde necessariò est beatus, & necessariò vult esse beatus, idque est maximæ perfectionis. l. 1. d. 6. a. 1. q. 1. ad 3.
35. In Deo sunt perfectiones omnium creaturarum absque imperfectione, vel formaliter, vel exemplariter, vel causaliter. lib. 1. dist. 8. p. 1. a. 2. q. 1. ad arg. & p. 2. a. 1. q. 4. ad arg. & l. 1. d. 45. a. 2. q. 1. corp. & q. 2. in arg. & d. 9. q. 1. arg. & l. 1. d. 19. p. 2. q. 3. ad 5. In Deo sunt formales perfectiones simpliciter: perfectiones verò mixtæ cum imperfectione sunt tantum secundum rationem exemplarem cognoscitivam, & causalem. l. 1. d. 17. p. 1. dub. 5.
36. In Deo est quantitas virtutis, non molis. opusc. *Comp. Theolog.* lib. 1. c. 14. & l. 1. dist. 17. p. 2. art. 1. q. 1. corp. & q. 2. ad arg. & d. 19. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. & d. 24. a. 2. q. 2. ad 1. V. *Quantitas.* n. 2.
37. Deus in omnibus rebus est: quia enim est summè simplex, & per consequens immensus est, & virtuosissimus, idè ad nihil arctatur: ob id est in omnibus rebus & ejus virtus, & cum virtus sit idem, quod ejus essentia, hinc in omnibus rebus est. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 1. & op. *Brev.* p. 1. c. 5. & op. *Cent.* p. 3. l. 3. & op. *Comp. Theol.* l. 1. c. 17. & op. *Itin. ment. c. 5.* Vid. *Suprà.* num. 26.
38. Deus est in omnibus rebus: aliàs nullum esse haberent. l. 1. d. 37. *ibid.* & hoc absque medio. l. 3. d. 2. a. 3. q. 1. ad 1.
39. Deus solus est ubique, sed non localiter. lib. 1. d. 37. *ibid.* & a. 2. q. 1. & 2. & p. 2. a. 1. q. 1. 2. & 3. & op. *Cent.* p. 3. sec. 3.  
Quarè dicitur esse in cælo, & non in Inferno. *Pf.* 2. & *Pf.* 27.
40. Esse ubique importat immensitatem actu, quia importat simultatem locorum, quod non potest competere creaturæ. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. q. 1. ad argum.
41. Quomodo potest dici, quod Deus fuerit ubique ab æterno. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. q. 2.
42. Quidnam importat præsentia Dei ad res. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. per tot. & p. 1. a. 3. q. 1. & 2. & l. 1. d. 42. a. 1. q. 3. ad 9.
43. Deus est in rebus omnibus æqualiter præcindendo ab effectibus: si verò connotentur effectus, inæqualiter est in rebus. l. 1. d. 37. p. 1. a. 3. q. 1. corp.
44. Deus est potentialiter, præsentialiter, & essentialiter in rebus: 1. est per virtutis suæ influentiam, ut motor in mobili: 2. per indistantiam, ut contentum in continente: 3. secundum intimitatis existentiam, ut anima in corpore. l. 1. d. 37. p. 1. a. 3. q. 2. corp. & opusc. *Brev.* p. 1. c. 5. & opusc. *Cent.* p. 3. l. 3. & opusc. *Itin. ment. cap. 5.* Item est in rebus, vel ut conservans, ut in omnibus creaturis: vel ut objectum immutans,
- ut in beatis. lib. 2. dist. 3. p. 2. art. 2. quæst. 2. ad 3. Ubique est per essentiam, præsentiam, potentiam: in sanctis per gratiam: in virgine per conceptionem: in Christo per unionem: in Patre per identitatem. *Pf.* 112.
45. Dei præsentialitas ad res non respondet essentialiter operationi, sed substantiæ: nec respectu generum causarum, nec respectu vestigii, quia hæc omnia præcedit essentia secundum modum intelligendi. lib. 1. distinct. 37. part. 1. *ibid.*  
Unde præcisè non est in loco per operationem. *ibid.* & a. 1. q. 1. & 2.
46. Deus dicitur esse in rebus, vel per modum naturæ, vel per modum gratiæ, & gloriæ, vel per modum unionis: 1. modo res comparatur ad Deum per modum exeuntis: 2. modo per modum redeuntis: 3. per modum perveniens, & perficientis: 1. assimilatur lineæ rectæ: 2. reflexæ, seu superficiæ: 3. circulo, seu soliditati. l. 1. d. 37. per tot. præcipuè p. 1. art. 3. q. 2. corp. & p. 2. a. 1. q. 2. ad 4. & op. *Comp. Theol.* l. 1. c. 17. & l. 1. d. 21. dub. 2. & l. 4. d. 10. p. 1. art. 1. q. 3. corp. & l. 2. d. 27. a. 1. q. 3. & in *Io. c. 1. n. 33.*
47. Deus propriè in se non admittit aliquid, quod sit materiale, vel formale. l. 1. d. 34. a. 1. q. 1. in argum.
48. Deus in se est ut alpha, & omega: in Mundo ut creator, & Rector: in Angelis ut sapor, & decor: in electis ut liberator, & adjutor: in reprobis ut horror, & terror. l. 1. d. 37. p. 1. dub. 2.
49. Deus unitur rebus creatis, non per dependentiam, & concomitantiam, sicut est radius in aère, anima in corpore, & liquor in liquore: sed per præsentiam tantum. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 1. ad 1.
50. Deus est in loco, scilicet replendo locum per sui præsentiam, & supplendo indigentiam loci: non tamen secundum actum continendi, mensurandi, salvandi, terminandi, secundum quos locatum se habet per modum suscipientis, & locus per modum impertientis: unde Deus non est in loco localiter, nec localis, nec mutabilis à loco. l. 1. d. 37. p. 1. art. 1. q. 2. & p. 2. a. 1. per tot.
51. Deus est in loco: hæc propositio licèt habeat aliquid improprietas, qua ly, in, videtur importare continentiam loci ambientem: tamen est vera, sano modo intellecta: non enim convertuntur esse in loco, & esse locatum: esse enim in loco præcisè dicit præsentiam, & indistantiam. lib. 1. distinct. 37. part. 2. a. 1. q. 1. ad 1.
52. Deus dicitur esse hic, scilicet demonstrativè, non verò discretivè, ita ut non sit alibi. Item dicitur totus hic, scilicet non totaliter. lib. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 1. ad arg.
53. Dei simplicitas, infinitas, & immensitas facit quod Deus sit ubique in omnibus rebus non localiter, sed mutabiliter. l. 1. d. 37. *ibid.* q. 1. 2. & 3.
54. Deus non potest moveri à loco nec per se, nec per accidens. l. 1. d. 37. *ibid.* q. 2. ad arg.
55. Deus dicitur ambulare in sanctis quoad effectus, scilicet facit ambulare de virtute in virtutem. l. 1. d. 37. *ibid.* q. 2. ad arg.  
Dicitur etiam in sanctis ob effectum gratiæ inhabitantis: hinc solis hominibus, non

- bestiis, dicitur Dominus vobiscum. lib. 1. d. 21. dub. 2.
- Quare dicitur esse in cœlo in oratione Dominica, cum sit ubique. opusc. Stim. div. am. p. 3. c. 17.
56. Deus movet se sine motu, idest sine variatione. l. 1. d. 37. ibid.
57. Deus quomodo sit, & non sit in vacuo, seu spatio imaginario. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 2. ad 4. & q. 3. ad arg.
58. Quomodo Deus dicitur esse extra Mundum. l. 1. d. 37. p. 2. ibid.
59. Deus est extra omnia non exclusus, quia non distat; & intra omnia non inclusus, quia non arctatur, cum in se ipso sit immensus. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 3. ad arg.
60. Deus non est separabilis à loco secundum distantiam: bene autem secundum dependentiam. l. 1. d. 37. p. 2. ibid.
61. Creaturæ sunt in Deo non secundum actua-lem existentiam, sed tantum similitudinis præsentiam, & secundum causativam potentiam. l. 1. d. 36. a. 1. q. 1. & q. 2. & dub. 1. & d. 39. a. 2. q. 3. Unde dicitur mundus archetypus. l. 3. d. 2. a. 1. q. 1. Vid. *Mundus*. n. 4. Quomodo differat dicere creaturæ sunt in Deo, & creaturæ sunt in Dei substantia, seu sunt creatrix essentia. l. 1. d. 36. dub. 1. Unde malè dicitur creaturæ sunt in Dei essentia. l. 1. d. 39. dub. 2.
62. Quomodo hæc propositio sit intelligenda: creaturæ sunt ex Deo, & per Deum. l. 1. d. 36. dub. 2. & 4. Item hæc: creaturæ sunt in Deo; ly, in, quam vim habeat. l. 1. d. 36. dub. 1. & q. 1. & 2. Item hæc: creaturæ sunt in Deo secundum aliquid sui. l. 1. d. 36. q. 1. ad arg. Item hæc: Creaturæ in Deo sunt immutabiles. l. 1. d. 36. q. 1. ad arg.
63. Tanquam in principio infinito omnia dicuntur esse in Deo, ita ut non possit facere aliquid extra se: ex Deo, tanquam ex principio primo non aliunde moto; per Deum; tanquam per principium sufficientissimum agens omnia per se ipsum, ex ipso dicit rationem primi, ob id appropriatur. Pater per ipsum dicit rationem medii, appropriaturque filio, & per ipsum dicit rationem ultimi, sive quietativi, appropriaturque Spiritui sancto. l. 1. dist. 36. dub. 2. & 4. & d. 39. art. 1. q. 1. ad arg. & in Ioan. c. 15. n. 6
64. Res sunt in Deo, ut in principio producente: in exemplari exprimente, & in fine conservante: 1. modo creaturæ nihil sunt in Deo, cum sint ex nihilo: 2. modo quædam non, & quædam sic, ut homines, & Angeli: 3. modo omnia sunt vita in Deo: & quare dicuntur esse vita magis, quam sapientia. lib. 1. d. 36. a. 2. q. 3.
65. Deus cum sit infinitus nihil ei potest æquari, cum sit summè simplex, aliquam naturam tertiam cum aliqua creatura non potest participare. l. 2. d. 16. a. 1. q. 1. ad ult.
66. Dei iustitia, misericordia, & veritas quid impotent, & quomodo una differt ab alia. l. 1. d. 42. dub. 1.
67. Res sunt in Deo spiritualiter, invariabiliter, & incorruptibiliter, quia sunt vita in Deo. l. 1. d. 36. a. 2. q. 1. ad argum. ob id dicuntur quodammodo verè esse in Deo, quam in se ipsis, & quomodo. l. 1. ibid. & art. 2. q. 2. & l. 3. d. 5. a. 1. q. 1. ad 4.
68. Mala non sunt in Deo, cum non habeant causam exemplarem, licet cognoscantur per suum oppositum. l. 1. d. 36. a. 3. q. 1. Imperfecta tamen quatenus sunt entia, sunt in Deo. l. 1. d. 36. a. 3. q. 2.
69. Dei potentia, & virtus est infinita, estque idem quod substantia, & hoc totum ob ejus summam simplicitatem. l. 1. d. 37. part. 1. art. 1. q. 1. & d. 43. a. 1. q. 1. & seq. & opusc. Brev. p. 1. cap. 7. & opusc. Cent. part. 3. sec. 4. & opusc. declar. term. Theol. & opusc. Comp. Theol. l. 1. c. 27. Vid. *Do-minium*. n. 18.
70. Dei virtus ob simplicitatem divinam nunquam à substantia elongatur, ob idque in multis est infinitissima, & in uno. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 1. ad arg.
71. Deus non potest operari ubi non est, quia est agens infinitum; non sic creatura, & hoc ob ejus imperfectionem. l. 1. d. 37. ibid. & d. 43. a. 1. q. 1. corp. & d. 42. a. 1. q. 1. corp.
72. Divina potentia est infinita in se, in virtute, in actu, & habitu. l. 1. d. 43. art. 1. q. 1. corp. & q. 2. & seq. Dei potentia ostenditur infinita in producendo de se ipso, de nihilo, & de alio creatò. l. 1. d. 2. a. 1. q. 1. ad 4.
73. Quænam potentia in Deo recognoscitur, & qualis ab ipso removeatur. l. 1. d. 42. dub. 3. & seq. & a. 1. q. 2. & 3. & l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. corp. & lib. 2. dist. 32. quæst. 2. ad 2. & lib. 2. d. 44. a. 1. q. 2. ad ult. Quare non potest facere malum. l. 1. ibid. & op. Brev. p. 1. c. 7. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 27. & l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 1. & l. 3. d. 12. art. 2. q. 2. ad ultim.
- Deus non potest facere malum, nec præcipue malum secundum se, sed bene illud ordinare per pœnam. lib. 1. d. 47. a. 1. q. 4. corp. & lib. 3. d. 13. a. 1. q. 2. ad 2. & l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 1. ad 1. & d. 36. dub. 2. & seq. & l. 1. d. 37. a. 1. q. 1. V. *Infrà*. n. 140.
74. Potentia infinita est solius Dei: ob id propriè Christus secundum humanitatem est infinitæ potentia. l. 1. d. 42. dub. 6. Est ei naturalis. lib. 1. d. 42. dub. 3. & seq. & a. 1. q. 2. & 3.
75. Dei potentia agens non egreditur à se, nec pendet à passo, nec indiget perfectionis ab actu, cum sit suus actus. l. 1. d. 42. a. 1. quæst. 1. ad argum.
76. In Deo idem est esse, & posse, essentia, & potentia. l. 1. d. 42. ibid.
77. Deus potest per se, & in se quæ sunt perfectionis, & potentia: quæ autem sunt imperfectionis potest per se, non in se, sed in alio, ut currere, &c. quæ autem sunt impotentia, ut privationes, non potest per se, nec in se. l. 1. d. 42. a. 1. q. 2.
78. Deus omnipotens, & omnisciens est, sed non eodem modo respectu effectuum. lib. 1. d. 42. a. 1. q. 2. ad arg. & l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. corp. & quomodo scientia superexcedat potentiam. l. 1. d. 43. a. 1. q. 1. ad arg. & q. 4. in arg. & d. 39. art. 1. q. 1. ad 5.
79. Deus non potest facere quod illud, quod fuit non fuerit, & quare. l. 1. d. 42. a. 1. q. 3. corp. & d. 44. a. 2. q. 1.
80. Deus quænam impossibilia potest facere, & quænam non. l. 1. d. 42. art. 1. q. 3. Non potest facere, quod duo contradictoria sint simul vera. lib. 4. d. 12. p. 1. a. 3. q. 1. corp.

81. Deus potest facere, quod præteritum non fuerit præteritum; non quod duo opposita infint eidem. l.1.d.42.a.1.q.3.
82. Dei potentia respicit ens, vel in ratione principii, vel termini, vel utroque modo. l.1.d.42. ibid. Unde potest omne, quod posse est potentia: quare non potest peccatum. l.1. d.45. a.1. q.2. Vid. *Peccati causa*. n. 1. & seq. Vid. *Infrà*. num. 140.  
Unde est respectu faciendorum, & non faciendorum. l.1.d.35.dub.2.
83. Deus potest facere omne, quod rationabiliter potest cogitari, & dici. l.1.d.42. art.1. q.3. ad argum.
84. Impossibilitas respectu potentia Dei est in creatura tum propter privationem omnis existentia in utroque extremo: tum ob privationem distinctionis, idem enim à se ipso non potest dividi: tum ob positionem ex parte Dei, qui est veritas æterna, & ordinata. l.1.d.42.a.1. q.3.ad arg.
85. Omnis creatura est in potentia obedientiali ad Deum. l.1.d.42. ibid. corp. & ad 9. & q.4. & l.2.d.18.a.1.q.2. & l.3. dist. 1. art. 1. q.1. & q.3. ad argum. & dist. 6. a. 1. q.3. ad 5. & d.44. art. 1. q.1. ad 3.
86. In Deo quamam potentia activa recognoscenda respectu creaturarum. l.1. d.42. art. 1. q.4. & l.4.d.12.p.1.a.1.q.1. in arg.
87. Potentia passiva à Deo removenda. lib.1. d.42. ibid.
88. Non potest Deus nisi quod justum est; in quo sensu hoc sit verum. l.1.d.43.dub.1. & 2. & q.4. corp.
89. Deum posse per potentiam, non per justitiam punire justum, quomodo id sit verum. lib. 1. d.43.dub.2. & salvare injustum. ibid. dub.7. & q.4. corp.
90. In quo sensu catholico dicatur, Deus debitor noster. l.1.d.43.dub.3.
91. Deus potest in aliud à se absque elongatione potentia à substantia, absque dependentia ab objecto, & absque indigentia. l.1. d.42. a.1. q.1. corp.
92. Deus an possit in omne in quod potest agens creatum, & quomodo. l.1.d.42. ibid. q.2. corp.
93. Dei essentia, & potentia sunt æqualiter infinita. l.1.d.43.a.1.q.2. ad 3.
94. Dei essentia, & potentia si comparentur ad res in ratione identitatis, non est multiplex: bene autem in ratione causalitatis. l.1. d.43. ibid. q.2. ad 2.
95. Dei potentia quali infinitate dicitur infinita, cum materia dicatur etiam infinita, & etiam alia creatura. l.1.d.43.a.1.q.2. ad 1.4. & 6.
96. Deus cum sit infinitus quomodo à Beatis comprehendatur. l.1.d.43. ibid.
97. Dei potentia non potest producere infinitum actu, quia hoc esset actus purus: ob idque sua essentia. l.1.d.43.a.1.q.3. & l.1.d.2.a.1.q.1. ad 4.
98. Deus potest facere infinitum in potentia, & quomodo. l.1. d.43. q.3. corp.
99. Deus non potest facere multitudinem actu infinitam, quia oportet eam reducere ad unum genus, vel speciem, vel differentiam, vel individuum; sed hoc est impossibile, cum infinitum non possit reduci ad finitum. l.1. d.43. a.1. q.3. corp.
100. Dei potentia est infinita durationis æternitate: virtutis immensitate: & effectuum generalitate: prima manifestatur per infinitum duratione, quod actu est finitum, potentia infinitum: 2. per creationem: 3. partim per potentiam, partim per privationem. l.1.d.43. q.3. ad 4.
101. Deus reducit ad actum possibile secundum potentiam finitam, non infinitam: hoc enim est impossibile. l.1.d.43. ibid. ad 5.
102. Deus etsi nihil produceret est perfectissimum agens. l.1. d.43. q.3. ad 3. facere enim est actus ut actus, non habitus, & quia consequitur, ided solum attestatur ejus perfectioni. l.1. d.39.a.1.q.1. ad 5.
103. Deus an possit reducere ad actum per divisionem continuum. l.1.d.43. q.3. ad 7.
104. Dei potentia quomodo se extendit ad infinita. l.1.d.43. q.4. corp.
105. Dei bonitas, & sapientia est in eo ratio operandi. l.1.d.43. ibid. in arg.
106. In quo sensu Deus potest facere plura quam velit. l.1.d.43.dub.6. & q.4. ad 4.
107. Deus potentiam suam manifestat per productionem verbi. l.1.d.43. q.3. ad 4.
108. An melius fuisset facere hominem impeccabilem. l.1.d.44.dub.2.
109. Deus an potuerit facere Christum perfectiorem, & meliorem, & B. Virginem. l.1.d.44.dub.3.
110. Deus quomodo potuerit facere mundum meliorem, & perfectiorem, & quantum ad essentias, & species, & quantum ad augmentum earum, & quantum ad partes manentes, & transeuntes, & quantum ad ordinem, & quantum ad durationem. l.1.d.44.a.1. per tot. Vid. *Mundus*. n. 15. & seq.
111. Deus numquam complet totaliter capacitatem obedientialem creatura. l.1. d.44. a.1. q.1. ad 3.
112. Deus quia est agens voluntarium, non producit ex tota sua potentia. l.1.d.43. q.3. ad 2. & d.44.a.1. q.2. ad 3.
113. Deus cum sit summum bonum voluntarium diffundit se, sicut placet. l.1.d.44. ibid. ad 4.
114. Deus in productione rerum manifestat suam potentiam: in productione rerum ex non ente summam potentiam: in ordine rerum ad invicem summam sapientiam: in comparatione rerum ad finem summam bonitatem. l.1.d.44.a.1. q.3. corp.
115. Deus non potuit facere mundum ab æterno. l.1.d.44.a.1. q.4.  
Item quo sensu dicitur Deum non potuisse facere hunc mundum antiquiorem. l.1.d.44. ib.
116. Deus quomodo potest, vel non potest quod aliquando potuit, & in quo sensu. lib.1. d.44. a.2. q.1.
117. Dei potentia quomodo est prior, & posterior scientia. l.1.d.35.dub.2.
118. Deus est causa universalis, & particularis aliquantiter, non omnimode: & quomodo. lib.1. d.35.a.1. q.2. ad 3.
119. Deus potest facere, quod Angelus movendo se non transeat per medium: licet de potentia ordinaria id non faciat. l.1.d.37.p.2. art. 2. q.2. corp.
120. Quomodo res dicuntur esse in Deo secundum causativam potentiam. l.1.d.37.a.1. q.1.

121. Dei potentia, sapientia, & voluntas quomodo sint æqualia, & inæqualia l.1.d.45.a.1.q.2. ad arg. & d.35.dub.2.& d.20.a.1.q.1. in argum. & quæst.2.  
Dicitur omnipotens, sed non omnivolens. l.1. d.42.a.1.q.2.
122. Dei potentia respectu generationis an sit in Patre, & in aliis Personis. lib.1. d.7. exp.tex. & dub.1.& seq.& a.1.q.1. & d.20.a.1. q.1.ad 1. & quæst.2.
123. Potentia activa in Divinis est amplior, quàm passiva, & quænam sit. lib.1. d.7.dub.4.6.& 7.
124. Potentia, & essentia quomodo differant. l.1.d.7.dub.5 & q.1.corp.
125. Potentia in Divinis dicitur habitudinem, & originem. l.1.d.7.a.1.q.1.ad 1.
126. Non posse communicari à Patre potentiam generandi Filio dicitur perfectionem: id verò posse in creaturis cum perfectione importat imperfectionem. l.1.d.7.ibid.q.2.
127. Potentia generandi, & creandi in Deo qualiter differant. l.1.d.7.a.1.q.2.
128. Potentia Dei alia est ordinaria, estque secundum ordinem Sapientiae, quem Deus inviolabiliter servat: alia est absoluta, quæ est supra omnem ordinem. l.2.d.7.p.1.a.1.q.1.ad 1. & op. Comp.Theol.l.1. cap.27. & seq. Vid. *Dominium*. num.18.
129. Deus in producendo res totam potentiam exponit, sed non totaliter: non enim tot potest, quin possit plura. lib.2. d.2.p.1.art.2. q.3. ad 3.
130. Deum non posse dare majus quomodo intelligi debeat. l.3.d.13.a.1.q.2.ad 2.
131. Dei potentia in productione rerum ostenditur; sapientia in gubernatione, clementia in reparatione, & iustitia in retributione. op. Brev. p.7. per tot.
132. Dei potentia respectu Incarnationis expenditur multipliciter. l.3.d.1. per tot. Vid. *Christus quoad Incarnationem*.
133. Deus plus potest facere, quàm nos dicere, seu cogitare. l.3.d.1.a.1.q.1.& 3.
134. An Deus potuerit redimere hominem aliis modis. l.3.d.20.q.6.ad arg.
135. Deus solus potest dimittere peccata. l.4. d.5. dub.4.
136. Quot modis creatura potest habere similitudinem cum Deo. l.4.d.6.p.1.a.1.q.2.ad arg.
137. Deus non potest dispensare aliqua præcepta, & quænam sint, & quare. l.4. d.38. a.2.q.3. in arg.
138. Dei potentia consistit in altitudine, & fortitudine: 1. est in se ipso: 2. in operando. Ps.20. laudatur in dejectione superbiorum Daemonum, & tyrannorum. in Luc.c.1.n.51.
139. Dei potentia, sapientia, pietas expenditur. serm.1.Dom.4.post Epiph.& ser.1. Dom.5. post Epiph.
140. Deus non potest peccare. op. Brev.p.3.c.1.& c.3. V. *Supra*. n.82.
141. De Dei potentia in miraculis auctorit. Sacra Script. op. Bibl. pauper. c.1. & opusc. Comp. Theol. l.1.c.28. ubi de miraculorum natura agitur. ibid.
142. Dei potentia executiva aliquantulum distinguitur à cognoscitiva. V. *Dei cognitio*. n.7.
143. Dei omnivolentia, & omnipotentia qualiter differant. Vid. *Dei voluntas*. num.6.
1. Dei cognitio potest considerari vel in se, vel in ordine ad creaturas: in se si est per modum speculationis, & simplex, est scientia: si est juncta affectioni dicitur sapientia. lib.1. dist.35. dub.3. hæc secunda dicitur etiam cognitio per approbationem, seu beneplacitum. lib.1. d.36. dub.3. & dist.39.art.1. quæst.2. corp. & q.3. Si est eorum, quæ sunt in mundo dicitur visio: si eorum quæ benefaciunt dicitur approbatio. opusc. Cent. p.3. l.5. & l.1. ibid. & op. Brev. p.1. c.8. & opusc. declar. term. Theol. & op. Comp. Theol. l.1.c.29.
2. Dei cognitio in ordine ad creaturas, si est eventuum futurorum, est præscientia: si est effectuum in gubernando, est providentia: si est omnium effectuum naturalium, est dispositio: si respectu rationalis, est prædestinatio: aut eventuum, effectuum, & defectuum, est reprobatio. lib.1. distinct. 35. dub. 3. & 6. & dist.36. dub.3. & dist.39. artic. 1. quæst.2. & 3. & op. Cent. Brev. ibid. & op. declar. term. Theol. & op. Comp. Theol. l.1.c.29.
3. Præscientia dicitur scientiam, & præcessionem. lib.1. d.35. dub.4. nec respicit actum scientiæ ut futurum. ibid. dub. 6. & d. 38. dub.2. & art. 1. quæst.1. & distinct. 39. artic.2. quæst.3. in argument.
4. Scientia de re est absque existentia rei: scientia verò de esse rei non est absque existentia: prima est in Deo, & significat essentiam Dei, connotatque rem. lib. 1. distinct. 35. dub.4. 5. & 6.
5. Quomodo omnia sunt præsentia Deo absque successione; non sic verò in creatura. l.1.d.35. dub.6.
6. Non ponitur memoria in Deo, quia hæc respicit præteritum ut præteritum respectu rei, & cognitionis. l.1.d.35. dub.6.
7. In Deo ratio cognoscendi non est ratio causæ, seu productionis virtus. lib.1. dist.35. artic.1. quæst.1. corp. & d.38.a.1.q.1. corp. V. *Creatura*. n.15. seq. V. *Idea*.
8. In Deo ratio cognoscendi res est ipsa veritas, cognitum est ipsa similitudo veritatis, scilicet creatura: in nobis est converso: fit enim intellectus in actu per aliquid ab extrinseco perceptum. l.1.d.35. ibid. & d.39. a.1. quæst.1. & seq. Vid. *Veritas*. num.23.
9. Idæ qualiter sunt regulæ dirigentes intellectum divinum in cognitione. l.1.d.35. ibid. ad 4. Vid. *Idea*.
10. Idæ qualem similitudinem important in mente cognoscente Dei. l.1.d.35. ibid.
11. Idæ in Deo sunt plures ratione connotatorum, & prout important relationem rationis ad res: prout verò sumuntur per id quod sunt, cum sint ipsa divina veritas, sunt unum, & idem cum divina essentia. l.1. d.35. a.1. q.2. & q.3.4.5. & 6.
12. Quomodo una veritas possit esse ratio cognoscendi plura. lib.1.d.35.a.1. q.2. ad arg. & opusc. Brev. p.1.c.8.
13. Deus quo sensu potest dici, quod cognoscat res aliter ac erant ante quàm crearentur, & quomodo cognoscat res in proprio genere differenter ab Angelo. lib. 1. distinct. 38. dub.1.

14. Dei præscientia quomodo importat quid æternum, essentiamque Dei, & connotat respectum temporalem. l.1.d.38.dub.2.& d.39. a.1. q.1. in arg.& d.40.a.2.& 3. per tot.& d.41.dub.4.
15. Dei notitia simplex, & beneplaciti quomodo differunt ad invicem. l.1.d.38.dub.3.
16. Dei præscientia in quo sensu est causa rerum, & quomodo non sit talis respectu mali. lib. 1. d.38.a.1.q.1.corp.& op.Comp.Theol.l.1. c.30. & seq.
17. Dei præscientia non est causata à rebus præcitis: hæc verò sunt causa illativa præscientiæ, & secundum modum dicendi. l.1.d.38.a.1.q.2. corp.& l.1.d.40.a.2.q.1.ad 1.
18. Dei præscientia est respectu omnis veri, quia Deum nihil latet. l.1.d.38.a.1.q.2.ad arg.
19. Dei præscientia, quia est rerum futurarum, & eo modo quo eventura sunt, non imponit necessitatem rebus. l.1. d.38. a.2.q.1.corp. & q.2. & op.Comp.Theol.l.1.c.30.seq.
20. Quænam necessitas insit rebus, quæ à Deo præsciuntur. l.1.d.38.a.2.q.1.& d.43.dub.5. necessitas, scilicet consequentiæ non consequentis, quæ stat cum infallibilitate. ibid. & opusc. Comp.Theol. l.1. c.29. & l.1.d.40.a.2.q.1.ad 1. & ad 2.  
Et infallibilitas ejus unde oriatur. l.1.d.38. a.2. q.2.corp.& l.1. d.40.a.2. ibid.
21. Dei præscientia licet importet infallibilitatem in re futura, tamen est hæc contingens: unde in sensu diviso potest esse aliter, non in sensu composito. l.1. d.38.a.2.q.1.ad 5. Unde potest esse plurimum, quàm sit. l.1.d.39.a.1.q.3.
22. Dei præscientia ex parte cognitionis, quæ est respectu veri quod est, vel fuit, vel erit, importat necessitatem: ex parte verò rei præscitæ contingentis, quæ connotatur in ipsa præscientia, importat contingentiam: 1. quidem est, quia cognitio Dei non dependet à re: 2. quia illa cognitio non mutat ipsam rem. l.1. d.38. a.2.q.2.corp.& l.3.d.24.a.1.q.1.ad 3.
23. Hæc propositio Deus præscit te salvandum: licet cognitio sit necessaria in Deo: tamen cum effectus sit contingens, & quia significatur per modum præscientiæ, quæ connotat futurum contingens, quod est principale significatum, idè tota est contingens. l.1. d.38. art.2. ibid.& d.39.a.2.q.2:ad 4. & l.1.d.40. artic.2. quæst.1.  
Non sic dicitur de scientia, quæ est omninò necessaria. l.1.d.39.a.2.q.2.ad 4.
24. Actus credulitatis, prophetationis, & divinæ assertionis per hoc, quod currunt secundum illustrationem divinæ præscientiæ, connotant rem contingentem, & non dependent à futuritione; idè certi sunt, & infallibiles de rebus in se non certis. l.1.d.38.a.2.q.2. corp. Vid. *Prophetia*.
25. Divina præscientia respectu contingentium quomodo sit immutabilis rei, & non necessaria. lib.1. dist.38. ibid. ad 6. & l.3.d.24. artic.1. q.1.ad 3.  
Et quomodo cesset præscientia, quando res sunt in actu, & hoc ratione connotati. lib.1. d.41.dub.4.
26. Dei præscientia comprehendit quodcumque verum in mundo ad quod sufficit, quod vel ipsum, vel ejus causa, vel oppositum sit in deo: unde hæc oratio, quia est causa hujus veri,
- malum fieri verum est, habet esse in deo. l.1. d.46.q.4. ad arg. Unde ambit totum velle, & posse, & agere, nec potest falli, absque detrimento tamen contingentia. l.1.d.47.a.1.q.1. ad 4. & d.40.a.2.q.1.corp.& ad 1.
27. Creaturæ quomodo sunt præsentis deo in æternitate. V. *Creatura*. n.27.seq.
28. Creaturæ omnes procedunt à deo per cognitionem, & voluntatem. Vid. *Creatura*. n.15.
29. In divina scientia sunt omnia scibilia: in essentia sunt divina attributa, scilicet potentia, sapientia, & bonitas. l.1.d.39.dub.2. Quomodo dicitur deus scientiarum. serm.1. dom.4. post Epiph.
30. Sapientia, & sapere essentialiter tantum dicuntur. l.1.d.39.dub.1.
31. Scientia dei alia est intelligentiæ, scilicet possibilitium, & visionis, scilicet eorum quæ in aliquo tempore erunt, & ab æterno eorum fuit prævisio. lib.1. dist.39.dub.3. & opusc. Cent. p.3. sec.5. & lib.1.d.35.dub.3. omnisque est comprehensiva. l.3.d.24.dub.4.
32. Notitia Dei alia est purè notitia, alia approbationis, quæ continet iudicium rationis, vel beneplaciti tum voluntatis divinæ. lib.1. d.36. dub.3. & op. Cent. p.3. f.5.
33. Scire item aliud est habere cognitionem de aliquo, & id non exigit existentiam ipsius: aliud cognoscere quod illud est verum, sicque requirit existentiam, & in hoc sensu aliqualiter potest dici, quod Deus incipit scire, &c. l.1.d.36.dub.4. & aliquid definire scire. & d.41. dub.4.
34. Scientia Dei, Christi, Angeli, & hominis quomodo differunt. opusc. Comp. Theol. l.1. d.35. per totam & l.1.d.39.a.1.q.1.ad 2. & l.3. d.24.dub.4.
35. Deus cognoscit aliud à se, & per se, non per aliud: creatura verò cognoscit per aliud, & per consequens recipit intellectus creatus perfectionem aliunde; & idè additionem, & transmutationem. lib.1. dist.39. dub.3. 4. & 5. & artic. 1. quæst. 1. corp. & quæst. 2. & a. 2. quæst. 1.
36. Deus quia producit res ordinatè, & voluntariè eas debet præcognoscere, & hoc per existentiam rei, non in proprio genere, sed in exemplari. lib. 1. dist. 39. artic. 1. quæst. 1. ad argum. & quæst. 2. in argum. & lib.1. dist.35. per tot. ubi de Ideis Divinis agitur. & serm. 6. Hexaëm. ubi probatur solo lumine naturali debere concedi Ideas. & ser. 12. Hex.
37. Dei intelligentia non se habet ad cognitionem, sicut potentia ad productionem: hæc enim non facit perfectionem, cum facere sit actus ut actus, & ut egrediens, ob id consequitur, & attestatur eam: at scire est actus ut habitus, qui significatur ut perfectio potentia: unde cognoscit necessariò omne cognoscibile: non verò facit omne possibile. lib.1. distinct. 39. artic. 1. quæst. 1. ad argument. & q.2. ad 4.
38. Deus cognoscit notitia simplici omnia tam bona, quàm mala: est enim ab immensitate summæ veritatis, quæ est lux summa, cui nihil potest occultari: notitia verò approbationis bona, & bonos, non verò mala, nec malos. l.1.d.39.a.1.q.2. & op. Cent. part.3. sec.5. & Ps. 118. c.5. v. 16.

39. Dei cognitio respectu contingentium est certa, quia non est ab extra, sicut in nobis. l. 1. d. 39. a. 1. q. 2. ad arg. & art. 2. q. 2. ad arg. & op. Brev. p. 1. c. 8. & l. 2. d. 7. p. 2. a. 1. q. 3. corp.
40. Deus cognoscit mala per rectitudinem suam: unde mali exemplar non est in Deo, cum sit nihil, & privatio. l. 1. d. 36. dub. 3. & a. 3. q. 1. & 2. & d. 38. a. 1. q. 1. & d. 39. a. 1. q. 2. & 3. & l. 1. d. 46. q. 4. ad ult. & opusc. Comp. Theol. l. 1. c. 29. & l. 1. d. 6. dub. 4.
41. Deus cognoscit mala notitia simplici, non approbationis. l. 1. d. 39. a. 1. q. 2.
42. Deus quomodo dicitur non cognoscere malos. l. 1. d. 39. ibid.
43. Quo sensu scientia Dei respectu cognitorum possit augeri. l. 1. d. 39. a. 1. q. 3. corp.
44. Deus eadem cognitione cognoscit se, & alia à se, cum non dependeat ab extra: unde si est variatio à parte rei cognitæ non sic in nobis, quorum cognitio est ab extra. l. 1. d. 39. a. 2. q. 1. corp. & q. 2. Ubi de immutabilitate, & invariabilitate divinæ cognitionis agitur, sicut & de mutabilitate nostræ cognitionis, & ejus causa. l. 1. ibid. & l. 1. d. 41. a. 2. q. 1. ad arg. & q. 2. corp.
45. Deus quomodo cognoscit simul contradictoria. l. 1. d. 39. a. 1. q. 3. ad 4.
46. Deus cognoscendo se cognoscit omnia, quia est causa exemplaris, sed diligendo se, non vult omnia, quia voluntas est causa actualis. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. ad 3.
47. Cognitioni Dei respondet cognosci non verò differens, nisi secundum modum: non secundum rem. l. 1. d. 40. a. 1. q. 1. ad 2.
48. Deus multa cognoscit, quæ sunt in ipso, nec tamen sunt ex ipso, nec per ipsum: alia quæ numquam faciet, & sunt in ipso, nec tamen ex ipso erunt, nec per ipsum. l. 1. d. 36. dub. 2.
49. Cognitio, & scientia qualiter includatur in prædestinatione. l. 1. d. 40. a. 1. q. 2.
50. Deus quomodo cognoscit per modum complexionis, & compositionis: item propositiones, & terminos complexos. l. 1. d. 41. a. 2. q. 1. corp. & q. 2. corp.
51. Omnia dicuntur Deo præsentia quantum ad cognitionem, in qua non cadit successio: ob idque nec novum, nec vetus, nec præteritum, nec futurum. lib. 1. d. 39. a. 2. q. 3. & d. 41. art. 2. q. 1. ad 4.
52. Dei scire per simplicem apprehensionem, & per assensum quomodo differant. l. 1. d. 41. a. 2. q. 2. corp.
53. Deus quomodo possit dici non cognoscere omnia enuntiabilia. l. 1. d. 41. ibid.
54. Dei cognitio an sit dicenda universalis, an verò particularis. l. 1. d. 35. a. 1. q. 2. ad arg.
55. Deus sciendo se scit alia, non verò volendo se, vult alia, nisi prout velle dicit complacentiam, non verò causam. l. 1. d. 45. dub. 2. & art. 1. q. 2. ad 3.
56. Potentia cognitiva se habet ad verum amplectendo illud habitualiter: unde Deus sciendo dicitur omnisciens, non sic volendo omnivolens. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. corp. & ad 2.
57. Potentia, sapientia, & voluntas Dei quomodo sunt æqualia, & inæqualia. l. 1. d. 45. art. 1. q. 2. ad arg.
58. Dei sapientia ut est, est ratio cognoscendi omnia, ut cognita dicitur lux: ut visa, & approbata dicitur speculum: ut prævisa, & disposita dicitur exemplar: ut prædestinata, & reprobata dicitur liber vitæ. op. Brev. p. 1. c. 8.
59. Dei sapientia quare est essentialis, & præcedit generationem. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 3. ad arg. & q. 2. 3. & 4.
60. Sapientia in Divinis quomodo dici possit natura. l. 1. d. 28. dub. 4.
61. Dei sapientia, potentia, & misericordia exaltatur in deputatione Anglorum ad nostram custodiam. l. 2. d. 11. a. 1. q. 1. corp.
62. Dei sapientia, bonitas, & potentia manifestata est in creando, & complendo universum, & quomodo. l. 2. d. 12. a. 1. q. 2. ad arg.
63. Deus ut artifex, & creator, & ut remunerator debet cognoscere omnia tam bonum, quam malum. l. 1. d. 39. a. 1. q. 2. in arg.
64. Dei cognitio non connotat effectum in creatura, sicut dilectio. l. 3. d. 32. q. 3. ad 4.
65. Dei sapientia, & iustitia quomodo differant, & quid connotant. l. 4. d. 46. dub. 5. & 6.
66. Dei Sapientia connotat ordinem, non effectum in creatura, sicut connotat misericordia. l. 1. d. 46. a. 1. q. 2. ad ult.
67. Deus videt omnes notitia generali: bonos in gratia spiritali; malos in ira judiciali: beatos in gloria æternali. serm. 2. Dom. 2. post octav. Pasch.
68. Dei sapientia quomodo per numerorum cognitionem potest investigari. opusc. Itin. ment. cap. 2.
69. Dei cognitio simplex, & beneplaciti quid. Vid. *Cognitio*. n. 22.
1. Voluntas in Deo recognoscenda est tum ob summam Dei potestatem, voluptatem, iustitiam, & æquitatem, & summam liberalitatem. l. 1. d. 45. a. 1. q. 1. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 3.
2. Voluntas in Deo est per omnimodam indifferentiam substantiæ, virtutis, actus, & finis, ob id absque variabilitate, & aliis imperfectionibus. l. 1. d. 45. a. 1. q. 1. corp.
3. In voluntate divina non cadit contingentia, quia est semper in actu, & actu uniformi, non sic voluntas creata, est enim differens à substantia, præsidet sensui, & ab actu, id est est variabilis secundum affectiones: & ob distantiam à fine, est indigens: ob id in ea est fuga, & appetitus. l. 1. d. 45. a. 1. q. 1. corp.
4. Deus volendo se non vult omnia, & quomodo id sit verum. l. 1. d. 45. deb. 2. Ipsius velle duo importat, scilicet actum divinum, & ordinationem effectus ad illum actum: 1. est æternum: 2. est temporale: unde dicitur hodie approbare aliquid, cras reprobare. lib. 1. dist. 39. dub. 5.
5. Deus absolutè non potest dici omnivolens, sicut dicitur omnipotens, quia voluntas importat causalitatem actualem: tum etiam quia non potest velle malum. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. corp.
6. Deus dicitur omnipotens, licet non possit facere malum: non tamen dicitur omnivolens, quia non potest velle malum: quia velle malum est velle verè: id enim est per modum complacentiæ, & ad hærentiæ: sed posse malum non est posse, cum posse dicat positionem. lib. 1. d. 45. a. 1. q. 2. corp.
7. Dei voluntas non se habet ad bonum quomodo cognitiva ad verum: hæc enim est per modum habitus, illa per modum actus: tum etiam quia verum complectitur totum actum

Dei voluntas.

- cognitivæ, bonum verò non : ob id non potest intellectus scire falsum : at voluntas potest velle malum, & cum id non possit Deus, hinc, &c. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. ad 2.
8. Deus diligendo se bonum non est causa rerum, sicut cognoscendo se verum cognoscit omnia : quia voluntas est causa actualis : intellectus causa exemplaris. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. ad 3.
9. Voluntatis Dei non est melior si est ad plura, quam ad pauciora, sicut voluntas nostra, & quare. l. 1. d. 45. a. 1. q. 2. ad 4.
10. Dei voluntas, sapientia, & potentia quantum ad actum, & effectum sunt æqualia per circumcessionem : quantum ad objectum, sive connotatum sunt inæqualia : scientia enim est plus : potentia in minus, & voluntas in minus. l. 1. d. 45. ibid. q. 2. ad ult. & l. 1. d. 45. a. 3. q. 1. ad 1.
11. Dei voluntas quomodo est causa rerum, quia conjungit effectivum, scilicet bonitatem cum fine. l. 1. d. 45. a. 2. q. 1. corp. estque immediata : est enim universalissima, & actualissima, ob id potens in totum effectum absque adminiculo alterius. l. 1. d. 45. a. 2. q. 2. corp. & d. 40. dub. 7.
12. Voluntatis in Deo, licet sit idem cum essentia : tamen distinguitur secundum modum significandi, idque explicatur. l. 1. d. 45. art. 2. quæst. 1. corp.
13. Voluntatis Dei in causatione rerum quomodo se habeat ad potentiam, & sapientiam. l. 1. d. 45. a. 2. q. 1. ad 3.
14. Dei velle est posse : unde nobilius est agere per voluntatem, quam per naturam. l. 1. d. 45. ibid.
15. Creaturæ à Deo procedunt per actum voluntatis, non per actionem naturæ, quia essentia divina, & creaturæ non possunt convenire in forma : bene autem id evenit inter Personas divinas. l. 1. d. 45. a. 2. q. 1. ad 4.
16. Cognita perfecte voluntate Dei, nihil aliud desiderandum est. lib. 1. dist. 45. artic. 2. quæst. 2. ad 4.
17. Voluntatis Dei est una in Deo, sed multiplex quoad connotata : unde alia est signi, alia beneplaciti, quatenus voluntas stat pro ipsa re voluta. l. 1. d. 45. per tot. præcipue. a. 3. q. 1. & op. Brev. p. 1. c. 9. & l. 2. d. 35. a. 1. q. 3. ad arg. & l. 3. d. 31. dub. 3. Item alia antecedens, seu conditionata, alia consequens, seu absoluta. l. 1. d. 46. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 40. a. 3. q. 1. & l. 1. d. 6. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 41. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. in arg. & l. 2. d. 35. q. 3. ad arg. & l. 1. d. 47. dub. 1. & art. 1. q. 1. corp. & opusc. Brev. & lib. 3. d. 31. dub. 3.
18. Voluntatis divinæ signa quomodo sunt voluntaria, & naturalia. l. 1. d. 45. a. 3. q. 1. ad 2. & 3. & op. Brev. p. 1. c. 9.
19. Voluntatis divinæ signa reducuntur ad implerionem, permissionem, præceptionem, prohibitionem, & consilium. l. 1. d. 45. a. 3. q. 2.
20. Voluntatis absoluta Dei est una quantum ad substantiam, sed multiplex quoad connotata : connotat enim ordinationem rei ad eventum, & omnium ad salutem. l. 1. d. 45. a. 3. q. 2. ad 1. & op. Brev. p. 1. c. 9.
21. Voluntatis Dei respectu mali se habet per modum detestantis : per modum verò approbantis est respectu ex malo eliciti. l. 1. d. 45. a. 3. q. 2. ad 3. & d. 46. dub. 1.
22. Deus vult omnes homines salvos fieri voluntate antecedenti, ob id in hac connotatur ordinatione in omnibus ad salutem, & præparatio auxiliorum necessariorum. l. 1. d. 46. a. 1. quæst. 1. corp. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. in arg.
23. Voluntatis respectu voliti, vel sumitur in ratione approbantis, & diligentis, estque respectu omnis boni in Deo, & creatura : aut in ratione producentis ; hæcque si est principium distinctum à natura, sic in Deo dicitur antecedens, præcedens effectum causalitate, & duratione : in creatura dicitur antecedens, per quam de non volente fit volens. l. 1. d. 6. a. 1. q. 2. corp.
24. Voluntatis in Deo prout est principium producens non distinctum à natura, si ipsa est principium cum communicante natura, sic est processio Spiritus sancti : si verò natura est principium cum communicatione voluntatis, sic est generatio Filii. l. 1. d. 6. a. 1. q. 2. corp. & d. 10. a. 1. q. 1. ad arg.
25. Voluntatis Dei, quia est principium producens per modum liberalitatis, si consideratur ut ratio volendi, sic procedit Spiritus sanctus : si verò in ordine ad volitum, vel ut liberaliter factum, sic procedunt creaturæ. l. 1. d. 10. a. 1. q. 1. primus processus est intrinsecus : 2. extrinsecus, seu per modum artis. l. 1. d. 10. ibid. ad 3.
26. Voluntatis antecedens Dei connotat antecedenter ordinationem hominum ad salutem, tum ex parte naturæ datæ, tum gratiæ oblata. lib. 1. d. 46. a. 1. q. 1. corp. Unde non connotat salutem, sed ordinationem ad salutem, & volenti pervenire, non deesse. lib. 1. dist. 46. ibid. & l. 3. d. 17. a. 2. q. 1. ad 5.
27. Voluntatis consequens connotat salutem. l. 1. d. 45. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 7. part. 1. a. 1. quæst. 1. in argum.
28. Voluntatis antecedens Dei non importat velle in Deo, sed tantum ratione connotati : unde semper impletur, quia importat ordinationem ad salutem. lib. 1. dist. 46. q. 1. ad argum.
29. Dei voluntatis quo sensu dicitur rationalis, & æquissima, & operari cum ratione. l. 1. d. 42. dub. 2. & d. 43. dub. 4.
30. Voluntatis Dei, seu Deum velle duo importat, scilicet actum divinæ voluntatis, & ordinationem illius effectus ad talem actum : 1. est necessarium semper, & immutabile : quia Dei voluntas est semper in actu suo : 2. verò potest incipere, & desinere. l. 1. d. 39. dub. 5.
31. Deus non vult, nec potest velle malum, nec ratione sui, nec ratione boni ex malo provenientis : ob id dicitur in hoc casu permittere, quod non est vera voluntas, sed tantum signi. lib. 1. d. 46. a. 1. q. 2. & 3.
32. Deus volens aliquod, cui inseparabiliter est annexum malum, quomodo potest velle unum cum displicentia alterius. lib. 1. d. 46. art. 1. q. 3. ad 4.
33. Deus quomodo ordinat malum ad bonum. l. 1. d. 46. dub. 1. & a. 1. q. 5. & 6. & l. 4. d. 14. p. 2. a. 2. q. 1. ad 6. & l. 1. d. 40. a. 4. per tot. & l. 3. d. 20. q. 5. ad arg.
34. Dei permissio peccati respicit præsens tantum quando homo peccat. l. 1. d. 47. a. 1. q. 2. corp. & ad 5. Vid. *Permissio*. n. i. & seq.
35. Deus permittit mala tum ob ordinem universi, tum ob ordinem finis, tum in gloriam electorum, tum in laudem suam. lib. 1. d. 47. a. 1.

- q. 3. Non potest tamen præcipere malum secundum se : bene autem malum in se : tunc enim non esset malum. l. 1. d. 47. a. 1. q. 4. corp.
36. Deus quomodo permittit obdurationem in peccato, & eam ordinat ad pœnam. l. 4. d. 40. a. 4. per tot.
37. Dei voluntas antecedens potest cassari, non verò consequens. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1.
38. Dei voluntas consequens importat necessitatem consequentiæ, non consequentem : antecedens verò nullam importat necessitatem. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1. corp.
39. Dei voluntas beneplaciti non potest impediri, & quomodo salvetur contingentia, & libertas in ipsa, & in causa secunda. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1. ad argum.
40. Dei voluntas, licet sit necessaria, & quod sit in actu, tamen comparatio ejus ad futurum est contingens : hinc etiam effectus est contingens, quia vult rem contingenter evenire. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1. corp.
41. Voluntas divina non arctat potentiam in possendo : arctat tamen in agendo, quia potentia non agit, nisi quod voluntas vult : sicque cum possit velle oppositum, si volet, & aget, &c. sed non alio modo. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1. ad 3.
42. Voluntas divina non potest frustrari à secunda causa, quia semper connotat efficientiam causæ secundæ. l. 1. d. 47. a. 1. q. 1. ad 2.
43. Contra voluntatem absolutam signi, quæ sunt impletio, & permissio non potest fieri : bene autem contra voluntatem antecedentem, seu conditionatam : illa enim respiciunt rem de præsentia, quæ quando est, necesse est esse : ista respicit futura. l. 1. d. 47. a. 1. q. 2. corp.
44. Dei voluntas non tollit libertatem : imò ejus voluntas est, quod homo liber sit in actibus suis : unde liberè agendo non facit propriè contra ejus voluntatem. l. 1. d. 47. a. 1. q. 2. ad 3.
45. Dei voluntas permittens mala dicitur multipliciter : 1. non cohibendo : 2. non puniendo temporaliter : 3. non prohibendo : 4. minus bonum indulgendo. l. 1. d. 47. art. 1. q. 2. ad 6. & q. 3. ad 1.
46. Ad duplicem voluntatem, scilicet antecedentem, & consequentem consequitur duplex dilectio. l. 1. d. 40. a. 3. q. 1. ad 2.
47. Dei libertas, & hominis conveniunt analogicè. l. 2. d. 25. p. 2. q. 2.
48. Deus vult liberè quod vult, licet possit etiam id velle necessariò absque imperfectione. lib. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 2.
49. Deus non potest cogere voluntatem nostram, sed potest eam mutare, & quare. l. 2. d. 25. p. 2. quæst. 5.
50. Deus nunquam retractat suam sententiam definitivam. l. 3. d. 22. q. 5. in arg.
51. Dei approbatio. Vid. *Approbatio*.
52. Ad dei voluntatem spectat bonitas. Vid. *Bonitas*. n. 1. seq.
53. De divina Bonitate multa. Vid. *Bonitas*.
54. De Conformatione divinæ voluntati. V. *Conformatio*. n. 1. & seq.
1. De unitate naturæ divinæ, & pluralitate Personarum agitur. op. Brev. p. 1. c. 2. & seq. & op. Cent. p. 3. s. 2. & seq. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 2. & seq. & l. 1. d. 2. & deinceps, &c. & ser. 11. Hex. V. *Pater in Divinis*. per tot. De unitate, & numeralibus nominibus, scilicet unum, duo, tres, agitur. lib. 1. d. 24. per tot. Trinitas significat unitatem trium, non trinam unitatem, vel unum ter. lib. 1. d. 24. art. 3. q. 2.
2. Duplex modus emanandi perfectus, scilicet per modum naturæ, & voluntatis, seu liberalitatis : 1. producitur Filius : 2. Spiritus sanctus. op. Brev. p. 1. c. 3. & op. Cent. ibid. & op. Comp. Theol. ibid. & l. 1. d. 2. a. 1. q. 4. corp.
3. Pluralitas Personarum probatur ex summa beatitudine, perfectione, simplicitate, & primitate. l. 1. d. 2. a. 1. q. 2. Ex S. Scriptura habetur octo modis. l. 1. d. 2. dub. 8. Ex triplici proprietate existente in creaturis. l. 1. d. 3. dub. 6.
4. Pluralitas Personarum non repugnat simplicitati. l. 1. d. 2. a. 1. q. 2. ad 3.
5. Tres Personæ tantum sunt admittendæ in Divinis, & probatur ex summa simplicitate, & fecunditate, beatitudine, & perfectione : & ex combinatione numeri ternarii. l. 1. d. 2. a. 1. q. 3. & 4. & l. 1. d. 10. a. 1. q. 1. ad arg. & q. 2.
6. Multiplicatio numeralis infinita repugnat perfectioni Dei, quia est per recessum ab unitate, & à sua origine, sic & infinitas molis : at infinitas virtutis est ex opposito per accessum ad unionem. l. 1. d. 2. a. 1. q. 3. corp.
7. Quare non competit Deo productio Personarum per artem, sed tantum per naturam, & voluntatem, & quomodo differunt isti duo modi. l. 1. d. 2. a. 1. q. 4. ad 4.
8. In Patre primitas, seu innascibilitas est fontalis plenitudo omnium emanationum. l. 1. d. 2. a. 1. q. 2. corp. Ex hoc quod est substantia spiritualis deducitur Verbum genitum. l. 1. d. 3. p. 2. dub. 6. Ex ejus nomine Deus deducitur. opusc. Princ. S. Script.
9. Pater æternus quomodo dicitur, Dan. 7. antiquus dierum, & sedisse ; & ex eo fluvium egredi. l. 1. in Prolog.
10. Divinæ emanationes rectè explicantur similitudine fluvii ob perennitatem sine principio, & sine : propter extensionem, ob productionem rerum creaturarum : & propter circulationem ob incarnationem. l. 1. Prolog.
11. Divina unitas, & pluralitas Personarum explicatur aliquantulum per imaginem, & similitudinem Dei existentem in anima rationali. l. 1. d. 2. dub. 5. & d. 3. p. 2. per tot.
12. Ex triplici habitudine creaturarum potest argui aliquantulum unitas, & Trinitas divina, scilicet materia, forma, & compositio : item numerus, pondus, & mensura : item substantia, virtus, & operatio : item modus, species, & ordo : item unitas, veritas, & bonitas. l. 1. d. 3. dub. 6. p. 1. Absque habitu fidèi tamen non potest cognosci, cum nullum simile possit reperiri perfectè in creaturis. l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 4.
13. Hoc nomen Trinitas est nomen quasi collectivum : unus, & solus est discretivum naturæ ab aliis : unde potest dici Trinitas est unus, solus Deus prædicatione per identitatem. lib. 1. d. 4. dub. 5.
14. Divinæ relationes explicantur. opusc. Comp. Theol. l. 1. c. 22. & c. 6. & c. 26.
15. Trinitatis etimologia explicatur. l. 1. d. 22. dub. 2. & d. 24. q. ult.
16. Trinitatis imago. V. *Imago*. De emanationibus divinis per intellectum, & voluntatem. opusc. declar. term. Theol. & infra loc. cit.



17. De generatione Filii activa. l. i. d. 4. & deinceps. d. 5. 6. 9. 1. & 13. & Comp. Theol. l. i. c. 4. & seq. & op. Brev. l. i. Dupliciter potest significari : 1. ut dicit emanationem : 2. modum emanandi superaddita expressione : 1. modo per verbum generare : 2. per verbum dicere significatur. l. i. d. 32. a. 1. q. 1. ad 4. Omnis emanatio in Divinis vel dicit generationem, vel ad generationem consequitur : generatio dicit primam emanationem, ob id supponit innascibilitatem, & fontalem plenitudinem. lib. 1. d. 28. art. 1. q. 4. corp.  
De nomine processionis agitur. l. i. d. 13. a. 1. q. 1. & q. 2. ad 4.  
Alia est univoca, quæ est similis ex simili : alia æquivoca, quæ est dissimilis. l. i. d. 37. p. 1. dub. 5. Differt à facere, & concipere. l. 3. d. 4. dub. 6. & l. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 2. ad arg. Item à creare. l. i. d. 7. a. 1. q. 3. & 4.  
Deus semel locutus est, idest genuit verbum. in Io. col. 1.
18. Generatio Filii necessariò ponenda est in Divinis, quæ necessitas indicat maximam perfectionem: Dei enim potentia est conjuncta actui. l. i. d. 6. a. 1. q. 1. & l. i. d. 9. q. 1. & d. 32. a. 2. q. 2. ad arg. & l. 2. d. 18. a. 2. q. 3. in arg. habet perfectam conformitatem, coæternitatem, & æqualitatem cum generante. l. i. d. 9. dub. 10.
19. Generare est actio personalis, quæ dicit relationem, & importat distinctionem : unde essentia divinæ propriè non comperit. l. i. d. 5. a. 1. q. 1. & a. 2. q. 2. ad 1.
20. Filius quomodò generetur de substantia Patris. l. i. d. 5. a. 1. q. 2.  
Non potest tamen dici propriè, quod substantia generetur, bene autem Persona, & quare. Potest tamen dici, quod substantia per generationem communicatur, quia per generationem fit, ut sit una in pluribus. l. i. d. 5. a. 2. q. 1. & 2.
21. Generatio Filii est per modum naturæ, & exemplantis, sicut ratio exemplandi, non exemplati, sicut procedunt creaturæ. l. i. d. 6. a. 1. q. 3. Ad quam tamen concurrunt voluntas per complacentiam, & quomodò. l. i. d. 6. art. 1. quæst. 2. corp.
22. Generatio in Divinis, & in creatis quomodò differant. l. i. d. 5. a. 2. q. 1. corp. & d. 9. q. 1.
23. Generandi potentia qualiter sit in tribus Personis, & sit propria tantum Patris. l. i. dist. 7. exp. text. & art. 1. q. 1. & seq.
24. Potentia in Divinis respectu generationis dicit ad aliquid, scilicet habitudinem originalis principii ad principiatum : hinc non solum dicitur essentialiter, sed etiam aliquod proprium, & hoc modo importat fecunditatem ad actum generationis. l. i. d. 7. a. 1. q. 1. corp.
25. Potentia generandi est quid essentialiter personale dicitur. ibid. ad 4.
26. Potentia generandi à Patre non communicatur Filio, quia non potest, nec debet. Non potest, quia non potest communicare primitivam Filio : nec debet, ob originalem distinctionem, & plenissimam communicationem. l. i. d. 7. a. 1. q. 2. Non sic est in creaturis, in quibus communicatur talis potentia, quia fecunditas non per rationem primitivam, sed perfectionis. l. i. d. 7. a. 1. q. 2. ad 6.
27. Possè generare, & creare in Deo, an, & quomodò differunt. l. i. d. 7. a. 1. q. 3. & 4. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 1. ad 6.
28. Generationis divinæ perfectio imprimitur. l. i. d. 9. q. 1.
29. Generatio Filii habet in se perfectam conformitatem, coæternitatem, & æqualitatem, quæ cum in creaturis non possint inveniri simul, idè ex multis similitudinibus deducuntur : unde per conformitatem assimilatur generationi verbi creati : quantum ad coæternitatem luci ; quantum ad æqualitatem generationi viventis ex vivente. l. i. d. 9. dub. 10. & d. 13. dub. 8.
30. Generatio Filii est æterna, tum propter summam fecunditatem generantis : tum ob summam æqualitatem geniti : tum ob summam in utroque actualitatem in qua non distat actus à potentialitate, nec posse ab esse, nec antecedit. l. i. d. 9. a. 1. q. 3. corp.
31. Generatio de sui ratione non dicit initium, nec mutationem, nisi ob imperfectionem, sed tantum productionem similis in natura, seu emanationem ab ente : unde importat in Divinis principium originale, non initiale : hoc enim dicit principium temporale, illud æternum : principium enim, & principiatum dicunt differentiam Personæ : sed initium differentiam essentia, & durationis. l. i. d. 9. a. 1. q. 3. ad arg. & q. 2. corp.
32. Generatio in Divinis facit distinctionem, non rationis tantum, ut impiè dixit Sabellus, nec realem, quoad essentiam, ut dixit Arius, sed realem quantum ad Personam : dicit enim emanationem non per modum actionis, seu mutationis, sed relationis. l. i. d. 9. a. 1. q. 2. & l. 1. d. 26. dub. 7.
33. Pater communicat Filio totum quod habet præter generationem, & generationis distinctionem. l. i. d. 9. a. 1. q. 2. ad 1.
34. Essentia simplicitas facit esse in pluribus : personæ verò in uno solo. l. i. ibid. ad 2.
35. Idem sunt essentia, & Persona, sed non ad idem : ob id Persona distinguit. lib. 1. ibid. ad 3.
36. Æternitas, & permanentia generationis divinæ explicatur. l. i. d. 9. a. 1. q. 4.
37. Generatio Filii est prior processione Spiritus sancti. l. i. d. 12. a. 1. q. 4.
38. Generatio Verbi divini repræsentatur per multiplicem generationem, quæ est in creatis, secundum quod est perfectionis. lib. 1. distinct. 13. dub. 8.
39. Generatio dicitur etiam processio, sicut & spiratio : importat enim respectum ad principium à quo, & ad terminum ad quem : quod verò dicat motum, & elongationem, est per accidens, & in creaturis tantum. l. i. d. 13. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. ad 4. Proprius tamen convenit spirationi. l. i. d. 13. q. 2. ad 4.
40. Generatio, & spiratio se ipsis differunt : item quia illa est emanatio per modum perfectæ assimilationis, idè respicit unum principium : spiratio per modum connexionis, idè respicit duplex principium. l. i. d. 13. artic. 1. q. 3. corp.
41. Generare, & esse Patrem quomodò sint idem, & differant. l. i. d. 27. a. 1. p. 1. q. 1. corp.
42. Generare de sui ratione importat emanationem, & esse Patrem habitudinem. l. i. d. 27. a. 1. q. 1. corp.

43. Generatio originem dicit, Paternitas habitudinem: hinc secundum rationem intelligendi generatio est ratio paternitatis in Patre, non è converso. l.1. d.27. a.1. q.2. Unde generatio dicit primam emanationem, ob id supponit innascibilitatem. l.1. d.18. a.1. q.4. Per quid propriè constituitur in esse Patris. l.1. d.27. ibid. & d.28. per tot. & maximè. q.3.
44. Generatio activa in Patre non acquiritur per actum, sed inest per actum. lib.1. d.27. q.2. ad 2. Unde constituitur in esse Patris per paternitatem. l.1. d.28. q.3.
45. Pater generat per innascibilitatem, & spirat per improcessibilitatem. lib.1. dist.27. art.1. q.2. ad 2.
46. Innascibilitas, & improcessibilitas non est pura privatio in Patre, sed est perfecta positio: dicitur enim innascibilis, quia non est ab alio; idest quia est primum, & principium, ob id importat fontalem plenitudinem. l.1. d.27. a.1. q.2. ad 3. & d.28. q.1. & seq. Quænam notiones sint in Patre, & qualiter differant à paternitate. lib.1. dist.28. quæst.1. & seq. & op. Brevil. l.1. c.3.
47. Pater in Divinis quomodo referatur ad Filium. l.1. d.26. a.1. q.1.
48. Pater non est eo substantia, quo Pater. l.1. d.33. dub.4. & d.27. p.2. dub.1. alio enim est Pater, & alio Deus non secundum rem, sed secundum rationem significandi, & se habendi. l.1. d.34. dub.4. & d.32. a.2. q.3. ad 1. & d.33. q.2. ad 1. & l.1. d.19. p.2. a.1. q.2. ad 4.
49. Patrem esse quando est proprium Patris. l.1. d.27. p.1. dub.1. ejus appropriata sunt unitas, æternitas, omnipotentia, & ratio principiandi. op. Cent. p.3. sec.4.
50. Pater in quo sensu possit dici principium totius Divinitatis, seu Deitatis, & quomodo differant hæc duo nomina Divinitas, & Deitas. lib.1. d.15. p.2. dub.6. & d.27. p.1. a.1. q.2. corp. & d.29. dub.1.  
Item principium sine principio. lib.1. dist.29. dub.2.
51. Pater potest nominari respectu actus substantialis, & sic convenit tribus Personis, & respectu actus personalis, estque proprium Patris. l.1. d.29. a.1. q.2. corp. & l.3. d.4. dub.1. & l.3. d.10. a.2. q.3. & dub.5.
52. Pater æquivocè dicitur Deus respectu nostri. l.1. d.29. a.1. q.2. corp. requiritur enim ad esse Patrem, ut per ipsum deducatur res in esse, sed similis in natura; unde Spiritus sanctus non potest dici Pater Christi. lib.3. dist.40. art.1. quæst.2. ad 2. & l.3. dist.10. art.2. q.3. & dub.5. Unde Filius naturalis importat imitationem per omnimodam assimilationem: per imitationem verò expressam est quisquis factus est ad imaginem Dei, sic habet rationem Filii, & facturæ: & hic, si est in gratia est etiam Filius adoptione: si in peccato est impropiè Filius, propriè Filius Diaboli. l.1. d.26. dub.6.
53. Pater, & Filius important relationem ut exercitam, scilicet relationem distinguentem, & constituentem. lib.1. dist.31. part.1. art.1. q.2. corp.
54. Pater, & Filius se ipsi referuntur: Pater enim est sua paternitas, & Filius, filiatio. l.1. d.26. a.1. q.1. ad 6.  
Auctoritas prout dicit causalitatem non est in Patre respectu Filii, sed solum prout dicit processionem. l.1. d.9. dub.14.
55. Pater potest dici auctor generationis, & Personarum, quia auctor dicit eandem notionem, quam innascibilis, sed differenti modo: innascibilis dicit privationem prioris, sed auctor fecunditatem non ex alio: Hinc Filius non dicitur auctor spirationis, quia id habet ab alio. lib.1. d.13. dub.4. & d.12. dub.3. & dist.9. dub.14. Unde ob istam auctoritatem potest dici major Filio, & Spiritu sancto: quia majoritas importat notionem, non verò sapientior, &c. lib.1. dist.16. dub.4. non tamen propriè potest dici Filius minor. ibid. & d.28. a.1. q.1. ad 1.
56. Pater quare non potest communicare innascibilitatem, cum communice improcessibilitatem Filio. l.1. d.28. a.1. q.4. ad arg.
57. Pater, & ingenitus quomodo differant. lib.1. d.28. per tot.  
Non potest dici sapiens sapientia genita. lib.1. d.9. dub.4.
58. Pater includit illum, qui est Pater, & quo est Pater: unde Pater prædicatur de seipso: ratione enim unius subjicitur, & alterius prædicatur. l.1. d.27. p.1. dub.1.
59. Paternitas, & generatio quomodo sunt una proprietas, & quomodo differant. lib.1. d.27. p.1. a.1. q.1. corp.
60. Paternitas ut talis est communicabilis: paternitas ergo Patris est incommunicabilis ob innascibilitatem, seu primitatem, quia primum non potest dare alii primitatem. l.1. d.27. p.1. q.2. ad arg.
61. Persona Patris, abstracta paternitate, quomodo possit intelligi. l.1. d.27. p.1. a.1. q.2. ad 3. & d.28. a.1. q.3. ad 2.
62. Principium dictum de Patre stat pro paternitate, & spiratione, quia conveniunt hæc duæ productiones convenientia originali in eadem Persona. l.1. d.29. dub.1. & 2.
63. Principium activè quomodo dicitur de Patre, & Filio, & Spiritu sancto: & passivè quomodo de Filio, & Spiritu sancto. lib.1. d.29. dub.1. & seq. & q.1. & seq.
64. Principium benè recipitur in Divinis: non verò ratio prioris, & posterioris propriè. l.1. d.29. a.1. q.1.
65. Pater, & Filius an possint dici unum principium, unus spirator, idem principium. l.1. d.29. a.2. q.1. & 2. Non generat, nec spirat ut unus, vel plures, sed alio, & alio modo se habens. l.1. d.13. q.3. ad 1.
66. Pater in Sacra Scriptura multipliciter sumitur. op. Comp. Theol. l.1. c.4.  
Deus potest dici Filius hominis ob idiomatum communicationem. l.3. d.4. a.3. q.3. ad 3.
67. Filii generatio passiva explicatur. l.1. d.5. per tot. & d.6. per tot. & d.7. & d.9. per tot. & op. Comp. Theol. l.1. c.5. & seq. Ejus sublimitas. l.3. d.8. dub.2. Missio Personarum divinarum expenditur. l.1. d.13. per tot. & d.14. 15. & 16.
68. Filius generatur de substantia Patris, & quomodo. l.1. d.5. a.1. q.2. & op. Brevil. l.1. c.4.
69. Filius generatus est imago non ad imaginem Patris: splendor gloriæ Patris, figura substantiæ ejus, & portans omnia verbo virtutis suæ, & quomodo. op. Comp. Theol. l.1. c.6. & l.1. d.7. a.1. q.2. ad 3.

70. Essentia propriè non potest dici generata, cum generatio terminetur ad suppositum. lib. 1. d. 5. a. 2. q. 1. Communicatur tamen per generationem. l. 1. d. 5. a. 2. q. 2.
71. Generari dicit productionem, & distinctionem. l. 1. d. 5. a. 2. q. 2. ad arg. & d. 9. a. 1. q. 2. corp. Item generare, & generari non dicunt actionem, & passionem in Divinis, sed tantum relationem. l. 3. d. 1. a. 1. q. 1. ad 1.
72. Filius producit ut omninò similis, & per modum naturæ, sed ut dilectus: in qua natura est principaliter producens cum communicante voluntate. l. 1. d. 6. a. 1. q. 2. corp.
73. Filius generatur per modum exemplantis, sicut ratio exemplandi: unde dicitur ars plena omnium rationum viventium, seu idearum. l. 1. d. 6. a. 1. q. 3. corp.
74. Exemplar, ut dicit rationem cognoscendi est quid commune toti Trinitati: prout addit rationem emanandi est proprium Verbi, seu Filii. l. 1. d. 6. a. 1. q. 3. ad arg.
75. Potentia generandi activè, & passivè quot modis potest sumi. l. 1. d. 7. exp. tex.
76. Potentia, seu posse gigni potest intelligi originaliter, sic est in solo Patre: si formaliter, & passivè est in Filio. l. 1. d. 7. dub. 7.
77. Potentia activa generandi non est in Filio, & quomodò. l. 1. d. 7. a. 1. q. 2. corp. & d. 9. q. 1.
78. In creatis Pater non dicitur perfectum generare, nisi det ei potentiam generandi: id enim est perfectionis: at in Divinis, quia fecunditas est per rationem primitatis, ob id non potest communicari Filio. l. 1. d. 7. a. 1. q. 2. ad 6.
79. Generatio activa Patris, & passiva Filii est relatio distinguens inter has duas Personas. l. 1. d. 9. a. 1. q. 2. & d. 5. a. 2. q. 2. ad 1.
80. Filius quomodò est coæternus Patri. l. 1. d. 9. a. 1. q. 3. Et quare potius pergenuit, quàm pergenerat in præsentì explicatur generatio Verbi. l. 1. d. 9. dub. 8.
81. Filius Dei habet esse permanentissimum, & conjunctum sui principio existenti in sua actualitate, estque purus actus, in quo idem est nasci, & natum esse, ideo semper nascitur, & semper est natus, & semper est, & nunquam cessat generari, nec Pater generare. l. 1. d. 9. a. 1. q. 4.
82. Generatio terminatur ad suppositum. l. 1. d. 5. a. 2. q. 2. ad 1. & l. 3. d. 8. a. 1. q. 2. ad 1. Id intellige in Divinis: nam in creatis terminatur etiam ad naturam, quæ multiplicatur in parente, & prole. l. 3. d. 8. ibid.
83. Generatio Filii præcedit spirationem, ideo Filius habet rationem primitatis: ob id fecunditatem, quam non habet Spiritus sanctus. l. 1. d. 2. a. 1. q. 4. ad arg. & d. 12. a. 1. q. 4. per tot.
84. Filius est Verbum per omnia æquale Patri, & per omnia dicens, & exprimens ipsum, sed non omni modo, quia est per naturam: unde restat expressio secundum liberalitatem. l. 1. d. 2. a. 1. q. 4. ad 2.
85. Pater dat Filio totum quod potest, sed non omni modo, quo potest. l. 1. d. 2. a. 1. q. 4. ad 1. Unde ei communicat quicquid habet, sed non Personam: hæc enim est ratio communicandi, & distinguendi. lib. 1. d. 9. q. 2. ad 1. & d. 2. q. 3. ad 1.
86. Verbum dicitur Filius, imago, & verbum: Filius à vi naturæ: imago per modum expressivum: & verbum quia aliis expressivum. l. 1. d. 18. a. 1. q. 5. ad 4. & op. explic. term. Theol. & ferm. 1. Hex. Sed Filius explicat proprius. l. 1. d. 27. p. 2. dub. 2. Ubi afferuntur aliæ explanationes horum terminorum. & lib. 1. d. 27. p. 1. a. 1. q. 3. corp. & p. 2. dub. 2. & q. 1.
87. Verbo quare appropriatur ratio veritatis, & exemplaris. l. 1. d. 3. p. 1. dub. 7. Item quare dicatur sapientia genita. l. 1. d. 3. p. 2. dub. 13. & quomodò, & an sit essentialis, an proprium. lib. 1. d. 27. p. 2. dub. 1. & q. 2. & 3.
88. Verbum dicitur genitum non factum, sed Christus genitus, & factus. l. 3. d. 1. dub. 2.
89. Verbum est quod emanat à mente per modum conceptionis, & per consequens genitum, dicitque respectum ad dicentem. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 1. argum.
90. Verbum divinum producit à natura concomitante voluntate, sicut Spiritus sanctus à voluntate concomitante Spiritu sancto. l. 1. d. 6. a. 1. q. 2. corp.
91. Verbum divinum non nascitur per inquisitionem, sicut evenit in nobis. l. 1. d. 6. a. 1. quæst. 2. ad argum.
92. Verbi generatio quoad repræsentationem Patris habet perfectam conformitatem, sicque comparatur verbo, habet & coæternitatem: unde comparatur egressui splendoris à luce: habet & æqualitatem: ob id similis est generationi viventis ex vivente. l. 1. d. 6. dub. 10.
93. Verbum in nobis est accidens, in Deo est substantia. l. 1. d. 10. a. 1. q. 2. ad 1.
94. Verbum est similitudo expressa, & expressiva concepta vi spiritus intelligentis secundum quod se, vel aliud intuetur. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 4. corp. & op. de reduc. art. ad Theol.
95. Unde Verbum divinum includit notitiam, seu cognitionem intelligentis se Patris conceptionem, seu generationem similitudinis, & expressionem imaginis: 1. cum non dicat respectum, est tantum appropriatum, sicque Filius Dei, sapientia genita: alia cum sint relativa sunt propria Verbi divini, scilicet Filius, qui dicit emanationem, seu conceptionem, imago quæ dicit modum expressum emanandi, & Verbum, quod dicit hæc omnia, & superaddit rationem exprimendi, & manifestandi. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 4. corp. & q. 2.
96. Verbum quàm convenienter sit translatum ad divina. l. 1. d. 27. ibid.
97. Verbum divinum dicitur dupliciter, scilicet ad se dicendo, seu se loquendo, seu mente concipiendo se ipsum: sicque Pater dicendo se producit Verbum: vel exprimendo se exterius per creaturam, & hoc est verbum creatum. lib. 1. dist. 27. part. 2. art. 1. q. 1. corp. & l. 1. dist. 10. dub. 3.
98. Verbum importat manifestationem per conceptum, qui conceptus est proprius Verbi. l. 1. d. 27. ibid.
99. Dicere respectu Verbi creati est essentialis, & commune tribus Personis: prout verò dicit respectum æternum, est proprium Patris. lib. 1. d. 27. ibid. q. 1. ad arg.
100. Verbum divinum dicit respectum ad Patrem dicentem, connotatque respectum ad creaturam per modum exemplaritatis dispositivæ, & virtutis operativæ in potentia, & habitu, non in actu. libro primo, d. 27. part. 2. art. 1. quæst. 2.

101. Verbum divinum licet impotter respectum ad creaturas in potentia : tamen non dicitur Verbum creaturæ , cum formaliter tantum de se dicat respectum ad dicentem. lib.1. d.27. p.2.a.1. q.2. Unde quia hæc cognitio est necessaria , & dicitur Verbum produci ex cognitione creaturarum. l.1. ibid. ad 2.
102. Sapientia in Divinis præcedit expressionem Verbi, ob id est essentialis tribus : in nobis autem similitudo concepta præcedit sapientiam, quia hæc ab illa producitur : sed in Divinis ex intuitu mentis summæ sapientis oritur verbum, quod dicitur summa sapientia. l.1. d.27. p.2. a.1. q.3. ad arg.
103. Verbum divinum habet omnipotentiam , sicut Pater , sed de ratione sui nominis non dicit istam potentiam. l.1. d.27. ibid.
104. Verbi divini nomen quàm rationabiliter à Verbi creati similitudine desumptum. l.1. d.27. p.2. q.4.
105. Verbum divinum non producit formaliter ex cognitione creaturarum quoad scientiam visionis, sed tantum simplicis intelligentiæ, quia in sui ratione connotat respectum ad creaturas in habitu , & quoad posse per modum exemplaritatis, & præviæ dispositionis. l.1. d.27. p.2. a.1. q.2. corp. & ad 2.
106. Verbum divinum est fons sapientiæ , scilicet creatæ. l.1. d.27. p.2. q.3. ad 1.
107. Verbum hoc nomen translatum est ad divina ob similitudinem, & ob nostram instructionem. l.1. d.27. q.4. corp.
108. Verbi creati similitudo ad increatum stat in tribus, scilicet in origine, in dispositione, & in unione. l.1. d.27. p.2. q.4. corp.  
Quomoddò dicitur esse verbum mentale, scriptum, & prolatum. Pl. 118. n. 25.
109. Verbum divinum ratione originis dicitur Filius : ratione præconceptionis dicitur mundus archetypus : ratione unionis dicitur homo factus. l.1. d.27. ibid.
110. Verbum unde dicitur Dei virtus , & sapientia. l.1. d.27. q.2. corp.
111. Quomoddò per Verbum omnia facta sunt. l.1. d.27. p.2. a.1. q.1. ad 5. & q.2. corp.
112. Verbum divinum ducit in cognitionem Patris. serm. 1. Hex.
113. Dei filii appropriata sunt veritas, species, ratio exemplandi, & sapientia. op. Cent. p.3. sec. 5. & op. declar. term. Theol.
114. Generatio Filii est prior processione Spiritus sancti. l.1. d.112. a.1. q.4.
115. De missione temporali Filii, l.1. d.15. per tot. & seq. Vid. *Christus quoad Incarnationem*, & Vid. *Deus in ordine ad creaturas*. & op. Cent. p.3. sec. 3.
116. Divina natura an possit dici nata, & Dei Filius nihil habere nisi natum. l.3. d.8. a.1. q.1. ad 1.
117. Dei Verbum humanandum in veteri præfigebatur figuris, in veteri testamento præmonstrabatur exemplis, promittebatur Patribus, prædocebatur documentis, & prophetabatur oraculis. op. S. Script. Princ.
118. Divina generatio quomoddò exprimitur per varias generationes, & productiones creaturarum. serm. 11. Hexaëm.
119. Deus de Deo. Ly, De. Vid. *Lit. a. n. 3.*
120. De circuminceptione Personarum. Vid. *Circuminceptio*.
1. Spiritus sancti processio expenditur. l.1. d.6. *Spiritus sancti processio*. a.1. q.2. corp. & l.1. d.10. per tot. & d.11. per tot. & d.12. per tot. & d.13. per tot. & d.14. & seq. Potest considerari in ordine ad Personam ad quam est: ad principium, à quo est ; & ad generationem , à qua differt. l.1. d.10. exp. tex.
2. De nomine processionis, quam vim habeat , & quare magis aptatur Spiritui sancto , quàm Filio. l.1. d.13. a.1. q.1. & seq. & l.1. d.11. per tot. & l.1. d.14. a.1. q.1. corp. Exemplo fluvii explicatur. l.1. Prolog.  
Temporalis , & æterna quomoddò differunt. l.1. d.14. a.1. q.1. corp.
3. Quomoddò processio differat à generatione. l.1. d.13. a.1. q.3. & d.14. dub. 1.
4. Processio Spiritus sancti est per voluntatem concomitante natura. l.1. d.6. a.1. q.2. corp. ob id assimilatur in natura. lib.1. d.10. art.1. quæst. 1. ad 2.
5. Processio Spiritus sancti per modum liberalitatis, charitatis, & amoris, qui sit tertia Persona divina necessario est ponenda. lib.1. d.10. a.1. per tot.
6. Amor in creaturis nominat habitum , & accidens : in Deo substantiam , & cum dicit egressum dicit hypostasim. l.1. d.10. a.1. quæst. 2. ad 2.  
Quomoddò sit proprium Spiritus sancti , & in quo sensu communis tribus Personis. lib.1. ibid. a.2. q.1. corp.
7. Caritas sumpta essentialiter est communis tribus : quælibet enim Persona diligit se , notionaliter convenit Patri , & Filio per concordiam in spirando : personaliter Spiritui sancto, quia qui producitur per modum liberalitatis, non potest esse nisi amor, seu dilectio : 1. modo dicit complacentiam : 2. concordiam : 3. processum. lib.1. dist. 10. art. 2. q.1. corp.
8. Spiritus sanctus quomoddò est nexus Patris, & Filii. lib.1. dist. 10. artic. 2. quæst. 2. & d.11. a.1. q.1. ad 3.
9. Quare Spiritui sancto assignetur hoc nomen spiritus. l.1. d.10. a.2. q.3. & quot modis. ibid. & l.1. d.27. p.2. a.1. q.2. ad 4.
10. Spiritus, pro ut dicitur à spiritualitate contra corpulentiam , sic dicitur absolute , & convenit toti Trinitati : prout dicitur à spiratione, quæ in corpore est actus internus , continuus, vivificus , originans à calore, sic importat affectum , & amorem ; & quia est quid relativum est proprium Spiritus sancti. lib.1. d.10. a.2. q.3.
11. Spiritus sancti processio à Patre, & à Filio exponitur contra Græcorum opinionem. l.1. d.11. art.1. per tot. & quomoddò vis spirativa à Patre communicetur Filio , non verò generativa. l.1. d.7. a.1. q.2. ad 3.
12. Spiritus sanctus , si non procederet à Filio non distingueretur ab eo. l.1. d.11. a.1. quæst. 1. in argum.
13. Pater , & Filius sunt unum principium spirans , quia eadem voluntas , & fecunditas in utroque. l.1. d.11. a.1. q.2. Non tamen unus spirator : est enim nomen verbale quod concernit suppositum agens. lib.1. dist. 29. art. 2. q.2. ad 1.
14. In quo sensu possit dici, quod Spiritus sanctus prius à Patre procedat, quàm à Filio. l.1. d.12. a.1. q.1.
15. Spi

15. Spiritus Sanctus non plenius, seu perfectius procedit à Patre, quàm à Filio: plenius enim importat gradum perfectionis, & compositionem. l. 1. d. 12. a. 1. q. 2. corp.
16. Filius habet auctoritatem, & subauctoritatem respectu spirationis, & quomodo. l. 1. d. 12. a. 1. q. 1. ad arg.
17. Quomodo dicitur Spiritus Sanctus procedere immediatè à Patre mediante Filio, & quod duplex mediatio, & immediatio. l. 1. d. 12. art. 1. quæst. 3.
18. Quomodo generatio Filij est prior spiratione. l. 1. d. 12. a. 1. q. 4. & ab ea distinguatur. l. 1. d. 12. a. 1. q. 2. & 3.
19. Processio Spiritus Sancti differt realiter à generatione: quæ differentia habet statum in ipsis: primæ enim differentiæ se ipsis differunt: nobis tamen innotescunt per alias differentias consequentes, scilicet quia generatio est ab vno, spiratio à duobus: illa est emanatio per modum perfectæ assimilationis, ob id ad vnum respicit: hæc verò per modum connexionis, idè à duobus: Item quia generatio non respicit tertium: spiratio verò, vt neccens, ob id vt in alterum tendit. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3.
20. Processio Spiritus Sancti quomodo comparatur processioni locali, & causali. l. 1. d. 13. a. 1. q. 1. ad 4.
21. Licet natura, & voluntas in Deo sint idem, tamen aliquid respicit vna in ratione principij, quod non altera. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3. ad arg.
22. Spiritus Sanctus in quo sensu possit dici ingentus. l. 1. d. 13. a. 1. q. 4.
23. Spiritus Sanctus dicitur spiritus in ordine ad vim spirantem: amor in ordine ad modum emanandi, quia est nexus, & donum in ordine ad nos. l. 1. d. 18. a. 1. q. 5. ad 4.
24. Spiritus Sanctus absolute prolatus importat nomen personale. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 2. ad arg.
25. Spiratio non dicit propriam relationem constituentem Patrem. l. 1. d. 28. a. 1. q. 3. corp.
26. Processio quartæ Personæ à Spiritu Sancto per modum amoris non datur, & quare. l. 1. d. 10. a. 1. q. 2. ad 3. Nec per modum artis, & quare. l. 1. d. 10. ibid. q. 1. ad 3.
27. Processio Spiritus Sancti, & productio creaturarum qualiter differant. l. 1. d. 10. a. 1. q. 1. ad 2.
28. De processione temporali Spiritus Sancti. l. 1. d. 14. per tot. & seq. V. *Deus in ordine ad creaturas.* Vid. V. *Spiritus Sanctus.*
29. Processio temporalis, & æterna sunt ab vno principio, & illa inservit ad manifestationem istius: non sic generatio Verbi temporalis: est enim à diverso principio ab æterna. l. 1. d. 14. dub. 1.
30. Processio, quia est ab vno in alium id potest esse duobus modis, aut sicut in obiectum in quod, sicque est æterna: aut sicut in susceptionem, & in habitaculum, sicque est temporalis. l. 1. d. 14. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. corp.
31. Processio, Spiratio, & generatio qualiter differant. l. 1. d. 14. a. 1. q. 1. ad 1.
32. Processio æterna, & temporalis quomodo sint duæ, & vna, quia conveniunt analogicè, non vaivocè, nec æquivocè. l. 1. d. 14. a. 1. q. 2. corp. Et quare magis dicitur temporalis. lib. 1. d. 15. p. 1. dub. 4.
33. Spiritus Sanctus datur cum gratia in propria Persona, & tunc ab anima habetur in possessione perfecta. l. 1. d. 14. a. 2. q. 1. corp.
34. Spiritus Sanctus solum potest dari à Deo effectivè: ministerialiter à bonis, & malis per ministracionem Sacramentorum, vel per prædicationem: impetrativè verò à bonis tantum. l. 1. d. 14. a. 2. q. 2. vbi agitur de productione, susceptione, natura, & expulsionem gratiæ. ibid.
35. Spiritus Sanctus quodupliciter dicitur sanctificare animam. l. 1. d. 14. dub. 2.
36. Spiritui Sancto quænam virtus appropriatur in sanctificatione; & sanatione animæ. l. 1. d. 14. dub. 3. & extinctione sitis spiritualis. dub. 5.
37. Spiritus Sanctus quot datus est à Christo, & quot modis. l. 1. d. 14. dub. 4.
38. De missione Personatum divinarum. l. 1. d. 15. per tot. & d. 16. De apparitionibus Dei V. *Apparitio.* num. 1. & seq.
39. Spiritus Sanctus quomodo dicitur mitti temporaliter. l. 1. d. 15. p. 1. a. 1. & seq. & d. 16. & op. Cent. p. 3. sec. 6.
1. Personæ nomen quàm convenienter ad divina translatum est. l. 1. d. 23. a. 1. q. 1. & in dub. lit. & l. 3. d. 10. a. 1. q. 2. in arg.
2. Nomen essentiæ, substantiæ in Divinis consideratur. l. 1. d. 23. per tot.
3. Nomen vnus, duo, & tres in Divinis quomodo importent quid positivum cum privatione. l. 1. d. 24. a. 1. per tot.
4. Nomina numeralia in Divinis dicuntur secundum relationem, & notionem important. lib. 1. distinct. 24. a. 2. q. 2. scilicet vnum, duo, tres, trinitas, trinus. ibid. & a. 3. q. 2. important vnitatem, & pluralitatem, & quomodo. l. 1. d. 24. a. 3. q. 1.
5. Personæ definitio, exactè assignatur eius natura, etymologia, & conditiones, quatenus ad divinas Personas spectant. lib. 1. distinct. 25. per tot.
6. Persona cum sit rationalis naturæ suppositum proprietate distinctum principaliter importat substantiam: secundariò relationem. lib. 1. d. 25. a. 1. q. 1. corp.
7. Personæ incommunicabilitas qualis. l. 1. d. 25. art. 1. quæst. 2. ad 3. & art. 2. quæst. 1. & 2. ad 3.
8. Persona divina de sui ratione excludit compositionem, non verò creata: vnde divina oritur se ipsa, ob id non admittit vllam additionem, sed plurificationem. l. 1. d. 25. a. 1. quæst. 2. ad 1.
9. Persona, vt sic, an admittat aliquam communitatem abstractam respectu Personarum divinarum, & etiam respectu creaturarum. l. 1. d. 25. art. 2. quæst. 1. & 2. & lib. 1. distinct. 20. a. 2. q. 1. ad 4. & d. 24. art. 2. quæst. 2. ad 3. & d. 27. p. 1. a. 1. quæst. 3.
10. Personæ divinæ nominantur diversis nominibus dicentibus respectum, & quomodo. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 2. ad 5.
11. In divinis Personis necessariò debet recognosci proprietas, relatio, & notio: prima est in quantum convenit vni soli: secunda dicit habitudinem ad alterum: tertia in quantum est principium cognoscendi. l. 1. d. 26. a. 1. q. 4. & op. declar. term. Theol. Qualis differentia inter propria, & appropriata. op. declar. term. Theol.

12. Proprietates, relationes, & notiones se habent ad invicem quantum ad numerum, tanquam excedens, & excessum. l. 1. d. 26. a. 1. q. 4.
13. Omnis notio est proprietas, vel relatio, & omnis proprietas est relatio, & vice versa. l. 1. d. 26. a. 1. q. 4.
14. Proprietates sunt quinque, scilicet innascibilitas, estque solius Patris, generatio activa, & passiva, spiratio activa, & passiva. l. 1. dist. 26. ibid. & op. declar. term. Theol. & op. Brev. p. 1. c. 4. & op. Cent. p. 3. sec. 2.
15. Modi prædicandi in Divinis in quid, estque essentialia: in quis, estque personale: & in quæ, seu quomodo, estque notionale. l. 1. d. 26. art. 1. q. 1. corp. & op. declar. ibid. & Cent. ibid. Quæstio in Divinis fit quinque modis, scilicet quis ratione Personæ: qui ratione hypostasis: quæ ratione notionis: quod ratione substantiæ: quo ratione essentiæ. op. declar. ibid. & op. Cent. ibid.
16. Proprietates constituunt, & distinguunt Personas ad invicem. lib. 1. d. 26. a. 1. q. 1. quomodo differunt proprietas, & Persona. l. 1. d. 33. a. 1. quæst. 1. Item proprietas, & essentia. lib. 1. dist. 33. q. 2. corp.
17. Personales proprietates ratione, in, transeunt in substantiam: ratione, ad, scilicet ad obiectum manent, & important distinctionem à parte rei: Vnde plures proprietates in vna Persona differunt à parte rei: sic in Patre innascibilitas, & generatio activa. l. 1. d. 26. art. 1. q. 1. in fund. & ad 4. & quæst. 2. & d. 33. quæst. 2. corp.
18. Pater quomodo se ipso possit dici, quod refertur ad Filium. l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad 6.
19. Proprietates in Divinis sunt relationes, quia ob incommunicabilitatem, quia soli conveniunt, & ob distinctionem, quam ponunt per respectum ad obiectum. l. 1. d. 26. art. 1. quæst. 2. corp.
20. Proprietates personales sunt rationes distinguendi ob originem: circumscripta enim origine impossibile est intelligere pluralitatem in Divinis: sunt & rationes innotescendi ob habitudinem. l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. corp. & op. declar. ter. Theol.
21. Proprietates Divinæ dicunt originem, & habitudinem ab alio, & ad alium: proprius tamen loquendo generatio dicit originem, paternitas habitudinem, licet sint vnum, & idem. l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. corp.
22. Pater origine abstracta intelligitur non Pater, sed innascibilis, id est non ab alio, & ita in vnitae hypostasis, sed non in ordine ad aliud. l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. ad arg.
23. Proprietates Divinæ licet sint relativæ, tamen quia important etiam originem, dant esse absolutum cum respectivo. l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. corp. & ad 2.
24. Origo secundum rationem intelligendi est prior relatione, & quomodo. l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. corp. & ad 3. & d. 27. p. 1. a. 1. q. 2. ad 1.
25. Personæ divinæ abstractis proprietatibus non haberent per quid possemus eas intelligere, nisi sub ratione incompleta rei, & univèrsali. l. 1. d. 26. ibid. q. 3. ad 4.
26. Hinc deducitur quod Personæ divinæ non constituuntur per absoluta in opinione. S. Bo-  
nav. vt falsò ei Scotus imponit. l. 1. d. 26. q. vn. ibi tertia opin. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 3. ad 4.
27. Origo importat emanationem vnius ab alio, sicque vel est activa, vel passiva, & semper importat relationem. lib. 1. distinct. 27. part. 1. dub. 2.
28. Generatio in Patre, & Paternitas sunt vna notio secundum rem, licet quoad modum significandi sit aliqua differentia: nam generatio exprimit proprietatem Personæ generalius, quam hoc, quod est Pater: homo enim generat pediculos, & non est pater eorum: Item quia Pater importat intra se hypostasim, circa quam notat proprietatem: generatio verò eget sibi poni ab extra: Item quia generare importat productionem, generatio emanationem, & Pater habitudinem. l. 1. distinct. 27. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
29. Pater idè est Pater quia generat & c. lib. 1. d. 27. p. 1. a. 1. q. 2. & generat quia Deus innascibilis, & spirat quia improcessibilis. l. 1. dist. 27. a. 1. q. 2. ad 3. p. 1.
30. Innascibilitas in Patre est notio, quæ quoad nomen importat privationem, dicit enim non esse ab alio: quoad rem, importat positionem, & maximam perfectionem, scilicet primitatem respectu generationis, & spirationem: ob id fecunditatem fontalem. l. 1. d. 27. a. 1. q. 2. ad 3. p. 1. & l. 1. d. 22. a. 1. q. 4. ad 5. & dist. 26. dub. 4. & d. 28. dub. 1. & d. 31. p. 2. dub. 7. & d. 28. q. 4. & op. declar. term. Theol.
31. Ingenuus dicit non esse ab alio, sed id non sufficit ad notionem: requiritur enim, vt alius sit ab ipso: primum enim convenit essentiæ. l. 1. d. 13. dub. 7. Id intellige, vt sumitur ex vi nominis, vt se declarat. l. 1. d. 27. p. 1. art. 1. q. 2. ad 3. & d. 13. a. 1. q. 4. corp. Ingenuus enim vt dicit dignitatem, & notionem in Patre importat ista duo. lib. 1. distinct. 13. ibid. & distinct. 26. dub. 4. & d. 22. vbi supra & d. 28. dub. 1. & q. 1. corp. & seq.
32. Ingenuus, vel innascibilis, & auctor dicunt eandem notionem, sed differenti modo: innascibilis enim dicit privationem prioris: Auctor autem dicit fecunditatem respectu procedentium ab ipso, quam habet non aliunde. l. 1. d. 13. dub. 4.
33. Ingenuus scriptum per vnum. N. valet idem ac inventus: per duo. N. ingennitus valet ac non genitus, id est verum apud Græcos, non verò apud Latinos: nam scriptum per duo. N. est vox non significativa. l. 1. d. 13. a. 1. quæst. 4. corp.
34. Innascibilitas abstracta origine dicit non ens ab alio, & sic in vnitae hypostasis; sed reducitur ad hypostasim Patris sicut ad principium, ad Filium sicut ad terminum. l. 1. d. 26. art. 1. q. 3. ad 1.
35. Innascibilitas, seu ingenuus quomodo possit abstrahi, seu intelligi absque Paternitate. l. 1. d. 28. dub. 1. & seq.
36. Ingenuus de ratione sui nominis dicit puram negationem: vt est proprietas Patris æterni dicit positionem, & ob id perfectionem maximam, scilicet fontalem plenitudinem, & fecunditatem, primitatem respectu generationis, & spirationis, auctoritatem. libro 1. distinct. 27. art. 1. quæst. 2. ad 3. & distinct. 28. dub. 1.

37. Ingenitus, seu innascibilis cum dici possit de essentia, & de Spiritu Sancto, quomodo sit notio, & proprietates Patris, & importat relationem. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1. & q. 2. & 3.
38. Ingenitus ut convenit Patri dicitur, quod non producitur per generationem, sicque distinguitur à Filio: Item quod non per generationem accipitur, sicque distinguitur ab essentia: Item quod non consequitur generationem, sicque distinguitur à Spiritu Sancto. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1.
39. Innascibilitas, & paternitas qualiter differant à Patre, & quid utraque importet. l. 1. d. 28. a. 1. q. 2. & dub. 1.
40. Innascibilitas privat omnem emanationem passivam: improcessibilitas privat unam solam. l. 1. d. 28. a. 1. q. 3. corp.
41. Innascibilitas est notio Patris propria: improcessibilitas non est notio distincta ab innascibilitate in Patre, nec in Filio à spiratione. l. 1. d. 28. a. 1. q. 3. in corp.  
Vnde si esset propria alterius Personæ, posset argui, quod essent plures Dij. l. 1. d. 31. part. 2. dub. 7.
42. Innascibilitas à Patre non potest communicari alteri, sicut improcessibilitas, & quare. l. 1. d. 28. a. 1. q. 3. ad arg.
43. Improcessibilitas quæ notio sit in Patre, & Filio, & qualiter dicat nobilitatem. l. 1. d. 28. ibid.
44. In divinis pura negatio non distinguitur, cum competat essentiæ: non dicit nobilitatem: hæc enim ponit necessariò aliquid, nec distinguit, quia solum relatio distinguit. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1. corp.
45. Innascibile, & nascibile non opponuntur relativè, sed contrariè, vel contradictoriè. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. ad 3.
46. Relatio solum personalis dat Personæ existere. l. 1. d. 28. q. 2. ad 2. & q. 3. ad arg.
47. Proprietates in Divinis duo importat, scilicet emanationem, & habitudinem, quæ realiter sunt unum, & idem: in ratione intelligendi differunt. l. 1. d. 27. p. 1. a. 1. q. 1. corp. & op. Cent. p. 3. sec. 2.
48. De prædicatione norionum ad invicem. l. 1. d. 33. a. 1. q. 2. 3. & 4.
49. Proprietates in Divinis qualium accidentium prædicationem suscipiunt. l. 1. d. 33. a. 1. q. 2. ad 5.
50. Communicabilitas, & incommunicabilitas in Divinis non sunt oppositæ contradictoriè, sed differunt per habere proprietatem, & non habere. l. 1. d. 34. a. 1. q. 2. ad 7.
51. Iustitia trium Personarum significatur per triplex A, a, a, Hierem. c. 1. lit. a. n. 4.

Appropriata.

1. Appropriata quantum ad id, quod significant à parte rei sunt communia tribus Personis: unde competunt cuilibet Personæ ratione sumpta à parte intellectus nostri: tum etiam ratione ordinis, & originis, quam connotant. lib. 1. d. 33. a. 1. q. 3. & op. Incend. c. 3. V. *Appropriatio*. num. 1. & seq. V. *Christi Incarnatio*. n. 47.
2. Appropriatio est adinventum, ut à communibus deveniatur ad cognitionem propriorum, appropriando communia Personis divinis. l. 1. d. 33. a. 1. q. 3. in fund. & op. declar. term. Theol. & l. 1. d. 31. p. 2. dub. 1.
3. Appropriatio est specialis attributio ratione alicuius conformitatis cum proprio alicuius

- Personæ divinæ. l. 1. d. 34. a. 1. q. 3. ad 1. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & op. declar. term. Theol.
4. Appropriatio attributorum quadruplex assignatur: Prima Patri unitas: Filio veritas: Spiritui Sancto bonitas: secunda Patri æternitas, Filio species, seu imago, & Spiritui Sancto usus: tertia Patri ratio principiandi, Filio ratio exemplandi, Spiritui Sancto ratio finiendi: quarta Patri potentia, Filio Sapientia, & Spiritui Sancto voluntas, seu benevolentia. op. Brev. l. 1. c. 6. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & op. declar. term. Theol. & l. 1. d. 31. p. 2. a. 1. q. 3. & l. 1. d. 31. p. 1. dub. 7. & op. Incend. c. 3.
5. Qualiter in Deo unitas, veritas, & bonitas recognoscantur tanquam conditiones entis nobilissimæ, & generalissimæ non contractæ per supposita. op. Brev. l. 1. c. 6.
6. Appropriata principalia Personarum divinarum sunt potentia, sapientia, & voluntas, de quibus supra. V. *Dei essentia perfectiones*. op. Brev. l. 1. c. 6.
7. Æternitas appropriatum est Patris, importatque caritatem principij. op. Brev. ibid. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & l. 1. d. 31. p. 2. a. 1. q. 3. corp.
8. Æternus dictus absolutè de Deo significat substantiam per modum substantiæ. l. 1. d. 9. dub. 2. & l. 1. d. 24. a. 1. q. 2. ad arg. Hinc non potest dici tres æterni. ibid.
9. Æternitas quantitas non est. l. 1. d. 24. a. 2. q. 1. ad arg.
10. Æternitas non potest prædicari in Divinis de æternitate, sicut sapientia genita de ingenita. l. 1. d. 32. dub. 2.
11. Æternum prædicatum de Deo, si tenetur adiectivè, connotat aliquando temporale: non verò si tenetur substantivè. l. 1. d. 30. q. 1. ad 3. & d. 29. dub. 3. & d. 41. dub. 4. & d. 27. p. 2. q. 2. ad arg. V. *Æternitas*.
12. Appropriata Patri explicantur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & op. Cent. p. 3. sec. 4.  
Patri convenit missio activa, non passiva. lib. 1. d. 15. a. 1. q. 3.  
Quomodo dicitur Patrem per Filium omnia facere. Ps. 103.  
Dicitur Pater omnipotens in symbolo, ut denotetur in ipso esse voluntatem, & potestatem implendi quod promittit. op. diæt. sal. t. 5. c. 3.
13. Dei actiones, quæ connotant effectum in creatura, & simul respectum ad Personam ut mitti, sunt rationales non essentielles. l. 1. d. 15. p. 1. a. 1. q. 3. ad 3.  
Vnde missio passiva est tantum Filij, & Spiritus Sancti. d. 14. & d. 15. per tot. sparsum.
14. Magnitudo appropriatur Patri, pulchritudo Filio, & dispositio Spiritui Sancto. Ps. 103.  
Principium in Divinis quomodo conveniat Patri, Filio, significatque aliàs generationem, processionem, creationem Ps. 109.
15. De Æqualitate divinarum Personarum. l. 1. d. 19. per tot. & d. 20. per tot. Vid. V. *Æqualitas*.
16. Æqualitas quid sit. lib. 1. d. 31. p. 1. quæst. 1. ad arg.
17. Æqualitas est passio quantitatis molis, & virtutis, unde ponitur in Divinis: dicit enim, non solum privationem excedentiæ, sed etiam positionem convenientiæ. l. 1. d. 31. ibid. & d. 19. a. 1. q. 1. corp. p. 1

Y 2

18. Æqua

18. *Æqualitas, & similitudo Personarum divinarum supponit diversitatem suppositorum, non verò naturæ. l. 1. d. 19. ibid. ad 4. Vnde sunt relativa distinctorum. l. 1. d. 31. p. 1. a. 1. q. 2. ad 3.*
19. *Æqualitas qualiter à creaturis transferatur ad Deum. l. 1. d. 19. p. 1. a. 1. q. 1. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 12.*
20. *Æqualitas perfecta in Deo continet unitatem, seu identitatem in substantia, & similitudinem. l. 1. d. 19. p. 1. dub. 1.*
21. *Æqualitas trium Personarum consistit in hoc, quod vna est æternitas, vna magnitudo, & vna potestas. l. 1. d. 19. p. 1. dub. 2. & a. 1. q. 2.*
22. *Licet Spiritus Sanctus non generet, nec spiraret, tamen est æqualis Patri, & Filio, & quare. lib. 1. distinct. 19. part. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3.*
23. *Æqualitas qualiter dicatur secundum conversionem, & circumcessionem in Divinis. l. 1. d. 19. ibid. q. 3. & 4.*
24. *Æqualitas in magnitudine in Divinis qualiter excludat totum sive integrale, sive universale, sive materiale à Deo: nec differentia secundum numerum. lib. 1. distinct. 19. part. 2. art. 1. per tot.*
25. *Æqualitas in potentia in Divinis expenditur. l. 1. d. 20. per tot.*
26. *Licet Pater producat, Filium, & Spiritum Sanctum: tamen sunt æquales in potentia, & quomodo. l. 1. d. 19. a. 1. q. 1. & 2.*
27. *Quis ordo, & prioritas attenditur in Divinis. l. 1. d. 19. a. 2. per tot.*
28. *Æqualitas, & similitudo dicuntur in Divinis secundum relationem principaliter, & ex consequenti secundum substantiam: vnde sunt notiones consequentes distinctionem Personarum. l. 1. d. 31. p. 1. a. 1. q. 2. & 3.*
29. *Imago qualiter ad æqualitatem, & similitudinem in Divinis pertineat, & resultet. lib. 1. distinct. 31. part. 2. dub. 3. & art. 1. quæst. 2. ad 3.*
30. *Imago in Divinis notionaliter dicitur, cum dicat expressionem alterius in unitate naturæ, & respectum ad aliam Personam. l. 1. d. 31. p. 2. quæst. 1.*
31. *Imago creata qualiter ab increata respectu Dei differat. l. 1. d. 31. p. 2. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 6. art. 1. q. 2. & 3.*
32. *Imago propriè est notio solius Filij Dei, quia ab vno tantum procedit: & quia per modum naturæ, & quia consimiliter producit Spiritum Sanctum, ob id exprimit in summo Patrem: dicitur etiam species. l. 1. d. 31. p. 2. art. 1. q. 2. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 6. & l. 3. d. 10. dub. 4.*
33. *Imago propriè non convenit Spiritui Sancto. l. 1. d. 31. ibid.*
34. *Filio Dei qualiter approprietur ratio imaginis speciei, similitudinis, pulchritudinis, exemplaris, & cognitionis. l. 1. d. 31. p. 2. a. 1. q. 3. corp. & ad arg. & l. 1. d. 31. p. 2. art. 1. q. 1. ad 5. & l. 1. d. 18. a. 1. q. 5. ad 4. & lib. 1. d. 27. p. 2. dub. 2. & a. 1. q. 3. corp. & l. 4. d. 43. a. 2. q. 2. corp. Dicitur etiam ars, & liber vitæ, & quare. l. 4. d. 43. ibid.*
35. *Filius Dei non potest dici ad imaginem Dei, sed est imago Dei: ly, enim, ad, importat distantiam inter imaginatum, & imaginantem. op. Comp. Theol. l. 1. c. 6. & lib. 2. d. 16. art. 1.*
- quæstione 2. corp.
36. *Appropriata Filio Dei explicantur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & seq. & op. Cent. p. 3. l. 5. & l. 1. d. 14. dub. 5.*
37. *Missio Filij in carnem quomodo est à tota Trinitate. l. 1. d. 15. a. 1. q. 4. & op. Cent. p. 3. sec. 3. appropriatur Spiritui Sancto. l. 1. d. 15. dub. 5. & op. Comp. Theol. l. 4. cap. 6. vbi agitur de Incarnatione Verbi Dei. c. 6. & seq. est ad illustrandam animam, sicut Spiritus Sancti missio est ad sanctificandam. l. 1. d. 15. a. 1. q. 1. corp. Descendit in terram non localiter, sed per influentiam. op. Comp. Theol. l. 5. c. 1.*
38. *Christus vt homo non dicitur imago, sed ad imaginem factus Dei, vt Deus imago, quia est de eadem substantia Patris. in Pl. 118. n. 73.*
39. *Dei Filius qualiter dicatur speculum, & attingens, & disponens omnia. in Sap. cap. 7. & c. 8. Quare sapientia Dei dicitur mulier. in Luc. c. 15. n. 8.*
40. *Spiritui Sancto appropriantur nomina, quæ actum voluntatis expriment, vt vsus: vt enim est assumere aliquid in facultatem voluntatis ad vtendum, vel ad fruendum. l. 1. d. 31. p. 2. a. 1. quæst. 3.*
41. *Vnde Spiritus Sanctus dicitur amor, concordia unitatis, & æqualitatis, nexus, charitas, donum. op. Comp. Theol. l. 1. c. 8. 9. & 16. & l. 1. d. 31. p. 2. a. 2. q. 3.*
42. *Appropriata Spiritui Sancti explicantur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 26. & seq. & op. Cent. p. 3. sec. 6.*
43. *Missiones temporales Divinarum Personarum sunt notiones. l. 1. d. 15. p. 1. a. 1. q. 3.*
44. *Missio Spiritus S. temporalis, & æterna sunt ab eodem principio: & temporalis facit ad declarationem æternæ. l. 1. d. 14. dub. 1.*
45. *Processio temporalis Spiritus Sancti est à Patre, & Filio non solum vt in obiectum, in quod protenditur (hæc enim est æterna): sed vt in susceptivum, vel habitaculum, in quod recipitur influentia boni gratuiti, hæcque est temporalis. l. 1. d. 14. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. & art. 2. q. 2. & d. 15. dub. 4. & a. 1. q. 1. & 2. Vnde includit emanationem æternam Personæ, & emanationem gratiæ, quæ ex tempore est. l. 1. d. 14. ibid. ad 5. & q. 2. corp.*
46. *Processio temporalis, & æterna non geminant subiectum, sed geminatur ipsa: est enim dictum analogicè de vtraque. l. 1. d. 14. a. 1. q. 2. corp. & ad 4.*
47. *Spiritus S. missio temporalis est in propria Persona simul cum dono gratiæ: ille enim datur vt præmium merenti: istud vt perficiens, per quæ habens habetur, possidet, & possidetur. l. 1. d. 14. a. 2. q. 1. Intellige de gratia sanctificante. l. 1. d. 15. part. 2. a. 1. q. 1. corp.*
48. *Missio convenit & activè, & passivè Filio, & Spiritui S. sed passiva quoad subauctoritatem magis convenit Spiritui Sancto, quoad manifestationem, magis Filio, quia magis evidenter apparuit Filius. l. 1. d. 15. dub. 5.*
49. *Spiritus Sancti missio temporalis in aliquem est ad inhabitandum, ad possidendum vt donum, & ad effectum operandum, qui effectus consistit in dono gratiæ sanctificantis, & gratiæ gratis datæ. lib. 1. dist. 15. p. 2. art. 1. quæst. 1. & d. 14. dub. 2.*



50. Missio filij, & Spiritus Sancti quoad radicem gratiæ est ab utroque, quoad habitus cognitivos est à Filio, quoad affectivos à Spiritu Sancto: quoad effectus consequentes est ab utroque. l. 1. d. 15. p. 2. q. 2. corp.
51. Missio temporalis Filij, & Spiritus S. est uel ad usum tantum, estque per dona gratis data: uel etiam ad fructum, estque per gratiam sanctificantem. l. 1. d. 15. p. 2. a. 1. q. 1.
- In iam habente gratiam sanctificantem, si hæc augetur simpliciter, non dicitur de novo mitti Spiritus Sanctus: si uero augetur per ipsius usum, & ad collationem noui usus, ut fuit in Pentecoste, & fit in confirmatione, tunc denuo mittitur Spiritus Sanctus. lib. 1. d. 15. p. 2. a. 1. q. 3.
52. Missio uisibilis est apparitio, in qua manifestator Persona diuina ut operans, ut inhabitans, ut emanans & quomodo id intelligendum est. l. 1. d. 16. per tot.
- Vbi de apparitione Filij in carne, & Spiritus Sancti in igne, & Columba. op. Brev. p. 1. c. 5.
53. De invisibili apparitione Spiritus Sancti agitur. l. 1. d. 17. ubi de charitate. & d. 18. ubi de donis gratuitis ab ipso prouenientibus.
54. Spiritus Sancti missio, ut est donum, explicatur. l. 1. d. 18. per tot.
55. Deo quomodo appropriatur nomen Patris respectu nostri. in Luc. c. 11. n. 2.
56. Deus dicitur Dominus potentissimus, sapientissimus, opulentissimus, indeficiens, & his modis fuit cum Virgine. op. Spec. B. Virg. c. 8.
1. Distinctio alia est ut res, seu realis, alia rationis. lib. 1. d. 4. dub. 1. & d. 31. p. 1. a. 1. q. 2. ad 3. & d. 19. a. 1. p. 2. q. 4. & l. 1. d. 2. a. 1. q. 1. & l. 2. d. 37. a. 1. q. 3. in arg. & l. 1. d. 25. dub. 3. & l. 1. d. 22. q. 4. corp. & d. 31. p. 1. dub. 2. & d. 34. dub. 1. & l. 2. d. 6. q. 1. & l. 3. d. 6. a. 2. q. 2. in arg. & l. 1. d. 25. dub. 4. & l. 1. d. 9. q. 2. ad ult. & l. 2. d. 1. a. 3. q. ult. corp. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 3. d. 8. dub. 1. & a. 2. q. 2. ad arg. & l. 3. d. 6. a. 1. q. 2. & l. 3. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 2. d. 18. a. 1. q. 3. & lib. 2. d. 1. q. ult. corp. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 2. & l. 2. d. 37. a. 1. q. 2. in arg. & l. 1. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. ad ult. & l. 1. d. 5. q. 1. & lib. 1. d. 28. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 34. q. 1. ad 5. & lib. 1. d. 5. q. 1. ad 1. & l. 1. d. 45. a. 3. q. 1. ad 1. & l. 1. d. 27. q. 3. corp. & l. 1. d. 9. q. 2. ad ult. & l. 1. d. 1. dub. 5. & op. Cent. p. 3. sec. 2. & op. Comp. Theol. lib. 1. c. 13. & l. 3. d. 5. a. 1. q. 1. ad 2.
2. Deus quomodo distinguitur à creatura. l. 1. d. 8. p. 1. dub. 2.
3. Distinctio omnimoda non potest cadere in Deo, & quare. l. 1. d. 4. a. 1. q. 2. corp.
4. In Diuinis quædam uocabula important distinctionem solum: quædam omnimodam unionem, & quædam medio modo. l. 1. d. 4. a. 1. q. 2. corp.
5. Distinctio in Diuinis non potest venire ex diuersitate: hæc enim est in creatura, & repugnat simplicitati, sed venit ex origine, quæ propriè non est diuersitas: sed distinctio, & discretio. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 1. dist. 10. a. 2. q. 2. ad 1. & l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 4. ad 1. & l. 1. d. 24. dub. 1. & a. 1. per tot. & l. 1. dist. 11. dub. 3. Hinc omnis distinctio uel est per originem, uel per materiam. l. 1. d. 7. q. 2. corp. prima est in diuinis: secunda in creatis.
6. Omnis distinctio in Diuinis uel est ut res, uel ut modus. l. 1. d. 4. dub. 1. id est uel in re, uel secundum rationem intelligendi. lib. 1. dist. 7. q. 3. corp. & lib. 1. distinct. 8. part. 1. art. 1. q. 1. ad arg.
7. In Personis qualiter differant proprietates ab invicem existentes in eadem Persona. l. 1. dist. 8. p. 2. a. 1. q. 1. ad 4. Est à parte rei huiusmodi distinctio. ibid.
8. Deus, licet distinguatur ab alijs entibus, tamen non est in genere determinato, quia se ipso distinguitur, non per aliud, ut euenit in creaturis. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 4. & dub. 4.
9. In Deo magnitudo, & bonitas sunt unum, & idem, sed illa significat essentiam diuinam per modum quantitatis: hæc per modum qualitatis: unde distinctio est secundum modum significandi. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 4. Unde distinctio attributorum in Deo est solum secundum modum significandi. l. 1. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 22. a. 1. q. 2. ad ult. sicque in Diuinis alio, & alio est communicabilitas & incommunicabilitas, sed alietate secundum rationem. lib. 1. dist. 19. part. 2. art. 1. q. 2. ad 4. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 2. ad 7. & l. 1. d. 5. a. 1. q. 1. ad 1. & d. 28. a. 1. q. 1. corp. & idem numero, & diuersum in Diuinis non diuidunt sufficienter ens: datur enim medium. lib. 1. dist. 19. p. 2. a. 1. q. 4. ad 5.
10. Qualiter differant generatio actiua, & spiratio passiua. lib. 1. distinct. 13. art. 1. quæst. 3. & alia relationes diuinæ. lib. 1. d. 9. a. 1. q. 2. ad arg.
11. Distinctio realis inter Personas. lib. 1. dist. 9. a. 1. quæst. 2. & l. 1. d. 15. p. 2. quæst. 2. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 1. seq. & l. 3. d. 5. a. 1. q. 1. ad 2.
12. Distinctio qualis inter personalitatem, & essentiam Diuinam. l. 2. distinct. 9. ibid. ad 3. & lib. 1. distinct. 7. art. 1. q. 3. corp. & l. 1. d. 26. a. 1. quæst. 1. ad 6. & lib. 1. distinct. 34. art. 1. q. 1. & 2. & d. 23. a. 1. q. 2.
13. Distinctio numeralis absolute non cadit in Deo absque addito Personarum præter hoc, Trinus, quod inuentum est ad significandam pluralitatem Personarum cum unitate nature: unde non potest dici Deus est triplex ternarius. l. 1. d. 19. p. 2. dub. 2. & 3. & a. 1. q. 4. & l. 1. d. 24. a. 1. per tot. & a. 3. per tot.
14. Distinctio per origines non est in creatis, cum nulla creatura possit alteri totam suam essentiam dare. l. 1. d. 19. p. 2. q. 2. corp.
15. In Deo non recipitur solitudo, singularitas, diuersitas, multiplicitas, diuisio, & separatio: prima excludit communicabilitatem: secunda pluralitatem: alia quatuor important distinctionem nature. l. 1. d. 24. dub. 1. & a. 2. q. 1. & seq.
16. In Deo admittitur alietas, pluralitas, discretio, & distinctio, quæ se habent ut superius, & inferius: respiciuntque Personam. l. 1. d. 24. dub. 1.
17. Distinctio rationis in Deo triplex: prima à parte nostræ apprehensionis solum, sic bonitas, & magnitudo: secunda secundum differentiam attributionis, qua uni aliquid attribuitur, quod non alteri, ut essentia, & Persona, & notio: tertia est secundum pluralitatem distinctionis, quæ licet non sit in natura, tamen est in Personis, estque realis. l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 3. d. 5. a. 1. q. 1. ad 2. & 3. & l. 3. d. 24. a. 1. q. 3. ad 2.
18. Persona diuina refertur se ipsa ad alia, ita tamen quod medium per quod refertur non

est quid diversum ab ipsa: Pater enim est sua paternitas: unde differt aliquo modo proprietates, & essentia. l. 7. d. 26. a. 1. q. 1. ad 6.

19. Differentia fundata in absolutis facit compositionem; non verò in relativis. lib. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad 3.
20. Distinctio ut exercita est inter ea, quæ faciunt verè distinctionem; ut concepta verò inter supponuntur jam distincta, ut est similis, æqualis; sunt enim relativa distinctorum: Pater verò, & Filius sunt distinctiva relatorum. lib. 1. d. 31. p. 1. a. 1. q. 2. ad 3. Vid. *lit.* a. num. 3. Quæ tamen est rationis, quia est ratione unius naturæ. l. 1. ibid.
21. Distinctio rationis destruit contradictionem in eadem re. l. 1. d. 34. a. 1. q. 1. ad 5. & 7.
22. In Divinis alius, & aliud qualem distinctionem importet. lib. 1. d. 9. dub. 1. & lib. 1. d. 26. dub. 3.
23. Divinæ naturæ individualitas, & ratio quo, quod, & qui explicatur. lib. 1. d. 19. p. 2. q. 4. & d. 23. a. 1. q. 3.
24. Distinctio formalis potest esse inter ea, quorum unum prædicatur de altero, quæque invicem non numerantur, cum distinctio numerica proveniat à personalitate, ut Petrus est Musicus. l. 3. d. 6. a. 1. q. 1. corp.
25. Deus habet partim naturam termini communis ob pluralitatem suppositorum: partim discreti ob formam immultiplicabilem. l. 3. d. 7. a. 1. q. 1. ad ult.
26. Divina essentia eo modo est distinguibilis, quo habet proprietates, & è converso. lib. 1. d. 8. p. 1. dub. 1.
27. Deus dicitur multiplex, quatenus est causa multorum. l. 1. d. 19. p. 2. dub. 3.
28. In Divinis aliqua dicunt actionem puram, aliqua relationem puram, aliqua utrumque, & aliqua actionem, & significationem, & quæ sunt communia. in Jo. c. 5. n. 21.
1. De modis prædicandi, & loquendi in Divinis. lib. 1. d. 3. p. 2. dub. 3. & l. 1. d. 4. dub. 1. & seq. & per tot. dist. & d. 5. dub. 1. & seq. & a. 2. per tot. & d. 6. dub. 2. & l. 1. d. 7. a. 1. q. 1. ad 4. & q. 2. ad 1. & l. 1. d. 9. dub. 1. & 2. & 8. & l. 1. d. 10. dub. 3. & d. 11. dub. 3. & q. 2. ad 3. & lib. 1. d. 12. dub. 2. & 4. & l. 1. d. 15. p. 1. a. 1. q. 4. corp. & d. 17. dub. 5. & l. 1. d. 18. dub. 1. & seq. & l. 1. d. 19. p. 2. dub. 2. & expof. tex. & a. 1. per tot. & l. 1. d. 21. per tot. ubi agitur de vi hujus nominis solus. & lib. 1. d. 22. per tot. & lib. 1. d. 23. a. 2. per tot. & d. 24. per tot. & d. 25. per tot. & d. 26. per tot. & d. 27. per tot. & d. 28. per tot. & d. 29. per tot. & l. 1. d. 30. & d. 32. per tot. & d. 33. per tot. & d. 34. dub. 1. 3. & seq. & a. 1. q. 2. & 3. & lib. 1. d. 41. dub. 4. & Comp. Theol. lib. 1. c. 4. & 23. & l. 3. d. 5. art. 1. quæst. 5. & a. 2. per tot. & lib. 3. d. 7. per tot. & d. 8. a. 1. per tot. & op. princ. S. Script. & op. Cent. p. 3. sec. 2. & lib. 3. d. 21. a. 2. q. 3. ad arg.
1. Dei causalitas respectu rerum creaturarum, si consideratur in efficiendo bonum naturæ dicitur dispositio, si in gubernando, seu conservando dicitur providentia: si in tribuendo bonum supra naturam dicitur prædestinatio; si in auferendo, seu privando dicitur reprobatio. l. 1. d. 35. dub. 2. & op. Brev. l. 1. cap. 9. & op. Cent. p. 3. sec. 6. Vid. *Conservatio.* n. 1. Vid. *Ablio Dei.* n. 1. per tot. Vid. *Creatio, & Creatura per tot.*

Item potest comparari ad creaturas, vel in ratione principii causantis, vel sustentantis: primus modus est trium Personarum. 2. est Verbi divini. lib. 3. d. 1. a. 1. q. 2. corp. Deus ostenditur causa prima. ferm. 1. de plur. Mart.

2. Deus Creator est nomen concretum essentiale, dicens ordinem ad substantiam: ob id est commune tribus. lib. 1. d. 29. a. 2. quæst. 2. corp. & ad. 2.
3. Creator importat respectum, & effectum in actu: ob id non potest dici Deus creator ab æterno. lib. 1. d. 30. dub. 1. & a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 36. dub. 1.
4. Creator relationem rationis importat ad creaturam, creatura verò realem ad Deum. l. 1. d. 30. dub. 3. a. 1. q. 3. & l. 1. d. 18. q. 2. ad 3. & d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. & d. 26. a. 1. q. 1. ad 5. & d. 36. dub. 1. & l. 1. d. 19. p. 2. q. 3. ad 2. & lib. 4. d. 46. dub. 5. & lib. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 1. & lib. 1. d. 25. dub. 4. Vid. *Infra.* num. 12.
5. Dei, & creaturæ nulla est convenientia univocationis, sed analogica tantum. l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 2. ad 3. & l. 1. d. 8. p. 2. q. 4. ad 2. & d. 35. a. 1. q. 1. & l. 1. d. 39. a. 2. q. 1. ad 3. & d. 36. dub. 1. & l. 3. d. 1. q. 1. & d. 2. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 3. d. 7. a. 1. q. 1. in arg. & ad 3. & l. 3. d. 9. a. 2. q. 4. ad 1. & l. 2. d. 25. p. 2. dub. 3.
6. Quomodo aliquid sit veritas creaturæ, & similitudo Dei, & è converso. lib. 1. d. 39. art. 2. quæst. 1.
7. Dei creatio activa nihil ponit de uno in Deo: benè autem in creatura. l. 1. d. 30. dub. 3. & q. 3. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 1.
8. Creaturæ in Deo creante quomodo sint. lib. 1. d. 36. a. 2. q. 1. & dub. 1.
9. Deus creando mundum non est mutatus ab otio ad actionem, quia ipse est sua actio. lib. 2. d. 1. a. 1. q. 2. ad 5. & l. 1. d. 30. dub. 3. & l. 1. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. ad 3. & l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 2. ad 5. & a. 3. q. 1.
10. Deus fuit ab æterno causa proxima, & immediata rerum quoad habitum, & dispositionem: quoad actum verò solum in tempore: quia solum in tempore voluntas divina conjuncta est actui. l. 1. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4. V. *Creatura.* n. 6. Unde ab æterno quoad actum non fuit Redemptor, nec Creator. l. 3. d. 19. dub. 5.
11. Deus agendo agit seipso, non media aliqua actione distincta. l. 1. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. ad 3. Est enim suus actus: ob id nihil plus habet, quando agit in aliud, quam quando non. l. 1. d. 42. a. 1. q. 1. ad 3.
12. In Deo non cadit causarum quarumcumque habitudo respectu Dei sui; sed solum respectu creaturarum, remota tamen dependentia. lib. 1. d. 19. p. 2. q. 3. ad 2. Quæ habitudo tamen est tantum rationis: ex parte autem creaturæ in ordine ad Deum est realis. l. 4. d. 46. dub. 5. Vid. *Supra.* n. 4.
13. Deus respectu creaturarum se habet in ratione efficientis, formalis, & finis, & nunquam materialis. l. 2. d. 17. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 36. dub. 1. & l. 3. d. 27. a. 2. q. 1. corp. & op. Itin. ment. cap. 5. & l. 3. d. 27. dub. 1. Intellige formam pro forma exemplari. l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3. & l. 1. d. 6. a. 1. q. 3. corp. & lib. 1. d. 22. q. 1. ad arg. Non enim potest esse forma perfectiva. l. 2. d. 26. q. 2. corp. & l. 3. d. 2. a. 2. q. 2. corp. & d. 5. dub. 2. l. 3. &

De modis Loquendi in Divinis.

Deus in ordine ad creaturas in esse natura

- & d. 14. a. 2. q. 1. ad 1. & l. 3. d. 18. a. 2. q. 2. ad 1. & l. 3. d. 5. dub. 2. & l. 2. d. 17. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 2. ad 6. & in Joan. c. 1. n. 3.
14. In principio creavit Deus cælum, & terram, idest vel ante alia, vel in primo instanti temporis, vel in Filio: per primum eliditur error dicentium Deum creasse mundum mediante intelligentia: per secundum error dicentium mundum esse ab æterno: per tertium error Platoniorum dicentium mundum creatum ex tribus principiis, scilicet, ex Deo, materia & exemplari, seu idea: deinde eliditur error Manichæorum ponentium alium Deum principium Mundi. l. 1. d. 1. dub. 2. p. 1. & a. 1. per tot. & a. 2. per tot. & in Io. c. 1. n. 1.
15. Deus est causa sufficiens, & actualis, sed voluntaria: ob id creavit Mundum, & facit alia secundum exigentiam discretionis, sapientiæ, & congruentiæ. l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 2. ad 4. & a. 2. quæst. 2.
16. Creatio mundi facta sex diebus expenditur ordinatè. l. 2. d. 15. a. 2. q. 2. corp. & l. 2. d. 12. a. 1. q. 2. corp. Creatio corporum luminosorum facta est de luce prima die creata. l. 2. d. 13. dub. 2.
- De creatione Mundi ex nihilo, ex tempore, ab uno principio à Deo tamquam à causa sufficienti, & immediata agitur. l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. & 2. per tot. & p. 2. a. 1. q. 1. & op. Brev. p. 2. c. 1. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 1. & seq.
- In Sex diebus. l. 2. d. 15. a. 2. q. 2. corp. V. *Creatio*. V. *Creatura*. V. *Infrà*. n. 24.
17. Deus fecit res ad suam gloriam manifestandam, & communicandam. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 1. corp. ob id omnia fecit ad nostram utilitatem. l. 2. d. 1. ibid.
18. Deus creat, & generat æquali potentia, sed in creatione intervenit mutatio, non in generatione: in prima enim ly, ex nihilo, dicit ordinem ad non esse, ob id mutationem: & in secunda de substantia Patris dicit identitatem, ob id potest esse semper. lib. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 1. ad 6. & l. 1. d. 7. a. 1. q. 3. & 4.
19. Dei opera necessariò habent quatuor conditiones, scilicet, sunt laudabilia, & ordinabilia ad bonum, acceptabilia, & perfecta, vel perfectibilia. l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 1. corp.
20. Deus non condidit Diabolum originaliter cum innata malitia: imò id asserere est hæreticum. l. 2. d. 3. p. 2. a. 1. q. 1. corp.
21. Deus, licet unum Filium genuerit, non tamen produxit unum solum Angelum, & unam solam creaturam, quia Filius implet potentiam Patris, & perfectè imitatur: sed creaturæ non perfectè exprimunt creationem. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 1. & d. 9. q. 8. ad ult.
22. Deus aliquando facit opera contra naturam: aliquando supra naturam. lib. 2. d. 18. a. 1. q. 2. ad 5.
23. Deus, cum sit optimus, optima facit, loquendo quoad ordinem. l. 2. d. 23. a. 1. q. 1. ad 1. fecit animam bonam bonitate naturæ; sed bonitate moris nec bonam, nec malam. l. 2. d. 32. dub. 5. & l. 2. d. 41. a. 1. q. 1. ad 2. & lib. 3. d. 2. a. 1. q. 1. in arg.
24. Nominis creatio expenditur. l. 2. d. 16. per tot. & d. 17. & 18. & 19. & 30. & in Jo. c. 1. n. 3. & op. Brev. p. 2. cap. 2. Quam conveniens fuerit creatio non solum irrationalium, sed & rationalium creaturarum. op. Brev. p. 7. c. 1.
- Deus non creavit hominem miserum, neque humanam naturam corruptam: sed huiusmodi miseræ supervenerunt ei ob peccatum. l. 2. d. 30. a. 1. q. 1. corp. Omnes homines creavit materialiter, scilicet, fecit ad imaginem suam: modò eos creat formaliter quoad similitudinem. Pl. 118. n. 73.
- Quomodo dicitur requievisse ab universo opere in septima die. in Jo. c. 5. n. 17. & l. 2. d. 15. a. 2. q. 3. corp. & op. Brev. p. 2. c. 2.
25. Animæ creatio expenditur. l. 2. d. 17. per tot. V. *Anima creatio*.
26. Deus creans animas in corpore infecto peccatis, manifestat suæ bonitatis affluentiam. l. 2. d. 32. a. 3. q. 2. ad 6. & lib. 2. d. 18. a. 2. quæst. 3. ad ult.
27. Deus fecit omnia valde bona bonitate naturæ. l. 2. d. 41. a. 1. q. 1. ad 2. Et quia est exemplar æternum, & indivisum produxit tam varias creaturas. op. Apol. paup. resp. 1. c. 2.
28. Deus respectu effectuum, vel est tota causa, vel est concausa cum creatura. l. 1. d. 38. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 14. p. 1. a. 3. q. 1. corp. & l. 1. d. 45. art. 2. q. 2. ad 1. Unde dicitur Deus facere vel creando, vel concreando, vel cooperando. l. 2. d. 37. dub. 2.
29. Deus agendo in aliud, cum si intimè in omnibus, & ejus posse idem quod Deus, agit absque elongatione potentia à substantia, absque dependentia ab objecto, & absque indigentia, non sic agens creatum. l. 1. d. 42. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 37. a. 1. q. 1. & l. 3. d. 6. a. 2. q. 3. ad 1. Unde quoad esse naturæ maximè distat à creatura: quoad influentiam, & sustentationem habet maximam approximationem. lib. 3. d. 6. a. 2. q. 3. ad 1.
30. Deus est causa immediata omnium effectuum creatorum, ita ut agens creatum nihil possit agere absque immediata influentia Dei: dicitur tamen causa mediata respectu diversitatis, virtutis in agendo, & ordinis. l. 1. d. 12. a. 1. q. 2. ad 1. & q. 3. corp. & l. 2. d. 14. p. 1. a. 3. q. 1. corp. & l. 2. d. 28. a. 2. q. 3. & l. 2. d. 37. dub. 2. & a. 1. q. 1. & l. 1. d. 45. dub. 4. & a. 2. q. 2. & op. Cent. p. 3. sec. 6. & l. 1. d. 42. a. 1. q. 2. corp. V. *Creatura*. n. 16. & n. 33. & seq. per tot. ferè. Nec ob id potest dici, quod operatio Dei sit imperfecta: vel opus creaturæ sit superfluum. l. 1. d. 11. q. 1. ad 5. In quo sensu dicitur causa universalis, & particularis. l. 1. d. 35. a. 1. q. 2. ad 3.
31. Deus quare non potest dici causa per accidens respectu cujuscumque effectus realis. l. 1. d. 12. a. 1. q. 3. ad 2. V. *Creatura*. n. 16.
32. Dei concursus ad omnes actiones etiam malas, & conservans res expenditur. l. 2. d. 37. per tot. & l. 2. d. 32. a. 3. q. 2. ad 2. & dub. 5. & lib. 3. d. 33. q. 5. ad arg. & l. 1. d. 46. per tot. & in Io. c. 15. n. 6. V. *Creatura*. n. 56.
- Ejus causalitas qualis ad peccatum. V. *Peccati causa*. n. 1. seq. per tot.
33. Deus non potest facere aliquid, quod in conservari ab ipso non dependeat. l. 2. d. 37. a. 1. q. 2. ad 2.
34. Deus cooperatur naturæ operanti absque virtute, seu habitu infuso, quia agit uniformiter, & juxta, & infrà se: at voluntas creata indiget habitu supernaturali ad operandum supernaturaliter, quia est potentia agens difformiter.

- ter, & suprà se. l. 1. d. 17. p. 1. a. 1. q. 1. ad 5.
35. Dei voluntas est causa, & bonitas ratio cau-  
sandi omnes res. l. 1. d. 45. a. 2. q. 1. & lib. 1. d. 1.  
dub. 13. & 14.
36. Deus ordinatè res condidit quantum ad tem-  
pus, disposuit quantum ad situm, gubernat  
quantum ad influentiam; narrat in Scriptura  
Sacra. op. Cent. p. 3. sec. 11.
37. Deus cum introducit aliquam formam sup-  
plet defectum agentis, vel qualitatum, quæ  
prærequiruntur in susceptibili. l. 3. d. 18. a. 2. q. 1.  
ad ult.
38. Dei operationes respiciunt vel esse naturæ,  
vel gratiæ, vel gloriæ. lib. 3. d. 25. a. 1. quæst. 1.  
ad 4.
39. Deus quare unum Solem, & Lunam non  
plures fecit. l. 4. d. 2. a. 1. q. 2. ad 1.
40. Deus cum sit immobile probatur absque prin-  
cipio: op. Princ. S. Script.
41. Dei dicere est facere, nec facere est quid su-  
peradditum ad dicere. l. 2. d. 37. a. 1. q. 2. ad 1. &  
op. de reduc. arr.  
Quomodo connotat effectum, vel actum intrin-  
secum, vel extrinsecum. lib. 2. d. 13. dub. 3. &  
in Luc. c. 12. n. 18.  
Accipitur pro disponere, pro facere, & pro  
gignere. Pl. 109.
42. Dei actiones quales dicuntur temporales, quæ  
connotant effectum in creatura: Item quales  
notionales, & essentielles. l. 1. d. 15. p. 1. a. 1. q. 2.  
ad 3.
43. Actus divinus qui non reflectitur suprà essen-  
tiam, vel Personam transit ad extra vel actu,  
vel potentia. l. 1. d. 40. a. 1. q. 1. ad 4.
44. Dei perfecta sunt opera quoad esse primum,  
& naturale; non semper quoad esse secundum,  
scilicet, supernaturale, & gratuitum. l. 2. d. 29.  
a. 1. q. 2. ad 3.
45. Dei apparitiones variæ in igne, in fumo, in  
nube, in columba, & aliis modis expendun-  
tur. serm. 1. tom. 3. in Vig. Nativ. & op. Brev.  
p. 1. c. 5. & op. declar. term. Theol. & lib. 2. d. 8.  
p. 1. dub. 1. & lib. 2. d. 10. a. 3. q. 1. ad 7. & l. 3. d. 1.  
dub. 4. & op. Cent. p. 3. sec. 3. eas facit ministe-  
rio Angelorum. l. 2. d. 10. ibid. V. *Dei causalitas  
ad gratiam.* n. 5.  
In quibusnam dicitur apparere. op. Cent. p. 3.  
sec. 3.
46. Deus ut Creator est artifex omnia cognoscens:  
ut Judex est remunerator cognoscens bonum,  
& malum. l. 1. d. 39. a. 1. q. 2. in arg.
47. Dei causalitas, si dicit effectum cum defor-  
mitate, dicitur concurrere ad illud, quod di-  
cit nobilitatem; non ad deformitatem, ut cur-  
rere, ambulare, &c. l. 1. d. 42. a. 1. q. 2.
48. Dei imago, similitudo, & vestigium quomo-  
dò sint in creatura. l. 1. d. 2. dub. 5. & 6.
49. Deus mittit Angelos ad nos, licet id posset  
per se, & quare. l. 2. d. 10. a. 1. q. 1.
50. Deus respiciens ad extra non operatur. lib. 3.  
d. 11. a. 1. q. 2. corp. an necessariò agat. l. 3. d. 20.  
a. 1. q. 1. corp.
51. Divinæ bonitatis est communicare creaturæ  
operationes nobiles prout est apta recipere;  
hinc fecit ut homo concurreret ad reparatio-  
nem, non ad creationem: hæc enim non est  
communicabilis, sicut illa. lib. 3. d. 20. q. 2.  
ad arg.
52. Deus, & natura non faciunt per plura, quod  
potest fieri per pauciora. lib. 4. d. 47. art. 2. q. 1.  
in arg.
53. Quicquid dicit positionem, vel aliquem or-  
dinem ut tale, est à Deo: nullus defectus, vel  
quid inordinatum ut tale, non potest esse à  
Deo. l. 2. d. 37. per tot. & dub. 5.
54. An sit idem dicere res sunt à Deo auctore, &  
à Deo volente. l. 2. d. 37. dub. 5.
55. Deus quomodo est finis totius creaturæ. l. 1.  
d. 1. dub. 15. & l. 2. d. 29. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 43.  
q. 2. ad arg. & l. 1. d. 3. q. 1. ad arg. & op. Brev.  
p. 5. c. 8. & op. Itin. Ment. c. 5. & l. 2. d. 15. a. 2.  
q. 1. & Pl. 124. & in Luc. c. 3. n. 38. & op. de ternar.  
peccat. c. 4. & op. Stim. p. 3. c. 1.
56. Dei opera fiunt vel à solo Deo ut creatio: vel  
per ministerium hominis, ut Sacramenta, vel  
cum Deo, ut opera meritoria. Pl. 104.
57. Deus, & creatura non possunt dici unum ob  
disconvenientiam in natura: licet dicatur cum  
addito unus spiritus, unum corpus. l. 1. d. 31.  
p. 2. a. 2. q. 1. & 2.
58. Deus consideratur ut principium nostræ exi-  
stentiæ, conservationis, & consummationis. in  
Joan. col. 1.  
Item ejus beneficiorum naturalium considera-  
tio proponitur. op. Incend. c. 1.
59. Dei opera creantis, redimentis, & glorifi-  
cantis expenduntur. serm. 1. in Trinit.
60. Deus est forma regulans omnia. op. Itin.  
Ment. c. 2.
61. Deus ad quid fecit animam rationalem. op.  
de reduc. art. ad Theol.
62. Maximè manifestatur Dei sapientia, potentia,  
& bonitas in creatione Angelorum. lib. 2. d. 1.  
p. 2. art. 1. quæst. 1. & 2. Vid. *Angeli productio-  
num.* 2.
1. Dei Providentia est voluntas ratione regulata,  
quia omnia, quæ in universo fiunt irreprehen-  
sibiliter, scilicet, congruè, & aptè fiunt. op.  
declar. term. Theol. & lib. 1. d. 35. dub. 3. A S.  
Damasceno dicitur cura Dei ad res. in Sap. c. 6.  
n. 12. & 14. & lib. 1. d. 41. a. 1. q. 2. corp. & op.  
Brev. l. 1. c. 9. & op. Cent. p. 3. sec. 6. & in Ecclen.  
c. 5. & op. Bibl. paup. c. 2.
2. Providentia in communi sumpta est pars pru-  
dentia, per quam aliquid futurum antequam  
fiat, videtur. op. Cent. p. 3. sec. 41.
3. Dei Providentia dat debitum ordinem in re-  
bus, debitam remunerationem operibus, & de-  
bitam durationem: quod optimè servat Deus.  
in Ecclen. cap. 5. n. 5. & in Sap. c. 14. & op. Brev.  
p. 7. per tot. & serm. 1. in rogar. & in Pl. 3.
4. Quomodo sit verum quod concedens, seu ac-  
cusans Dei providentiam magis peccat, quam  
qui eam negat. in Ecclen. c. 5. n. 5.
5. Providentia Dei connotat actu effectum in  
conservari. lib. 1. d. 35. dub. 3. & lib. 1. d. 41.  
dub. 4.
6. Providentia supponit cognitionem, seu præ-  
scientiam. l. 1. d. 35. dub. 3. & d. 41. dub. 4. Sed  
est actus voluntatis divinæ regulatæ per ratio-  
nem, qua omnia fiunt ordinatissimè. op. Brev.  
p. 1. c. 9. & lib. 1. d. 40. a. 1. q. 2. corp. & ad 1. &  
fund. 2.
7. Quoad gubernationem rerum Deus uno modo  
se habet ad omnes, non quantum ad earum  
productionem. l. 1. d. 46. a. 1. q. 1. ad 4.
8. Deus ita administrat res, ut proprios motus  
finat agere, quantum tamen sua divina provi-  
dentia

Dei Pro-  
viden-  
tia.

dentia exigit l.2.d.7.p.2.dub.5. & l.2.d.32.a.3. q.2. ad 1. Unde cohiber potentiam Dæmonum, ne noceant quantum possunt l.2.d.7.ibid.

9. Dei providentia expenditur in designatione loci peculiaris pro habitatione Dæmonum. l.2.d.6.dub.1.

10. Deus cum disponit aliquid facere, non id facit absolute, sed præsuppositis conditionibus convenientibus. l.3.d.17.a.2.q.1. ad 5.

11. Providentia Dei expenditur in ordinatione mali ad bonum. l.1.d.46.dub.1.& a.1.q.5. & 6. & l.2.d.32.a.3.q.2. ad arg. & l.4.d.14.p.2.a.2.q.1.ad 6. & l.1.d.40.a.4. per tot. ubi de obduratione, ut est pœna ordinata à Deo &c. l.3.d.20.q.5.ad ult.

12. In Divina providentia includitur prædefinitio actuum, & qualis exigit natura, talis actus. l.3.d.17.a.2.q.1.ad 5. & d.40.a.2.q.2. corp. ubi agitur de prædefinitione.

13. Providentia ordinat res universi in finem: ratione ordinationis importat scientiam: ratione directionis in finem est actus voluntatis, appropriaturque bonitati. lib.1.d.40.a.1.q.2. ad 1. & op. Brev. p.2.c.5.

Infima per media ordinat, & reducit ad summa. op. Brev. p.2.c.9.

14. Deus sicut res produxit secundum altitudinem summæ virtutis, sic eas regit secundum rectitudinem veritatis, & perficit secundum plenitudinem bonitatis. op. Brev. p.7.c.1.

15. Dei providentia est mystica scala Jacob. ser.3. fer.2. Pasch.

16. Dei providentia in nos respectu temporalium, & spiritualium bonorum expenditur. serm.2. Dom.14. post Pent. & in Luc. cap.12. n.7. & n.22. & seq. ob id in ea confidendum. ser. de S. Petr. ad vinc. & ser.6.de Apost.

17. Dei providentia quanta in nos in deputatione Angelorum ad nostram custodiam. serm.2. de S. Angel.

18. Dei providentia extenditur ad omnes absque acceptione personarum. lib.1.d.39.dub.6. & d.46.a.1. quæst.1. ad 4. & lib.3.d.32. quæst.3. ad 1.

Non per hoc tamen excluditur ordinata communicatio boni. l.3.d.32.ibid.

19. Divina providentia expenditur in tribulationibus bonorum, & prosperitatibus malorum, & in permissione Principum malorum. in Joan. c.19. n.10.

20. Dei providentia in distinctione, & dispositione rerum expenditur. serm.3. de SS. Angel. Vid. *Homines varia*. n.6.

Dei Prædestinatio, & Reprobatio.

Nomen.

Quid.

1. Prædestinatio, & prædestinatus quale vocabulum sit, & quid ex vi nominis significet. lib.1.d.40.a.2.q.1. ad 4. & l.3.d.7.a.2. per tot. & op. Comp. Theol. l.1.c.30. & seq. & op. Brev. l.1.c.8. De sui ratione dicit causalitatem l.1.d.40.a.1.q.2.in arg. Vid. *Prædestinatio*.

2. Prædestinatio quid sit. l.1.d.40.dub.1. & seq. & a.1.q.1. & 2. & lib.3.d.7. art.2. per tot. & op. Comp. Theol. l.1.c.30. seq. ubi differitur egregie tota materia de prædestinatione, & reprobatione &c.

3. Prædestinatio dicit antecessorem prædestinantem ad prædestinatum: hæcque potest esse destinatio ab æterno vel ad gratiam, vel ad gloriam, vel ad pœnam. l.1.d.40. per tot. maxime q.1. a.1.

Vel dicit præcognitionem, & voluntatem salvandi: quæ voluntas est duplex antecedens, & consequens. l.1.d.46.a.1.q.1.in arg.

4. Prædestinatio importat essentiam divinam, & per consequens potentiam, & voluntatem divinam, ut causam ordinatam gratiæ, & gloriæ: unde principaliter, & formaliter est actus divinæ voluntatis supponens divinam scientiam. l.1.d.40.a.1.q.2.

5. Prædestinatio pro ut respicit potentiam dicitur gratuita præparatio donationis: pro ut respicit scientiam dicitur præscientia beneficiorum Dei pro ut respicit voluntatem est propositum miserendi. l.1.d.40. ibid.

6. In prædestinatione tria intelliguntur, scilicet. propositum æternum: temporalis gratificatio, & æterna glorificatio. l.1.d.41.a.1.q.1.corp.

7. Prædestinatio pro ut dicit præparationem boni convenit homini, Angelis & Christo: pro ut dicit præparationem boni, & liberationem à malo proprie est hominis, estque propositum miserendi. l.1.d.40.dub.2.

8. Prædestinatio claudit in se scientiam divinam, beneplacitum voluntatis, & dispositionem voluntatis: primum habet rationem causæ formalis: secundum efficientis: tertium finalis. l.1.d.40.dub.7. scientia disponit: voluntas causat gratiam, & gloriam, & potentia exequitur in finem. l.1.d.40.a.1.q.2.corp.

9. Prædestinatio est causa tota gratiæ, sed non tota salutis, quia requiritur ad hoc etiam concursus voluntatis cooperantis, & disponentis. l.1.d.40.dub.7. & a.2.q.1.

10. Prædestinatio habet in se rationem causæ universalis, quia ad multa se extendit, non tamen est insufficientis ex se, sicut sunt causæ universales: Item causæ particularis, quia est sufficiens ad singulos effectus absque limitatione tamen: Item causæ necessariæ ob immutabilitatem absque inevitabilitate tamen: Item causæ contingentis ob libertatem arbitrii absque vertibilitate tamen. l.1.d.40.dub.7. & a.2.q.1.

11. Prædestinatio est causa non semper in actu, bene autem in habitu: multi enim sunt prædestinati, qui actu sunt mali: in futuro tamen erunt boni: unde hoc bonum habituale, quod prædestinatio, possit in prædestinato, præponendum est gratiæ, quæ est secundum præsentem justitiam: actu enim aliquando sunt boni, qui erunt postea mali. l.1.d.40.dub.8.

12. Prædestinatio ex principali significato importat divinam essentiam, ex connotato quid creatum, scilicet, gratiam, gloriam, & personam salvandam; & quia importat essentialiter antecessorem ex parte Dei, hinc est quid æternum, non temporale. l.1.d.40.a.1.q.1.corp.

13. Prædestinatio qualem relationem in potentia, & in actu, qualem actionem secundum modum, qualem ordinem ad prædestinatum, & qualem præparationem importet; & an respondeat aliquid ad extra. lib.1.d.40.a.1.q.1. ad arg.

14. Prædestinatio claudit in se operationem intellectus; & voluntas se habet per modum differentiæ, & complementi, hinc principaliter est actus voluntatis. lib.1.d.40.a.1.q.2. & dub.3.

Probabilem tamen existimat S. Doctor aliam opinionem. l.1.d.40.a.1.q.2. ad 2.

15. Præ

15. Prædestinatio non infert necessitatem consequentis, sed tantum consequentiæ, & quomodo cum ea salvetur libertas arbitrii, & prædestinatus possit fieri præscitus. l.1. d.40. a.2. q.1. & 2. & dub.4. & 5. & op. Brev. l.1. c.8. & op. Comp. Theol. l.1. c.32.
16. Prædestinatio, ut est causa gratiæ non infert necessitatem, quia concurrir ut concausa, & secundum quod se determinat liberum arbitrium; quatenus verò includit necessitatem, quia præscientia est certa, & infallibilis. lib.1. d.40. a.2. q.1. ad 1.
17. S. Bonaventura docet prædestinationem esse veluti causam universalem gratiæ. lib.1. d.40. dub.7. & a.2. q.1. corp. Ex quo deducitur, quod cum gratia efficax sit causa non universalis, sed particularis in opinione Seraph. Doctoris, gratiam fieri efficacem ex cooperatione voluntatis, & prædestinationem importare causalitatem, seu præparationem solum gratiæ sufficientis. l.1. ibid.
18. S. Bonaventura, quia docet præscientiam divinam includere liberum arbitrium, & veritabilitatem, & totam quod poterat facere ex opposito. l.1. d.40. a.2. q.1. corp. & ad 4. Hinc deduco, quod ipse admittit scientiam conditionatorum, seu mediam.
19. Prædestinatio in prædestinatione, licet à parte Dei ponat infallibilitatem, immutabilitatem, certitudinem; tamen à parte effectus nullam ponit necessitatem, cum eventus nostræ salutis dependeat à nostra libertate. l.1. d.40. a.2. q.2. & l.2. d.25. p.2. quæst.4. corp. & quæst.5. corp. & ad 4.
20. Prædestinatio non est sine meritis nostris, idè salus est non solum ex parte Dei, sed à parte nostri etiam. l.1. d.40. a.2. q.2. ad arg. & l.3. d.17. a.2. q.1. ad 5.
21. Quomodo sit verum, quando alius possit accipere coronam salva infallibilitate divinæ præscientiæ. l.1. d.40. a.2. q.2. ad 1.
22. Certitudo prædestinationis non est necessitatis, sed infallibilitatis. lib.1. d.40. art.2. q.2. ad 5.  
Unde necessariò infert salutem, non tamen efficit. l.1. d.40. a.2. q.1. ad 1. & ad arg.
23. An possit plures, vel pauciores prædestinati, quam sint. l.1. d.40. a.2. q.2. ad arg.
24. Prædestinatio ordinariè non revelatur, ut per hoc ingeratur timor bonis, & evitetur tumor, & torpor. l.1. d.40. ibid. ad 1.
25. S. Bonaventura respondet argumento, si sum prædestinatus, ergo frustra laboro. lib.1. d.40. a.2. q.2. ad 6. adfertque exemplum pulcherrimum. ibid. ad 1. aliud exemplum explicans quomodo prævisio Dei sit certa, & infallibilis, & tamen servatur libertas in prædestinato.
26. Necessitas quæ inest prædestinationi est non per rationem causalitatis, sed præcognitionis Dei, quæ est concursus rei: certa quia independens à præcognito, sed proveniens à charitate, æterna, & infallibili, quia totum posse præsciti circumplectitur. lib.1. d.40. art.2. quæst.1. ad arg.
27. Prædestinatio, & electio secundum affectum dilectionis sunt unum, & idem: electio verò, quæ importat effectum finalis gratificationis est signum infallibile prædestinationis. lib.1. d.40. a.3. q.2. corp. & in Ecclen. cap.7.
28. Unde electio alia est, quæ dicit solum dilectionem cum discretionè: alia, quæ importat dilectionem cum discretionè præcedente, deliberatione, & inquisitione: prima est in Deo: secunda in creatura: prima est voluntatis consequentis, quia diligit omnes salvandos. lib.1. d.40. a.3. q.1.
29. Voluntas, quia vult omnes salvos fieri non est propriè electio, potest dici prædestinatio inchoata & per modum dispositionis tantum: est enim cum discretionè solum salvandorum. l.2. d.40. ibid. ad 2. & ad 5. Unde in Deo respectu nostri recognoscitur voluntas absoluta, & conditionata. l.1. d.46. a.1. q.1.
30. Qualis electio fuisset in statu innocentiae, & quomodo differens ab electione, qua nunc eligit Deus bonos à malis. lib.1. d.40. ibid. ad 3.
31. Electio ad gloriam non est temporalis, sed æterna. l.1. d.40. a.3. q.1. potest etiam dici temporalis, quatenus exit in actum exteriorem per vocationem. l.1. d.40. ibid. ad 6.
32. Prædestinatio differt ab electione & vocatione: quod prima dicit actum anteriorem, nec habet rationem iniciandi: secunda dicit actum interiorem: tertia dicit exteriorem: prima est purè æterna: secunda propriè est æterna, aliquantulum temporalis: tertia est purè temporalis. lib.1. d.40. art.3. quæst.1. ad 6. & quæst.2. ad 1.
33. Prædestinatio, propositum, & electio sic differunt, quod propositum dicit voluntatem faciendi aliquid: prædestinatio addit conceptionem ordinis, & directionis in finem: & electio addit discretionem à malis. lib.1. d.40. a.3. q.2. ad 2.
34. Prædestinatio, quia est actus voluntatis, & cum sit duplex, scilicet, antecedens, & consequens: prima est qua vult omnes salvos fieri: secunda est tantum salvandorum: ob id potest dici quod prima est prædestinatio inchoata, quæque ponit effectum in potentia tantum: secunda completa. l.1. d.40. a.3. q.1. ad 2. & 5. & l.1. d.41. a.1. q.1. ad 2. & d.46. a.1. q.1. per tot. & l.1. d.47. dub.1.
35. Deus prædestinat quantum est de se, idest voluntate antecedente omnes: idè omnibus præparat gratiam, & auxilia necessaria. lib.1. d.40. a.3. q.1. ad 2. & 6. & a.2. q.2. ad 6. & l.1. d.46. a.1. q.1.  
Unde dum proponit dare gratiam, & gloriam præparat, dicitur prædestinare. l.1. d.46. ibid. in arg. Dedit semper in omni statu, & tempore auxilia sufficientia ad salutem. l.3. d.25. a.1. q.2. & d.29. q.5. ad 1.
36. Prædestinatio ut sic absque addito claudit in se intellectum gratiæ, & gloriæ: cum addito exteriore, ut iste est prædestinatus, retinet tantum rationem principalis significati, scilicet prævisionem. l.3. d.7. a.2. q.2. ad 1.
37. Prædestinatio alia secundum præsentem justitiam: alia secundum finalem: hoc est indelebile de libro vitæ. l.3. d.31. dub.2. & l.1. d.40. a.2. q.2. ad 1. & a.3. q.2. ad 1. sic & Reprobatio. in Ecclen. n.7.
38. Prædestinatio quomodo dicitur liber vitæ. l.1. d.43. a.2. q.1. & seq. & in Luc. cap.10. n.20. Vid. Liber.
39. Præ

Scientia  
conditio-  
natorum.

le 110.E

39. Prædestinatio claudit in se rationem causæ formalis, efficientis, & finalis. l.1. d.40. dub.7. Unde comparata gratia ad suum principium, alia est prædestinationis, alia vocationis, alia justificationis, alia magnificationis: prima actu Deus gratiam præparat: secunda offert: tertia confert: quarta complet. lib. 2. d. 27. dub.1.
40. Sensus hujus propositionis homini facienti quod in se est, non denegat Deus gratiam. op. de resur. à peccato. Vid. *Dei causalitas ad gratiam*. n.33.
41. Prædestinatio ex parte prædestinati tria importat, scilicet, quod, per quod, & ad quod: primum est homo prædestinatus: secundum est gratia: tertium est gloria. l.1. d.40. dub.1. & a.3. q.2. ad 3. & l.1. d.48. a.2. q.1. ad 5.
42. Prædestinatio, & reprobatio quantum ad principale significatum, scilicet, ex parte Dei, nullum habent meritum, vel demeritum: quoad connotatum prædestinatio cadit sub merito congrui, & reprobatio sub merito condigni. l.1. d.41. a.1. q.1. corp.
43. Prædestinatio quomodo possit juvari orationibus Sanctorum. lib.1. ibid. & ad 4.
44. Non est idem esse prædestinatum, & perseverare finaliter in gratia: sunt tamen convertibilia: quorum secundum potest cadere sub merito: non primum. l.1. d.41. a.1. q.1. ad 5.
45. Prædestinatio, & reprobatio in Deo non habent aliam causam, quam ipsam voluntatem Dei: respectu vero voliti habent aliquam congruentiam, quæ nobis est ignota. l.1. d.41. a.1. q.2. Nota hic Seraphi. Doct. loqui præcipue de prædestinatione totali, scilicet ad gratiam, nam ad gloriam supponit causam meritoriam de condigno. ibid. lib.1. d.41. art.1. q.1. corp. & ad 6.
- Deduco ego hanc rationem in particulari esse cooperationem liberi arbitrij ad gratiam excitantem. ex lib.1. d.41. a.1. q.1. corp. & q.2. corp. & q.2. ad 6. & in fund. & l.1. d.48. a.2. q.1. ad 4. & 5. & l.2. d.7. p.1. a.1. q.1. corp. & q.2. in arg. & l.4. d.14. p.1. a.2. q.2. & l.2. d.29. a.1. q.2. ad 6. & lib.4. d.16. p.2. a.2. q.3. in arg. & lib.2. d.28. dub.2.
46. Prædestinatio ad gratiam primam aliquando est absque præparatione, & cooperatione, ut in Paulo, & in sanctificatis ex utero. l.1. d.41. a.1. q.2. corp. Vid. *suprà*. n.45.
47. Gratia ordinatur ad merendum Deum ut glorificantem, non ut prædestinantem: ob id non ad primam gratiam, sed ad gloriam ordinatur meritum. l.1. d.41. ibid. q.1. ad 6.
48. Gratia est effectus, prædestinationis. ibid. in arg.
49. Dei odium est quoad effectum, non affectum: primum non est ex meritis, sed secundum. lib.1. d.41. a.1. q.1. ad 2.
50. Reprobatio importat odium æternum, obdurationem temporalem, & damnationem æternam. l.1. d.40. a.1. q.1. ad 2.
51. Prædestinatis, & reprobis omnia erunt nota: illis ad lætitiã, istis ad pœnam. l.4. d.43. a.2. q.1. ad arg.
52. Ille est prædestinatus: Ille est præscitus: sensus harum propositionum est hujusmodi: Ille est à Deo præcognitus, & per Dei gratiam salvabitur: Ille est præcognitus, & per suam culpam damnabitur. l.1. d.40. a.2. q.1. ad arg.
53. Prædestinatus potest fieri præscitus quomodo sit verum. l.1. d.46. dub.4. & 5. & a.3. q.1. ad arg. Et quomodo possit augeri, vel diminui numerus prædestinatorum, & Reproborum. l.1. d.40. a.2. q.2. ad arg.
54. Prædestinatio de Christo quomodo dicatur. l.3. d.11. a.1. per tot. V. *Christus*.
55. Reprobatio negativa, seu subtractio gratiæ, ad quam sequitur damnatio, habet causam in reprobo. op. Comp. Theol. l.1. c.33.
56. Reprobis in tempore Deus confert gratiam antecedentem non futura peccata, sed idoneitatem præsentem, in quo commendatur divina largitas, & sapientia, & arguitur hominis ingratitude. l.2. d.29. a.2. q.1. ad 1.
57. Deus non facit injustè respectu parvulorum decedentium ante Baptismum, & quomodo. l.2. d.32. a.3. q.2. ad ult.
58. Deus nos fecit non ad puniendum quoad voluntatem antecedentem. l.1. d.47. dub.1.
59. Dei permissio est voluntas signi, seu signum quod velit, non illud quod permittitur, sed id quod elicitur ex illo. l.1. d.47. dub.2.
60. Dei judicia dicuntur dupliciter: uno modo judicativa præcepta, quæ erant in lege: alio modo divina dispositio, & divini consilii definitio, & ista sunt incomprehensibilia remotæ relatione. l.4. d.46. dub.4. Hæcque alia, quæ reprobos damnant: alia, quæ electos justificant; alia quæ justificatos beatificant. Ps. 118. num.22.
- Judicia Dei dicuntur justa, & quomodo timenda. Ps. 118. c.3. v.7. & v.11. & c.7. v.4. & c.9. v.9. & v.16. & c.10. v.7. & v.16. & c.11. v.8. & 9. & 12. & in Ecclen. c.9. & in Sap. c.1. & in Luc. c.13. n.2. & seq. & ser.2. Dom.9. post Pent.
61. Deus quomodo dicitur obdurare. l.1. d.40. a.1. q.1. & 2. & Ps. 94. & in Io. c.12. n.40.
62. Dei electi dicuntur jure creationis, conservationis, redemptionis, & prælectionis. in Jo. c.17. n.10.
63. Prædestinatorum signum distinguens à reprobis est character gratiæ, & virtutis. op. diæt. sal. tom.5. c.1.
64. Tentationes circa prædestinationem, & reprobationem quomodo reprimendæ. op. stim. p.3. c.13.
1. Deus solus est causa efficiens gratiæ licet possit esse ab agente creato, sicut à ministrante Sacramento, vel annuntiante documenta salutaria: vel ab impetrante per orationem, seu per bona opera. l.1. d.14. a.2. q.2. & l.4. d.5. a.3. q.1. & l.2. d.26. q.2. dub.2.
- Unde gratia est à Deo ut præsentem animæ, ut influente, & ut intimè operante, & medullas affectionum penetrante. lib.2. d.8. p.2. q.2. ad ult. Vid. V. *Gratia*.
2. Nullum agens creatum potest in formam deiformem, sed solus Deus. l.1. d.14. ibid.
3. Dei diffusio ad extra est effectus bonitatis suæ, & actio communis toti Trinitati. l.1. d.19. p.1. a.1. q.2. ad 3. & ser.2. in oct. Pasch.
4. Deus dicitur esse specialiter in sanctis per gratiam inhabitantem, quia ipsi conformantur, & chari, & similes fiunt Deo, & de his dicitur Prov. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. l.1. d.21. dub.2.

5. Deus cum infundit gratiam habitualement animæ, etiam in ipsa inhabitat tamquam in proprio domicilio, & anima habet facultatem fruendi ipsi Deo l.1.d.14. a.2. q.1. & l.1.d.15. dub.3. & l.3.d.1. q.2. ad 4. & l.2.d.29.a.1. q.1. & op. Brev. p.1. c.5. & op. Cent. p.3. sec.3. & l.2.d.11.a.1. q.2. ad 5.  
Ejus habitatio quomodo differat ab apparitione, descensione, & missione. op. declar. term. Theol. V. *Habitare*, n.1.
6. Spiritus sanctus tripliciter sanctificare dicitur animam: primo de non sancto sanctum facere: secundo jam sanctum confirmare in sanctitate: 3. talem manifestare. l.1.d.14. dub.2.
7. Quomodo in collatione gratiæ tota Trinitas fiat præsens animæ, cui absens erat existenti in peccato. l.1.d.15. p.1. q.1. in arg.  
Unde cum illabatur animæ, in eam ingreditur quantum ab substantiam: cum verò eam reficit per gratiam, vel per Eucharistiam dicitur in mentem ire, & etiam per Eucharistiam in veritatem per præsentiam corporalem. lib.4. d.13. a.2. q.2.
8. Deus cum confert gratiam animæ, tunc eam acceptat in sponsam, in filiam, & in templum. l.2.d.29.a.1. q.1.
9. Deus potest facere animam, quæ absque munere superaddito gratiæ sit ei grata, sed tunc natura esset donum gratiæ, quod esset impossibile ex parte creaturæ, cum donum gratiæ sit ultra terminos naturæ. l.1.d.29.a.1. q.1. ad 6. & q.2. ad 5.
10. Deus non acceptat hominem propter opera, nec aliquod meritum: potest obligare eum sub ratione dati, & accepti: hinc necesse est ut præcedat in homine gratia. lib.2. d.29.a.1. q.2.  
Unde ibi relucet propriè misericordia, justitia verò largissimè sumpta. l.4. d.46. a.2. q.3. ad 3. & 4.
11. Deus cum acceptat aliquem in amicum, confert ei gratiam sanctificantem, nec absque gratia potest verè, & propriè dici amicus. lib.2. d.29.a.2. q.1. ad 5. & l.2.d.28.a.1. q.3. ad 3.
12. Deus semper præstò est, & promptus ad dandam gratiam, cum se offert tempus, & locus. l.2. d.29.a.1. q.2. ad 5. & ser.1. fer.2. Pent. fer.1. fer.4. Pent. Unde dicitur Sol emittens radios ad corda peccatorum. serm.1. Dom.4. post oct. Pasch. & ser.2. ibid. Vocat omnes absque acceptione personarum. lib.1. d.39. dub.6. & l.1. d.46. q.1. & l.3. d.29. q.5. ad 1. V. *Infra*. n.30.
13. Deus in conferendo gratiam futura peccata non attendit, sed idoneitatem præsentem: ob id confert gratiam præscitis, in quo commendatur ipsius largitas, & sapientia, & arguitur hominis ingratitude. l.2. d.29.a.2. q.1. ad 1.
14. Deum decet de malo elicere majus bonum, eo quod inesset absque tali malo: unde ex peccato Adam majora bona contulit homini, quàm contulisset in statu innocentia. lib.2. d.29. a.3. q.2. corp. Vid. *infra*. n.28.
15. Deus non concurrit gratia excitante ad opera indifferentia, nec ad mala, sed tantum ad opera bona. l.2. d.37.a.1. q.1. ad ult.
16. Deus in quo sensu dicitur dare gratiam sine mensura. l.3. d.13. dub.2.
17. Deus quare nobis voluit dare gloriam per impletionem mandatorum, quàm sine ipsa. l.3. d.37.a.1. q.1. ad 4.
18. Deus tribuit gratiam necessariam ad mandatorum observantiam. l.3. d.37. a.1. q.1. ad 1.
19. Divina nobis proveniunt à Patre per Filium, & Spiritum Sanctum: Pater enim Filium in pretium, & Spiritum Sanctum in privilegium redemptionis. l.3. d.10. a.2. q.2. corp.
20. Spiritus Sanctus non dicitur datus, nisi etiam sit acceptus: ob id datur tantum habentibus sanctitatem, gratiam. l.1. d.18. dub.5.
21. Quædam sunt quæ numquam dantur cum Spiritu Sancto, ut timor servilis: quædam semper cum Spiritu sancto, ut charitas: quædam aliquando sic, & aliquando non, ut prophetia: sed omnia causaliter sunt à Spiritu sancto. l.1. d.18. a.1. q.1. corp. & lib.4. d.14. p.1. a.1. q.2. ad 5.
22. Spiritus sancti effectus est gratia pœnitentialis, quæ ex parte medici respicit misericordiam, & justitiam: ex parte ægroti respicit detestationem, & propositum: ex parte ministri veritatem doctrinæ, & sanctitatem gratiæ. l.2. d.43. a.3. q.1. corp. p.1. & a.2. q.1.
23. Qualis ordo servetur à Deo in vocando ad pœnitentiam, & conferendo gratiam. l.2. d.28. a.2. q.1. ad 1. & l.4. d.17. p.1. a.2. q.1. & l.4. d.14. p.1. a.1. q.2. & op. Brev. p.5. c.3.
24. Deus semper providit remedia necessaria ad salutem. l.3. d.1. a.2. q.4. ad 4.
25. Deus quare uni peccatori majora beneficia facit, quàm alteri, non est à nobis quærendum. op. Brev. p.1. c.9.
26. Deus est vita animæ nostræ, & quomodo l.4. d.17. p.1. dub.3. & Pl. 118. c.3. v.8. & in Jo. c.5. n.27. Quomodo differat vita corporis à vita animæ. l.4. d.17. ibid. & serm.1. & seq. Dom.15. post Pent.
27. Deus vocat peccatores ad pœnitentiam: conversos ad opera justitiæ: & perfectos ad majorem perfectionem. serm.1. in Septuag. Vocatio multiplex. serm.1. Dom.8. post Pent. & serm.1. de uno Confes. & l.1. d.46. dub.3. & Pl. 43.
28. Quomodo Deus facit malum cooperari in bonum hominis. l.1. d.46. ibid. & l.3. d.20. q.6. ad ult. V. *Suprà*. n.14.
29. Deus trahens peccatorem ad pœnitentiam, non tollit ei libertatem. lib.4. d.17. p.1. a.1. q.2. ad 2.
30. Vocat omnes. Pl. 118. n.49. & l.1. d.39. dub.6. & l.1. d.46. q.1. & l.3. d.29. q.1. ad 1. V. *Suprà*. n.12. V. *Infra*. n.66: & 79.
31. Solus Deus dicitur justificare, scilicet effectivè: formaliter enim fit à gratia expellendo culpam, & dando rectitudinem justitiæ. l.3. d.40. a.1. q.1. corp. & l.4. d.17. p.1. a.1. q.1. ad 1. V. *Justificatio*. Unde justificatio respicit & causam efficientem, & formalem, scilicet materiam subjectam: non sic creare, quod non respicit materiam præjacentem. l.4. d.17. p.1. a.1. q.1. ad 2.
32. Sensus hujus propositionis qualis sit, qui fecit te sine te, non justificabit te sine te. l.4. d.17. p.1. a.1. q.2. per tot. & l.4. d.14. p.1. a.2. q.2. corp. & op. Brev. l.1. c.3.
33. Sensus hujus propositionis: si facit homo quod in se est etiam existens in peccato mortali, Deus facit quod in se est, vel Deus non denegat gratiam. l.4. d.16. p.2. a.2. q.1. in arg. & l.4. d.17. p.1. a.2. q.3. corp. & l.4. d.15. p.1. a.1. q.2. ad 1. & q.3. & 5. & op. de Resur. à peccato.



34. Deus potest delere culpam absque gratia, tamen justificatio est per gratiam: est enim actus gratiæ, vel status. l.4.d.17.p.1.a.1.q.1.ad 5.
35. Ad justificationem requiritur motus liberi arbitrii, qui est motus fidei per quem consentit gratiæ. l.4.d.17.p.1.a.1.q.2. Hæc enim quatuor ad justificationem requiruntur, scilicet motus liberi arbitrii, gratiæ infusio, contritio, & peccati expulsio: 1. & 3. sunt ab anima mediante gratia, & 2. & 4. à deo. l.4.d.17.ibid. q.3.corp.& q.4.& a.2.q.3.corp.& l.2.dist.4. a.1. q.2.ad 4.& l.2.d.5.a.3.q.2.corp.& l.2.d.7. p.1. a.1.q.1.corp.
36. Deus quantum est de se semper est paratus justificare hominem. l.1.d.17.ibid.q.2.in arg.
37. In justificatione gratia commovet rationem, conturbat voluntatem per contritionem, & sanat per peccati expulsionem. l.4.d.17.p.1.a.1.q.3.corp.
38. Justificatio præcisè fit à deo mediante infusione gratiæ: unde ut sic non est necessaria confessio peccatorum: est tamen necessaria necessitate præcepti vel in re, vel in voto. lib.4. d.17. p.1.a.1.q.4. est tamen necessaria pœnitentia, virtus. l.4.ibid.ad 6.
39. In justificatione concurrens timor servilis ut præparatio contra actionem malam peccati: dolor ut infusio justitiæ contra maculam, & charitatis ardor contra sequelam peccati. l.4.d.17.p.1.a.1.q.3.ad 1. Item voluntas confitendi peccati est dispositio congrua. l.4.d.17. ibid. q.4. ad 2.
40. Detestatio peccati quare exigitur in justificatione. l.4.d.17.p.1.a.1.q.3.ad 3.
41. Justificatio ordo talis est: 1. gratia infunditur: 2. peccatum expellitur: 3. subjectum perficitur, scilicet anima. l.4.d.17.p.1.a.2. q.1. & op. Comp. Theol. l.6.c.33. & op. Brev. p.5.c.3. & l.2. d.7.p.1.a.1.q.1.corp.
42. Justificatio fit à deo secundum misericordiam, & veritatem: unde non omnino fit secundum potentiam agentis, sed secundum congruentiam recipientis, ob id requiritur dispositio. l.4.d.1.p.1.a.1.q.1.ad 2.
43. Justificatio est majus opus, quàm creatio: hæc enim, exigit potentiam ad disponendum, & informandum, sed tantum ad efficiendum: at justificatio requirit ista tria: est enim alicujus entis melioratio. l.4.d.1.p.1.a.1.q.1. ad 1. & l.4.d.10.p.2.a.1.q.1.ad 1. & Pf. 87.
44. Ad justificationem requiritur, quod deus infundat donum gratiæ gratis datæ, & gratum facientis: secunda prævenit opus, faciens prius voluntatem justam. l.4. d.15. p.2. dub.1. & l.2. d.7.p.1.a.1.q.1.
45. Ad justificationem à deo proveniente effectivè requiritur dispositio in anima, quæ debet à parte cognitionis oriri, scilicet divinæ bonitatis, & justitiæ offensæ, ex quo oritur timor: cognitio item bonitatis Dei parati semper remittere, ex quo oritur spes remissionis, hinc voluntas revertendi, & satisfaciendi deo: sicque facit quod in se est. l.4.d.14.p.1.a.1.q.2.corp.
46. Deus per misericordiam remittit offensam dando gratiam, sed satisfactionem exigit de ipso damno, quod intulit sibi peccator per culpam deformando imaginem. l.4.d.15.p.1. art.1. q.1.ad arg.& l.4.d.18.p.1.a.2.q.2.corp.
47. Deus quando justificat peccatorem servat hunc ordinem: 1. excitatur anima per gratiam gratis datam, & revocatur à malo: 2. voluntas consentiens fit tali excitationi: 3. ut conformet se expulsionem culpæ per contritionem, & introductionem gratiæ per motum complacentiæ, & statim deus infundit gratiam justificantem. op. Brev. p.5.c.3. & Pf. 17.
48. Deus tripliciter dicitur loqui nobis: aut per aliquod signum auribus exterioribus oblatum; aut per aliquod signum in interiori sensu, vel imaginatione formatum: vel per aliquod inspirationis verbum instillatum mentibus, hæcque potius videtur, quàm auditur. l.2. d.10.a.3.q.1. & 2. corp. primis duobus modis loquitur ministerio Angelorum: 3. modo autem semper per semetipsum id facit. ibid.
49. Hinc deus dicitur loqui nobis per Angelum multipliciter. l.2.d.10.ibid.
50. Deus alloquitur nobis: 1. arguendo, & comminando: 2. docendo: 3. suadendo: 4. promittendo: 5. consolando familiariter susurrando. op. de 7. Itin. itin. 1. d. 3. Effectus alloquutionis Dei quales. Pfal. 118. c. 1. v. 11. & Pf. 118. c. 4. v. 10. & c. 5. v. 12.
51. Dei alloquutiones multiplices, & inspirationes expenduntur, & qualiter à falsis discernendæ. op. Itin. æter. itin. 2. d. 3. & seq. & Pf. 84. 98. & 103. Creaturæ alloquutiones ad Deum. Pf. 98. 102. & 103. & Pf. 118. c. 3. v. 6.
52. Deus quando alloquitur, quot modis auditur: imò videtur. lib. 2. d. 10. a. 3. q. 2. & op. de 7. Itin. ætern. itin. 2. d. 3. & 4. & Pfal. 1. & Pfal. 11. & Pf. 70. & 118. c. 3. v. 9. & 10. & c. 4. v. 2.
53. Dei visio in bonos, & malos in hac vita, & altera per gratiam, & pœnam expenditur. ser. 2. Dom. 2. post oct. Pasch.
54. Dei est maxima gloria justificare impium. l. 1. d. 14. art. 2. q. 2. in arg.
55. Deus quomodo dicitur causa obdurationis peccatoris. l. 1. d. 40. a. 4. q. 1. & 2.
56. Deus habet signa iræ, non iram. lib. 1. dist. 45. dub. 10.
57. Deus quare apparuit aliquando in forma corporali. l. 2. d. 8. p. 1. dub. 1. id facit Ministerio Angelorum. l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. ad 7.
58. Deus solus potest immittere cogitationes animæ: Diabolus verò suggerere. l. 2. d. 8. p. 2. q. 4.
59. Deus magis infundit revelationes in somnis, quàm in vigilia, & quare. l. 2. d. 25. p. 2. quæst. 6. ad 5.
60. Deus non obligatur tribuere præmium nostris operibus in ratione dati, & accepti. lib. 2. d. 27. a. 2. q. 3. ad 3.
61. Deum expellere est gratiam suam perdere. l. 2. d. 36. a. 3. q. 2. ad 5. anima autem cum non sit nata esse subjectum gratiæ nisi per conversionem ad Deum, idè avertente se à deo, cum non possit salvari gratia in eo, jam deficit in se ipsa, sicque deus expellitur. l. 2. d. 36. ibid.
62. Dei Incarnatio opus fuit gratiæ, & misericordiæ Divinæ. l. 3. d. 1. a. 2. q. 2. Quomodo dicitur deus redemisse hominem necessariò. l. 3. d. 20. a. 1. q. 1. corp.
63. Deum diligentibus in quo sensu omnia cooperantur in bonum. lib. 3. dist. 31. art. 1. quæst. 3. ad 2.

64. Deus in justificatione impii majorem gratiam, & bonum dat quam sit necessarium. l.4. d.17. p.1.a.1.q.1. corp.
65. Conversio aliquando in Scriptura attribuitur libero arbitrio : aliquando soli gratiæ : aliquando utrique, & quarè. Pf.24.
66. Vocat ad se, scilicet clausos ad ostium luminis: ægrotum ad medicum salutis : naufragos ad portum quietis : unde dicitur, venite ad me omnes qui laboratis. Matth.6. in Pf.118.-n.49. & in Luc.c.14.n.14.& in Ioan.c.1.n.9.
67. Deus est mare, à quo omnia flumina gratiarum exeunt. r. y. in Ecclen. c. 1. & solus potest beatificare. in Ecclen.Procœm.
68. Dei visitatio multiplex expenditur. in Luc. c.1.n.78.
69. Dei inspirationes admittendæ, & quale periculum in ipsarum negligentia. in Luc. cap.13. num.9.
70. Dei gratiæ efficacitas in mutatione peccatoris quanta. in Luc. c.18.n.26.
71. Ipsam aufert à negligentibus. in Luc. cap.19. num.25.
72. Deus est lux vera, quosnam illuminet, & per quid. in Ioan.col.4.& col.41.
73. Deus solus potest liberare à culpa. in Ioan. col.43.
74. Deus trahit animam inspirationibus, revelationibus, blanditiis, admonitionibus, minis, & adversitatibus. in Ioan.c.6.n.44.& c.12.n.32. & serm.1. & 2. ser.4. Pent. & serm.4. Dom.11. post Pent. Vid. *Dei varia.* n.188.
75. Dei venire ad animam est Patrem, & Filium, & Spir. Sanct. eam justificare, glorificare, & in ea habitare. in Ioan.col.64.
76. Deus dormientem in peccato excitat gratiæ infusione, clamore doctrinæ, illustratione interiori, & impulsu castigationis. in Ioan. col.51.
77. Deus excitat hominem ad bonum per gratiam, doctrinam, & pœnam. ser.5. Dom.1. Adv.
78. Dei benedictio consistit in collatione gratiæ, & gloriæ. ser.4. Dom. Trin.
- vocatio.* 79. Dei vocatio multiplex, gratuita expenditur. ser.1. Dom.2. post Pent. multipliciter venatur animas. serm.3. Dom.4. post Pent. Vocat omnes. ser.2. de S. Matth. & ser.3. Dom.23. post Pent. Vocat instantèr, gratis, & generaliter. ser. 1. Dom.2. post Pent.
80. Deus est totale objectum animæ eam quietans. serm.1. Dom.2. post Pent.
81. Dei gratia illuminat, & inflammat ut ignis. serm.1. & 2. de S. Laur. ad eam conservandam, & possidendam vult Deus in nobis cor mundum, humile, latum per charitatem, & clausum per taciturnitatem. sermon. 5. de una S. Virg.
82. Gratiæ usus consistit in honorando divinam Majestatem, in refrenando voluntatem propriam, in relevando proximi paupertatem, & in tolerando adversitatem. sermon. 5. de una S. Virg.
83. Dei gratia, qua homo ad Deum sublevatur, est prædestinationis, vocationis, justificationis, & magnificationis. op. de Resurrect. à peccato.
84. Beneficia gratuita Dei enumerantur meditan-
- da. opusc. Incend. div. am. cap 1. & 2.
85. Deus effectivè non annihilat gratiam, sed hæc deficit in se ipsa, anima averte se à Deo. l.2. d.37.a.3.q.2.
86. Deus quomodò elevet animam per gratiam non localiter, sed per deiformitatem. op. Brev. p.5.c.1.
87. Dei dona naturalia data homini impropriè dicuntur gratia gratis data : hæc enim non est per acquisitionem nostram, sed aliundè. lib.2. d.7.p.2.a.1.q.1. ad 7.
88. Defectus gratiæ non habet causam efficientem, sed deficientem. l.2. d.7. p.1. a.1. quæst.1. corp.
89. Quomodò gratia gratis data, & pœnitentia informis disponat ad justificationem. lib.2. d.7. p.1. ibid.
90. Deus quomodò nos convivificet per gratiam. l.3. d.23. Expos. text.
91. Deus est sanctus in creatione, sanctus in Redemptione, sanctus in glorificatione. serm.1. Trinit.
1. Dei misericordia largè sumpta dicitur divinæ bonitatis affluentia : communiter sumpta est in supererogatione bonorum suprâ merita: pro-<sup>De Dei</sup> priè verò est in sublevatione malorum : 1. ex-<sup>Miseri-</sup> hibet in omni opere : 2. in retributione bo-<sup>cordia,</sup> norum : 3. in remissione offensæ, & pœnæ. l.4. d.46.a.2.q.2. Quàm liberalis in dando. Vid. *Dare.* n.15.
2. Dei justitia largè sumpta est condecencia divinæ bonitatis, per quàm facit quod decet suam bonitatem : communiter est liberalitas in retributione bonorum secundum merita : strictè est severitas in punitione malorum. lib.4. d.46.a.2. q.2. corp.
3. Dei misericordia, & justitia relucet in omni opere Dei respectu nostri, nec possibile est eas ab invicem separari. l.4. d.46.a.2. per tot. & l.2. d.32.a.3. q.2. ad 6.
4. Misericordia, & justitia pro ut dicit effluentiam compassionis, affectus, & debiti, non sunt in Deo : prout dicunt effluxum, seu effectum sunt in Deo : 1. enim est imperfectionis : 2. perfectionis. l.4. d.46.a.2. q.1. ad 1.
5. Deus dicitur justissimus non propter excessum in summo, sed ob accessum ad medium. lib.4. d.46.a.2. q.1. ad 4. & q.4. corp. Charitas verò attenditur per accessum ad extremum. l.4. d.46.a.2. q.4. corp.
6. Dei misericordia, & veritas, seu bonitas, & justitia cum reluceant in omnibus operibus Dei, tamen bonitas communicatur rebus, non justitia, & quarè. l.4. d.46. a.2. q.1. ad 2. & l.4. dist.17. p.1.a.1.q.1. corp. & l.4. d.18. p.1.a.2. q.2. corp. & l.1. d.1. dub.14.
7. Dei misericordia non dicitur eò quod faciat contra merita, sed suprâ. lib.1. dist.46.a.2. q.2. ad argum.
8. Dei misericordia quomodò reluceat simul cum justitia in opere pœnitentia. libro 4. distinct. 46. articul. 2. quæst. 3. corp. & lib. 2. dist.43. art.3. quæst.1. corp. & l.4. d.6. p.2. a.1. q.1. ad ultim.
9. Quomodò in primò adventu Christi reluxit magis misericordia, & in secundo relucebit magis justitia. l.1. d.46.a.2. q.3. ad 1. & l.4. d.46. a.1. q.3. corp.
10. Impossi

10. Impossibile est, quod Deus faciat opus, quod non habeat modum, speciem, & ordinem, quæ respondent bonitati, & veritati. l.4. d.46. a.2. q.4. in arg. & l.4. d.6. p.2. a.1. q.1. ad ult. sicque non potest relinquere impunitam culpam. l.4. ibid. & l.2. d.36. a.2. q.1.
11. Deus potest delere omnem pœnam subsequen-tem, sed non concomitantem, quia est inseparabilis à culpa. l.4. d.46. a.2. q.4. ad 1.
12. Deus cum sit æquè misericors, ac justus, tamen dicitur ejus proprium misereri, quia ad opus misericordiæ non requiritur nisi Dei benignitas ad opus verò severitatis præsupponitur nostra iniquitas. l.1. d.47. dub.1. & in Sap. c.12.
13. Deus quomodò misericordiùs, vel justius agit cum uno, quàm cum alio. lib.4. dist.46. art.1. q.3. & 4.
14. Dei misericordia, & justitia in Deo sunt æquales: non verò quoad effectus. lib.4. distinct.46. dub.5.
15. Deus pronior est ad misericordiam, quàm ad puniendum. l.4. d.6. p.2. a.1. q.1. ad ultim. & l.1. d.17. p.2. q.3. corp. & l.4. d.48. art.2. q.1. in arg. & l.2. dist.33. a.1. q.2. ad 4. & lib.4. d.4. p.1. a.1. q.2. ad 3.
16. Deus paratus est acceptare pœnitentiam omnium in hac vita. l.4. d.14. p.2. dub.13.
17. Deus perfectus Medicus animæ, perfectumque largitur antidotum. l.4. d.14. p.2. a.2. q.1. in arg. & d.43. a.3. q.1. corp. & l.4. d.15. p.2. a.1. q.3. ad 2. & op. Brev. p.6. c.1. & ser.10. in Rogat. & Pl.85.87. & Pl.118. n.49. & Pl.118. n.145. Diabolus falsus. ibid. & Psalm. 118. num.161. & opuscul. Princ. S. Script. & serm.3. Dom.2. post Epiph.
18. Deus non potest simul esse amicus, & inimicus, l.4. d.15. p.1. a.1. q.2.
19. Deus non delectatur in pœnis nostris, nisi quatenus sunt curantes nostram infirmitatem. l.4. d.15. p.2. a.1. q.3. ad 2.
20. Dei misericordia non considerat in pœnitate meritum, sed indigentiam, & miseriam: unde remittit in confessione partem æqualem omnibus proportionalem tormentorum. lib.4. d.18. p.1. a.2. q.2. ad 6.
21. Divina misericordia maximè relucet in hac vita: divina justitia maximè exercebitur in altera. l.4. d.20. p.1. dub.6. & l.4. d.46. a.2. q.3. & l.4. d.44. p.2. a.1. q.1. ad 6.
22. Deus cum punit, id facit amore justitiæ, non vindictæ: imò hæc est effectus justitiæ. l.4. d.44. p.2. a.1. q.1. ad 5.
23. Misericordia superexaltat judicium in præsentibus; in futuro verò è converso. l.4. d.44. p.2. a.1. q.1. ad 1.
24. Deus iudex in judicio condemnabit filios suos reprobos, ut ostendat eos falsos portasse characterem: infideles jam judicati sunt: undè Fides Christianis erit in majorem confusionem. l.4. d.47. dub.1. & op. Brev. p.7. c.1.
25. Divina misericordia contra fomitem hominis dat scintillam conscientiæ: contra Dæmones dat bonum Angelum, gratiam, & Spiritum sanctum. l.2. d.6. a.2. q.1. ad ult.
26. Deus misericordiam suam summè manifestavit in missione Filii: justitia verò in punitione Angelorum. l.2. d.7. p.1. a.1. q.1. ad 1.
27. Dei bonitas, & sapientia maximè manifestatur in Incarnatione Verbi. l.3. d.2. a.1. q.1. ad ult.
28. Deus in conferendis beneficiis respicit tria, scilicet majorem indigentiam, minorem indignitatem, & majorem utilitatè. l.3. d.2. a.1. q.2. corp.
29. Dei misericordia, & justitia maximè elucet in reparatione hominis. l.3. d.20. a.1. q.2. In condonatione debiti, & punitione ingrati. serm.1. Dom.5. post Epiph.
30. Deum non decet facere contra justitiam, bene autem præter justitiam. l.3. d.20. a.1. q.1. ad 4.
31. Dei misericordia quare salvat bonos, & justitia damnat malos. op. Brev. p.1. c.9.
32. Deus parva non dat, sed semper grandia quantum in se est. op. Brev. p.5. c.2.
33. Deus quia misericors est, condescendit libenter humanæ miserix per infusionem gratiæ. op. Brev. p.5. c.10.
34. Deus quia est misericors simul & justus non dat donum perfectum, nisi desideranti: gratiam, nisi gratuito regratiati: misericordiam, nisi miseriam cognoscenti. op. Brev. p.5. c.10.
35. Dei misericordia in reparatione, & justitia erga creaturam expenditur. op. Brev. p.7. per tot. & op. Comp. Theol. l.1. c.33. & seq.
36. Misericordiæ, & justitiæ divinæ mystica contentio circa redemptionem humani generis describitur mirabiliter. op. medit. vit. Chr. cap.2. & serm.2. fer.2. Pent. Quam mirabilis in Incarnatione, & missione Filii. op. Medit. vit. Christ. c.2. & l.3. d.20. a.1. q.2. & l.3. d.2. a.1. q.1. V. *Dei amor in creaturas.* n.21.
37. Deus Iudex expenditur, ejusque justitia, & *se. Iudex* veritas in extremo tempore mundi. op. Brev. p.7. c.1. & seq. & op. Cent. p.2. sec.5. & op. Phar. l.3. c.49. & op. diat. sal. 9. cap.1. & opusc. Solil. c.3. & op. Incend. sev. parv. bon. in prol. & ser.4. & 5. in Dom.2. Adv. & Plal.118. e.4. v.7. & v.9. & c.6. v.8. & ser.2. fer.3. Pent. Iustus tranquillus, injustis iratus apparebit. in Io. col.1.2. n.50. Iudex in morte. t.3. ser.4. Dom.1. Adv. & ser.3. & 4. Dom.23. post Pent.
38. Dei misericordia contra desperationem, & Iustitia contra nimiam spem expendenda à peccatore. serm.3. & 5. in die Cin. & serm.2. fer.2. Pasch. & serm.3. ibid. & serm.2. Dom.4. post oct. Pasch.
39. Dei misericordia quàm prompta ad condonationem peccatorum. serm.1. Dom.4. Quadrag. & ser.1. Dom.1. post Pentec. & ser.2. Dom.20. post Pentec.
40. Divinæ misericordiæ dulcedo expenditur. ser.2. Dom.4. Quadrag.
41. Dei misericordia ad tria capita reducitur ad veniam peccatorum, & gratiam, & gloriam dandam. ser.2. Dom. Pasch. maximè elucet in permittendo quod homo tentetur, & impugnetur. l.2. d.23. a.1. q.1. & 2.
42. Indulgentia qualis à deo Pontifice maximè *Cruciata* concedatur accipienti Crucem mysticam, & *ta Indulgentia.* eunti ad Terram sanctam: ubi Cruciatata proponitur. ser.2. Dom. Pasch. & ser.3. in oct. Pasch. V. *Indulgentia.*
43. Deus dicitur videre peccatorem, quando accurrit per gratiam prævenientem, cadere super collum per subsequentem, osculari per fiduciam exemplo filii Prodigii. ser.2. Dom.2. post oct. Pasch. & ser.2. Dom.14. post Pent. & in Luc. c.15. n.29.

44. Deus quàm liberaliter omnia sua donet suis amicis, & beatis. ser. 3. Dom. infr. oct. Ascens.
45. Dei misericordia super turbam viventium in terris, quiescentium in sepulchris, gementium in pœnis, & fruendum in cœlis. serm. 3. Dom. 6 post Pent.
46. Dei iustitia manifestata est maximè in punitione Angelorum: misericordia autem in homine per Filium suum redempto. lib. 2. d. 7. art. 1. q. 1. cōp. p. 1.
47. Deus est patiens redditor, quia punit in hac vita remediabiliter expectando ad pœnitentiam. l. 2. d. 36. a. 2. q. 1. ad 1.
48. Deus dicitur non amplius recordari peccatorum dimissorum quoad pœnam æternam, non temporalem. l. 3. d. 31. a. 1. q. 3. ad 1.
49. Dei misericordia maximè elucet in collatione clavium Sacerdotibus etiam malis. lib. 4. d. 19. a. 1. q. 2. ad 3.
50. Dei misericordia connotat effectum in creatura: at sapiëntia ordinem tantùm. l. 4. d. 46. a. 1. q. 3. ad arg.
51. Dei patientia præcipuè in tribus elucet, & quia malis multa præstat: & quia peccantes diù expectat: & quia consolatoriè punit. Psalm. 2. & in Luc. c. 20. num. 9. & serm. 3. Dom. 6. post Pent. Quare dicatur Deus patientiæ. serm. 1. Dom. 2. Advent.
52. Deus miseretur hominis tribus modis, quia peccantem expectat, desperantem consolatur, congaudet pœnitenti. Pf. 6.
53. Duæ alæ Dei sunt misericordia, & veritas: 1. protegit peccatores: 2. justos. Pfal. 16. Item misericordia parcit, veritate corrigit: 1. non repellit pœnites ab indulgentia: 2. puniens causam nostram, non personam respicit. Pf. 26. & Pf. 50. & Pf. 56.
54. Deus dicitur declinare in ira, quando non corrigit, vel non damnat: declinat in misericordia, quando exponit tormentis, vel quando permittit peccare. Pf. 26.
55. Dei furor, & sagitta multiplex. Pf. 37.
56. Deus iudex, sapiens, iustus, omnipotens. Psalm. 50.
57. Dei calix est ejus iustitia; plenus est mero, & quomodò. Pf. 74.
58. Deus mittit manum suam vel puniendo, vel protegendo, vel benedicendo. Pf. 80.
59. Deus advocatus noster in iudicio, & quomodò. Pf. 118. n. 118.
60. Deus districtè agit in tribus, scilicet in non acceptando personas in punitione peccati, & in punitione æterna. Pf. 118. n. 138.
61. Dei misericordia est contra triplicem miseriam cordis, operis, & perseverantiæ in peccato. Psalm. 118. cap. 3. v. 9. & c. 4. ver. 16. & cap. 5. vers. 12.
62. Dei salutare expectandum, & quare. Pf. 118. c. 3. v. 9.
63. Dei bonitas in nos expenditur multipliciter. Pf. 118. c. 5. v. 1. & 3. & 4. & in Sap. c. 7.
64. Dei misericordiæ magnitudo, multitudo, & claritas. Psalm. 118. cap. 5. vers. 13. & cap. 6. v. 8. & Psalm. 135. 137. & 139. & in Sap. cap. 11. & cap. 12. & serm. 1. Dom. 4. post Epiph. & serm. 1. Dom. 5. post Epiph. Expenditur in petendo pacem cum peccatore. serm. 1. Dom. 1. post octav. Pentec.
65. Dei indignatio expenditur. in Thren. c. 3. & virga furoris. cap. 3. ibid. Ira ejus multiplex. in Ioan. c. 3. n. 36.
66. Iudiciarius conspectus Dei est tripartitus, scilicet probativus per meritorum examen: approbativus per benemeritorum coronationem: & improbativus per malemeritorum condemnationem. in Pf. 118. c. 11. n. 8.
67. Dei misericordia super omnes expenditur. in Luc. c. 1. n. 50. Diversimodè trahit homines. in Io. c. 6. n. 44. & serm. 2. in ser. 4. Pent.
68. Viscera misericordiæ Dei sunt nimia dilectio, & compassio. in Luc. c. 1. n. 78.
69. Dei misericordia, sapiëntia, & potentia manifestantur in conversione peccatoris magis, quàm in conservatione totius multitudinis cœlestium beatorum. in Luc. c. 15. n. 6. & n. 20. & serm. 4. Dom. 5. Post oct. Pasch.
70. Dei propitiatio in hac vita, in extremo, & in gloria expenditur. ser. 3. Dom. 4. post oct. Pasch. & serm. 2. Dom. 10. post Pent.
71. Deus Pater, & Filius, & Spiritus sanctus dicitur ter sanctus, quia præmiat bonos, & punit malos: primos quia sunt signati signo sui nominis: secundòs signo Diaboli. serm. 1. Dom. Trinit.
72. Dei potestas, veritas, & bonitas in præmiando, & puniendo qualis. serm. 1. Dom. Trin. & serm. 3. ibid. & serm. 1. Dom. 3. post Pentec. Et in acquisitione nostrorum operum, & omissio-num. ser. 2. Dom. 8. post Pent.
73. Dei misericordia in collatione multiplici beneficiorum quanta. ser. 1. 1. in Pent. & ser. 1. ser. 2. Pent. & ser. 1. in Trin. & ser. 3. ib. & ser. 3. Dom. 3. post Pent. & ser. 3. Dom. 5. post Pentec. & ser. 1. Dom. 8. post Pent. & ser. 2. Dom. 10. post Pentec. & op. Myst. Theol. c. 1.
74. Dei misericordia in nos expenditur in hoc quod à Diabolo non suffocamur, quod Mundus non subvertitur, quodque peccator non absorbeatur in Inferno. serm. 3. Dom. 6. post Pent. & serm. 2. Dom. 10. post Pent.
75. Dei misericordia melius recognoscitur in cognoscendo nostras miserias. ser. 3. Dom. 6. post Pentec.
76. Dei misericordia magna ostenditur condonantibus injurias. serm. 2. Dom. 10. post sent.
77. Dei liberalitas expenditur in condonando peccata. serm. 1. Dom. 21. post Pent. Item ejus benignitas ad suos servos. opusc. Bibl. paup. c. 13.
78. Dei severitas ob inobedientiam, invidiam, ob negationem in negotiatione talentorum à Deo receptorum, & ob sequelam concupiscentiarum. serm. Dom. 21. ibid.
79. Deus ob defectum charitatis in proximum repetit quod condonaverat. serm. 4. Dom. 21. post Pent.
80. Dei misericordia in recipiendo pœnitentem exemplo prodigi: severitas in differentem pœnitentiam expenditur. serm. in fest. S. Petr. ad vinc. & ser. 1. de S. Matth.
81. Deus liberalis in dando munera suis militibus. serm. de S. Cæcil.
82. Deus ostenditur Iudex potentissimus omnia punire valens: sapientissimus omnia cognoscens: rectissimus omnia punire volens secundùm uniuscujusque merita. serm. 1. de Evang.

83. Deus consideratur Factor, Redemptor, & Ultor. serm. 4. de uno Confess. & serm. 3. de SS. Angel.
84. Dei misericordia, & alia attributa relucet, sicut & iustitia in Incarnatione Verbi. opuscul. Brev. p. 4. c. 1. & p. 3. c. 6.
85. Dei misericordia superexcedit omnia peccata Mundi. op. Stim. p. 2. c. 4.
86. Dei misericordia certat cum malitia humana. op. Stim. p. 2. c. 6. & 8.
87. Dei severitas in delinquentes ostenditur ex multis auctorit. S. Script. opuscul. Bibl. paup. c. 10. & c. 11.
88. Dei misericordia non gratificat secundum partem, sed omnem offensam remittit. l. 4. d. 15. p. 1. a. 1. q. 2.
89. Dei misericordia maximè manifestatur in colatione potestatis clavium, etiam malis Sacerdotibus. lib. 4. distinct. 19. artic. 1. quæst. 2. ad 3.
90. Dei iustitia multiplex maximè in damnatos expenditur. Ps. 118. c. 9. v. 9.
91. Deus ut pacem faciat cum peccatoribus, misit Filium suum in terras. serm. 1. Domin. 1. post Pentec.
92. Dei misericordia bonitas, sapientia, & potentia magis elucet in permissione peccati, & quomodo. lib. 2. distinct. 23. artic. 1. quæst. 1. & 2.
93. Deus quomodo possit dispensare in iure naturali. l. 4. d. 33. a. 1. q. 1.
94. Dei misericordia, & iustitia sunt duæ alæ, quibus nos protegit. V. Ala. n. 10.
95. Deus in conferendo gratiam, vel pœnam non attendit ad futura merita, vel demerita: sed ad idoneitatem præsentem. lib. 2. distinct. 29. artic. 2. q. 1. ad 1.
1. Dei amor in creaturas non est affectus, sed effectus, hicque vel est actu, vel habitu: ob idque potest dici Deus amasse ab æterno creaturas, & eas actu amare in tempore. lib. 3. d. 32. artic. 1. quæst. 1. & seq. per tot. & lib. 3. dist. 29. q. 3. ad ult. & lib. 3. dist. 28. art. 1. q. 1. ad 1. & in Ioan. c. 14. n. 21.
- Est charitas essentialiter, & causaliter. l. 1. d. 17. dub. 5.
- Est amor fruitionis, qua fruendo se utitur homine. lib. 1. d. 1. art. 3. q. 2. ad 3. & l. 3. d. 32. a. 1. q. 1. ad 5.
2. Amor Dei quoad principale significatum importat essentialitatem divinam, quoad connotatum importat quid temporale, connotat & creatum. l. 3. d. 32. dub. 1.
49. Diabolus devorator animarum, Pastor peruersus, fur furans merita, mactans in culpa, & perdens in gehenna. ser. 2. ser. 3. Pent. Venator, & Piscator. ser. 2. ibid. & serm. 2. ser. 4. Pent. & ser. 4. Dom. 11. post Pent.
50. Diabolus est Draco persequens animam in Morte, & Ecclesiam Dei. serm. 3. ser. 3. Pent. V. *Draco*. n. 2.
51. Dæmones sunt aucupes, venatores, & latrones studentes perdere hominem in insidijs. s. 2. ser. 3. Pent. & ser. 4. Dom. 12. post Pent. V. *infra*. num. 62. V. *Dei varia*. n. 191. V. *infra*. num. 53. & n. 49. V. *Homo ad Deum*. n. 167.
52. Diabolus trahit hominem de bono ad malum ore, & cauda serpentina, scilicet persuasione, & malo exemplo alterius hominis: trahit de malo ad malum mala consuetudine, & actuum multiplicitate: & deinde à mundo in Infernum in morte. serm. 2. ser. 4. Pent. & serm. 4. Dom. 11. post Pent. V. *infra*. n. 60.
53. Diaboli hamus, rete, & sagena quænam sint. ser. 2. ser. 4. Pent. & ser. 4. Dom. 11. post Pent. V. *Suprà* n. 50. V. *Hamus* n. 3.
54. Diabolus amicus fraudulentus, qui pro vino propinat venenum, cibaturque suis pane vitiorum. serm. 2. Dom. 6. post Pent. & ser. 4. Dom. 8. post Pent. V. *Fallacia* n. 4.
55. Diabolus gravius tentat homines pœnitentes, quàm peccatores. ser. 1. Dom. 6. post Pent.
56. Diabolus obsidet animam in mundo multiplici tentatione, in extremo eam coangustat corporis infirmitate, iudicis severitate, & Dæmonis crudelitate, & prosternit in Inferno. ser. 3. Dom. 9. post Pent.
57. Dæmones sunt canes malignantes obsidentes animam. ser. 3. Dom. 9. post Pent.
58. Diabolus armatus astutijs, & nequitijs est contra nos. ser. 1. Dom. 10. post Pent.
59. Diabolus qualiter oculos eruit homini, ligat manus, & collum, & trahit ad patibulum inferni. ser. 3. Dom. 11. post Pent.
60. Diabolus, quos, & quomodò trahit ad se. ser. 4. Dom. 11. post Pent. & ser. 1. Dom. 14. post Pent. quomodò dicitur traxisse tertiam partem stellarum cæli. ser. 2. Dom. 18. post Pent. V. *Suprà* num. 52.
61. Diabolus est coquus coquens in inferno peccatores. ser. 1. Dom. 12. post Pent.
62. Dæmones sunt latrones spoliantes hominem gratuitis virtutibus, vulnerantes eum in naturalibus, & debilitantes in viribus potentialium. ser. 4. Dom. 12. post Pent. & ser. 5. Dom. 1. Quadrag. & ser. 1. ser. 4. Pasch. V. *Cor*. num. 24. V. *infra* n. 76. V. *suprà*. n. 51.
63. Diabolus Pater crudelis peccatorum ostenditur. ser. 2. Dom. 14. post Pent.
64. Diabolus quomodò funibus peccatorum ligat hominem in lecto concupiscentiæ: serm. 3. Dom. 18. post Pent. & ser. 4. ibid.
65. Diabolo adhæret peccator eius voluntatem faciendo, ad eius similitudinem accedendo, & vivendo luxuriosè &c. exemplo filij prodigi: serm. 4. Dom. 18. post Pent.
66. Diaboli electi, & Dei quinam sunt. serm. 4. Dom. 19. post Pent.
67. Diabolus incuruare facit animam peccando. ser. 1. Dom. 23. post Pent.
68. Diabolus quomodò comparatur Aquilæ, quia sistit circa cadaver fœtidum animæ, & lænæ. ser. 3. Dom. 24. post Pent.
69. Diaboli servorum infelicitas qualis. serm. 2. de S. Nicol. & ser. 1. Dom. 14. post Pent. Signa servientium Diabolo. ser. 3. Dom. in Pent. & op. diæt. sal. t. 10. c. 5. & serm. 2. Dom. *infra* Nativ. V. *Servus*. n. 18.
70. Diabolo desponsatur anima peccatrix. ser. 1. Dom. 1. post oct. Epiph.
71. Diaboli varia tentamenta expanduntur, quæ per bonos Angelos repelluntur: ser. de S. Mich. & op. de prof. Relig. l. 1. c. 2.
72. Diabolus, & peccator qualiter conveniant: ser. 1. de plur. Mart.
73. Diabolus vitur suis sequacibus ad decipiendas animas. ser. 2. ser. 4. Pent. & op. Solil. cap. 1.
74. Diabolus est hostis inermis, qui solum suggestionibus, non vi potest impugnare. op. de prof. Relig. l. 1. c. 2. Quàm sit debilis eius potestas tentandi nos absque nostro concursu. l. 2. d. 6. dub. 3.
75. Diabolus qualiter accendat prunas vitiorum. ser. 6. in Epiph.
76. Dæmones latrones nobis tendunt laqueos retrò, ad mentem reducendo voluptatem præteritam: antè futurorum prosperitatem proponendo: à dextris vanitatem mundi offerendo: à sinistris austeritatem pœnitentiæ ostendendo. ser. 3. Dom. 23. post Pent. V. *Suprà* n. 62. 49. & 51. V. *infra*. n. 83.
77. Diabolus quomodò dicitur dives ob multitudinem sequentium: Christus pauper ob paucitatem bonorum. ser. 2. Dom. 4. Quadrag.
78. Diabolus quomodò tenet peccatorem clausum, & captivum: Christus verò ei exhibet clavem se liberandi, scilicet crucem pœnitentiæ. ser. 10. in Rogat.
79. Diabolus nititur impedire hominem in legis Dei meditatione occupatum, non verò in alijs subtilitatibus. serm. 2. op. de dec. mand.
80. Diabolus multipliciter nocet, & decipit homines. op. Comp. Theol. l. 2. c. 27. & op. Solil. c. 1.
81. Diabolus tentationes ingerit proportionatas naturæ hominis. op. Solil. c. 1. significatur per Aquilonem. V. *Aquilo*. n. 3.
82. Diabolus qualiter tentat devotos, & contemplativos, maximè circa iudicandum alios. op. Stim. diu. am. p. 1. c. 7.
83. Diabolus homicida, fur, & adulter est, occidit enim animam, furatur bona nostra, & corrumpit animam sponsam Dei. op. Spec. B. Virg. c. 9. V. *suprà* n. 76.
84. Diabolus semper vigilat ad nostrum malum. op. de prof. Relig. l. 2. c. 27.

85. Diaboli, & Dei aquæ. V. *Aqua*. n. 30.
86. Diaboli vincula sunt peccata V. *Christi varia*. n. 247.
87. A Diabolo iugularetur homo, si non adesset Christi propitiatio. V. *Christi varia*. n. 271.
88. Diaboli efuries est peccatorum, eiusque cibus. V. *Cibus*. n. 13.
89. Diaboli clamor &c. V. *Clamor*. n. 3.
90. Diabolus pulsatur ad cor. V. *Cor*. n. 28.
- Dæmonis potestas.*
1. Dæmonis potestas virtutis naturalis est tanta, quod ei alia super terram non potest æquari: hæc enim non tentat homines. l. 2. d. 6. dub. 3. V. *Angelorum virtus*.
2. Dæmonis potestas in fine dilatabitur, & quomodò. l. 2. d. 6. dub. 3.
3. Dæmonum potestas circa opera supra naturam, & circa productionem rerum naturalium expenditur. l. 2. distinct. 7. p. 2. a. 2. per tot. & dub. 2. & 3.
4. Dæmones quomodò possunt inducere veras formas naturales, non vt agentes principales, item artificiales, & quomodò. lib. 2. distinct. 7. ibid.
5. Dæmones verè eduxerunt serpentes, vt in Exod. cap. 7. & quomodò. lib. 2. ibid. quæst. 2. ad arg.
6. Dæmones succumbunt viris suscipiendo semen, & illud possunt facti incubi transfundere in vasa mulierum, sicque generari possunt homines, vt fertur de Merlino: tuncque generatio non potest tribui Dæmoni. l. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 1. corp. & l. 4. d. 44. p. 2. dub. 1. Sic generati sunt Gigantes vt in Genesi. lib. 4. d. 44. p. 2. dub. 4.
7. De potestate Dæmonis circa formationem, & assumptionem corporum, circa opera vegetatiuæ & sensitivæ virtutis agitur. l. 2. d. 8. per tot. part. 1.
8. Dæmones non possunt illabi animæ, & quomodò. l. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2.
9. Dæmones quomodò possunt habitare in corporibus nostris, & eos vexare. l. 2. d. 8. ibid. q. 1. V. *Diaboli locus*. n. 5.
10. Dæmones quot modis possunt illudere sensus nostros. l. 2. ibid. q. 3.
11. Dæmones quomodò, & quando possunt immittere cogitationes malas menti nostræ. lib. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 4. & Pl. 118. c. 8. v. 6.
12. Dæmon quomodò possit incendere igne concupiscentiæ animas nostras. l. 2. ibid. q. 5.
13. Dæmon non potest nos cogere ad peccatum. l. 2. d. 8. ibid. q. 5. ad arg.
14. Diabolus non potest abdita cordis nostri cognoscere. l. 2. ibid. q. 6. quia subsunt omnimodè imperio nostræ voluntatis.
15. Diabolus non potest facere vera miracula. licèt mirabilia reliqua operetur. op. Cent. p. 3. sec. 14. & l. 2. d. 7. p. 2. per tot. & serm. 1. Dom. 1. Adu.
16. Quatuor modi assignantur discernendi an miracula sint à Diabolo. op. Cent. p. 3. ibid & l. 2. d. 18. q. 2. ad 5. & l. 2. d. 7. p. 2. a. 2. q. 2. ad vlt.
17. Diaboli impotentia in tentando detegitur. op. de prof. Relig. l. 1. c. 2.
18. Diabolus nihil potest nocuenti asserere, nec etiam bestijs nisi permixtus. in Luc. c. 8. n. 32.
19. Diaboli potestati traduntur bestialiter viventes. in Luc. c. 8. n. 32. & in Thren. c. 2.
20. Diabolus constituitur super aliquem quatuor modis, scilicet ad auferenda temporalia, ad confringenda naturalia, ad ferenda supplicia æterna, ad tentationes. in Pl. 108.
21. Diabolo data est maior potestas in Serpentes, quàm in cætera animantia: & etiam in actus venereos, & quarè. l. 4. d. 34. a. 2. quæst. 2. ad 4.
22. Diabolus quarè dicatur Princeps huius Mundi, & rex malorum. in Io. c. 14. n. 31. & cap. 12. n. 31. V. *Diaboli tentationes*. n. 34. & n. 15.
23. Dæmonum potestas ante passionem Christi erat attractiva respectu detentorum in Lybmo, & impulsiva respectu deceptorum in mundo; sed virtute Passionis, & resurrectionis Christi eis sublata est. l. 3. d. 19. a. 1. q. 3. corp. & serm. 3. Dom. 1. Adu. & ser. 4. Dom. 2. Adu. & ser. 1. de Resur. & ser. 2. ibid.
24. Diaboli dominium. V. *Dei varia*. n. 143.
1. Angelorum malorum locus est aer caliginosus, non locus subterraneus, & hoc ad exercitium hominum: licèt aliqui ad Infernum descendunt etiam vt torqueant animas secundum quod habent inter se deputata maledictionis officia. l. 2. d. 6. a. 2. q. 1. & dub. 1. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 22. De locatione Diaboli. V. *Angeli locus*.
2. Diaboli sunt in secunda aeris regione: vnde commovent frequenter ventos, & tempestates. l. 2. d. 6. dub. 1.
3. Diaboli locus proptius est Infernus: sed differtur ad nostrum exercitium. l. 2. d. 6. a. 2. quæst. 1. ad 2. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 22.
4. Dæmones frequenter circa nos volitant, sicut muscæ, quia eorum locus est aer. l. 2. ibid.
5. Dæmones possunt in corporibus humanis habitare, possunt & ea vexare, commovere, conturbare, & obsidere nisi à divina virtute impediantur. l. 2. d. 8. a. 1. p. 2. q. 1.
6. Dæmones non possunt illabi animæ. l. 2. dist. 8. ibid. q. 2.
7. Dæmones aliquando exeunt ab Inferno, quia habent operationem aliquam ad nos exercendum. l. 4. d. 45. a. 1. q. 3. ad 1.
8. Diaboli civitas quænam. V. *Civitas*. n. 3.
9. Diabolus diversimodè habitat in quatuor generibus malorum, scilicet in pravis, in malevolis, in malignis, & in pessimis, & quinam sint. Pl. 88. V. *Diaboli tentationes per tot*.
10. Diabolus quomodò habitat in animabus. l. 4. d. 20. p. 1. q. 6. ad 1.
11. Diaboli locus est homo immundus. in Luc. c. 8. n. 27.
12. Diabolus quomodò possidet in pace peccatorem. in Luc. c. 11. n. 23. & 24. & ser. 1. Sab. Sanct. eius domus est anima peccatoris. in Luc. cap. 8. n. 24. & ser. 9. in Rogat. & ser. 1. in Pent.
13. Dæmones sunt porci in immunditijs peccatorum habitantes. in Luc. c. 15. n. 15. V. *Diaboli tentationes*. n. 64.
14. Diaboli tabernaculum est luxuriosus. serm. 1. Dom. 3. post Epiph.
15. Diaboli fedes est anima iniqui. serm. 2. fer. 2. Pent.
16. Quomodò Diabolus intrat in corde peccatoris. ser. 1. Dom. 3. Quadrag.
1. Dæmonibus probabiliter differtur pœna ignis materialis vsque ad diem iudicij, & quarè. l. 2. d. 6. a. 2. q. 2. Dæmonum, & damnatorum pœnæ enumerantur. l. 4. d. 49. per tot. & d. 50. per tot.
2. Dæmo



2. Dæmones secum ferunt pœnam Infernalem, id probabile est etiam. l.2.d.6.a.2.q.2. V. *Infrà*. num.8.
3. Dæmones patiuntur, licet non habeant sensum materialem: sufficit enim sensus, & affectus spirituales ad sentiendum dolorem. l.2.d.8.p.1.a.3.q.2.ad arg.
4. Dæmones torquentur flammis vitiorum, & iræ. l.2.d.6.a.2.q.4.ad 1.
5. Diabolus fuit punitus à Deo ob persuasionem factam Evæ. l.3.d.20.dub.1.
6. Dæmones, & damnati patiuntur actione secundum influentiam, & ordinem iustitiæ. l.4.d.49.p.2.a.2.princ.a.1.q.2.corp.
7. Dæmonibus nunc debetur maior pœna, quam quando cecidit. l.2.d.7.p.1.a.1.q.3.in arg.
8. Dæmones semper infernum secum portant. op. Comp. Theol. l.2.c.26. V. *suprà*. n.2.
9. Dæmonum perditio duplex, scilicet quando peccaverunt in principio mundi, & in fine mundi quando auferitur omnis potestas, & inferretur pœna debita. in Luc.c.4.n.34.
- Dæmonii Loquutio.*
1. Dæmones qualiter loquantur. V. *Angelorum Loquutiones*.
2. Quomodo loqueretur Dæmon per os serpentis Evæ. l.2.d.21.dub.1. & l.2.d.8.p.2.a.3.q.2.
3. Quomodo loquantur, & exercent alia opera animæ sensitivæ, l.2.d.8. ibid. & op. Comp. Theol. l.2.c.19.
- Varia de Diabolo.*
1. Diabolus in quo sensu, licet impropijssimè possit dici filius Dei. l.1.d.26.dub.6.
2. Diaboli filij sunt peccatores. l.1.d.26.dub.6. & Ps.118.c.2.v.7.a.4.  
Qualis hæreditas contingit peccatoribus in desponsatione eorum cum filiabus Diaboli. f.1.Dom.3. Quadrag. V. *varia de Deo*. n.127.  
Ipsi qualem beatitudinem promittat. V. *Beatitudo fallax*.
3. Diabolus finaliter factus est ad exercitium, & promotionem bonorum lib.2. d.3.p.2.dub.1. & l.2.d.7.p.2.a.2.q.3.ad 3.
4. Dæmonum consilium, auxilium, & ministerium non potest haberi, aut exigi absque gravissimo peccato, & quare. l.2.d.7.p.2.a.2.q.3.
5. Dæmonum invocatio, ferre signa, vel characteres diaboli maximum peccatum. l.2.d.7.p.2.a.2.q.3.
6. Dæmonum obsequium suscipiens etiam in ijs, quæ non sunt contra fidem, & mores, etiam eis non credendo, nec aliquem eis honorem impendendò, peccat graviter peccato inobedientiæ. l.2.d.7.p.2.a.2.q.3.ad arg.
7. Dæmonum obsequium in invenendis rebus perditis est peccatum contra prohibitionem, & quare facta est huiusmodi prohibitio. l.2. ibid. q.3.ad 6.
8. Dæmones succubi, & incubi. V. *Suprà Dæmonum potentia*.
9. Dæmones quomodo accusabunt in iudicio peccatorem de abditis cordis. l.2.d.8.p.2.a.1.q.6.ad 1.
10. Diaboli character est peccatum. l.2.d.8.p.2.q.6.ad 2. V. *Character*. V. *Infrà*. n.77.
11. Dæmones fuerunt de varijs ordinibus secundum quid, cum ad perfectionem ordinis concurrere debeat natura, & gratia: hunc homines assumuntur ad singulos ordines. l.2.d.9.q.5.corp.
12. Dæmones cum in exercitio tentationis concurrat permissio tantum Dei: hinc non mittuntur propriè à Deo. l.2.d.10.dub.1.
13. Diabolus an possit adorari sine peccato. lib.3. d.9.a.1.q.6.per tot. & l.4.d.30.dub.1.
14. Dæmones, & damnati an sint diligendi ex charitate. l.3.d.28.a.1.q.2.corp.
15. Dæmones, & damnati an sint proximi nostri. l.3.d.28.a.1.q.3.ad arg.
16. Dæmon potest expelli sine infusione gratiæ, non sic culpa: expellitur enim Dæmon per contrariam potestatem. l.4.d.5.a.3.q.1.ad 3.
17. Dæmonum vermis, & synderesis qualis. l.4.d.50.p.2.a.2.q.2.ad arg.
18. Dæmones probabilius non erunt post iudicium tortores, sed erunt omninò absorpti à pœnis: licet etiam opposita sententia sit probabilis. l.4.d.47.dub.4.
19. Dæmones iudicabuntur cum cæteris. l.4.d.47.a.1.q.4.corp.
20. Quomodo dicitur Diabolus iam iudicatus. l.4.d.47. ibid. ad 1.
21. Diaboli logica quænam sit, & quænam Christi. ser.1.Hex.V. *Diaboli tentationes*. n.27.
22. Diabolus quare permittatur à Deo unicuique animæ. Ps.108.
23. Diabolus quomodo præsidet divitijs. Ps.113.
24. Diaboli castra quomodo Deo serviunt. Ps.118. num.91.
25. Diaboli consolationes quales. Ps.118.c.5.v.12.
26. Diaboli cordis perversitas expenditur. Ps.118.c.5.v.6.
27. Diabolus quomodo vocatur in Scriptura senex fatuus. in Ecclen.c.4.v.15.
28. Diaboli, mundi, & carnis invitatoria varia ad similitudinem eorum, quæ in festorum officio proponuntur ab Ecclesia. in Sap.c.2.n.6.
29. Diabolus vexat, & opprimit suos in luto luxuriæ, in lateribus avaritiæ, & in paleis superbiæ exemplo Ægyptiorum. in Sap.c.10.num.14.
30. Diabolus maledictus maledictione culpæ, & pœnæ. in Sap.c.14.n.8.
31. Diabolus per idololatriam fit idolo præsidens, sicque magnificatur in idolo. in Sap.c.14.num.16.
32. Diabolo serviens quomodo subijcitur tributis. in thren. Hier.c.1.n.1.
33. Diabolus quomodo omnia regna mundi ostenderit Christo. in Luc.c.4.n.6.
34. Diabolus tentando auctoritates S. Scripturæ truncat, & ad suam partem detrahit. in Luc.c.4.n.11.
35. Diaboli sectatores quærent divitias, honores, & delicias. in Luc.c.4.n.42.
36. Diabolus ore fatetur Christum, corde odit eum. in Luc.c.4.n.41.
37. Diaboli arma quænam sint. in Luc.c.11.n.23.
38. Diaboli officium est dispergere, Christi verò est congregare. in Luc.c.11.n.23.
39. Diabolus expellitur spiritualiter ab homine abstinentia, & orationis instantia, in Luc.c.11.num.24.
40. Dæmonum cibus sunt peccata. in Luc. cap.15. num.15.
41. Dæmonibus qualiter peccator adhæreat. in Luc. ibid.
42. Diaboli servitus quàm infelix. in thren.c.1.n.1. & in Luc.c.15.n.15. & c.16.n.13. & in Jo.c.14.n.31. V. *Varia de Deo*. n.5.

43. Diaboli Parochiani quinam sint.in Luc.c.16. num.22.
44. Diabolus Lupus' crudelis dispergens oves.in Io.c.10.n.12.& seq.
45. Diabolus dicitur Spiritus immundus, quia immunda suggerit.in Luc.c.4.n.33.
46. Diabolus quare videns Christum exclamavit, sine, quid nobis, & tibi Iesu fili Dei. in Luc. c.4.n.34.
47. Diabolus quare dicitur homicida ab initio. in Io.c.8.n.44.
48. Dæmones valde timent Christianos.in Luc. c.8.n.33. quam timent Christi adventum, Eucharistiamq;.f.2. Dom.3.adu.& f.2.Dom.4.Adu.
49. Diabolus quomodo dicitur hypocrita. ser.2. Dom.4.Adu.
50. Signa habitationis Diaboli sunt luxuria,avaritia,superbia &c.f.2.Dom.infr.oct.Nat.
51. Diabolus & mundus vincuntur in virtute SS. Nominis Iesu.ser.4.in Circumc.
52. Diabolus detestatur super omnia vnitatem. ser.2.in Epiph.
53. Diabolo acriores dolores infigimus per confessionem.ser.4.in Epiph.
54. Diabolus quomodo dicitur primus,& novissimus.ser.4.in Septuag.
55. Dæmones sunt bestia saltus.f.3.in Quinquag. Significatur nomine piscis.f.2.Dom.2.Quadrag.
56. Peccator est peior Diabolo.ser.1.Dom.3.Quadrag.V.infra.n.74.
57. Diaboli ranæ, & ciconiæ sunt habentes in ore verba mendacia,turpia, detractoria. ser.4. Dom.3.Quadrag.
58. Diaboli asinus,& equus est peccator portans gravissimum onus.ser.3.Dom. Palm. & ser.2.in Dom.3.post oct.Pasch. Currus diaboli mala societas.ser.2. Dom.3.post oct.Pasch.
59. Diabolus vilis carbonarius.ser.4.in oct.Pasch. & leo crudelis.ser.2.Dom.1.post oct.Pasch.
60. Diaboli osculum est severitas in peccato.f.2. Dom.3.post oct.Pasch.
61. Diabolus multa exigit à nobis, & parva dat, sed contra Deus facit.ser.4. in Rogat.V.*Diaboli tentationes*.n.47.
62. Dæmones sunt bestia crudeles, quibus traduntur peccatores.ser.5.in Rogat.
63. Diaboli Draconis conatus qualiter effugere possimus.ser.1.in Ascens.Dom.V.*Draco*.n.2.
64. Dæmones eijcere est peccata expellere.ser.1. in Pent.
65. Diaboli oculi quinam sint.ser.7.in Pent.
66. Diabolus cibus peccatorum.ser.2. ser.2.Pent.
67. Diaboli qs, mysterium, ministri, & adiutores, rete, sagena,venatores,sunt scandalosi.f.2. ser.4.Pent.& ser.3.Dom.4.post Pent.
68. Benedictio Diaboli est duplex, scilicet adulationis,qua quis consecratur Diabolo,dū laudatur in desiderijs animæ suæ, hæcque est vnitio extrema,qua præparantur peccatores igni æterno: alia benedictio fortunæ,quæ est secundum dici,non secundum esse.ser.4.de Trinit. Qualem gratiam offerat.op.Spec.B.Virg.c.5.
69. Diabolus faber crudelis in damnatos.ser.3. Dom.2.post Pent.
70. Diabolus est frater peccatorum.ser.4. Dom.5. post Pent.
71. Diaboli ministerium quomodo interdictum hominibus,quare.op.Cent.p.3.sec.14.& pactio-
- nes cum eo prohibita.op.de dec.præc.ser.2.
72. Dæmon adoravit Eucharistiam, dum à Sacerdote portabatur ad Infirmum. op. de dec. præc.ser.2.
73. Dæmones non puniunt animas in Purgatorio.op.Comp.Theol.1.4.c.3.
74. Diabolus aliquis aliqua vitia detestatur.op. Comp.Theol.1.2.c.27.V.*Suprà*.n.56.
75. De Dæmonibus multa ex Sanctis Patribus. op.Phil.1.1.c.50.
76. Diabolus omnia perversè agit, & quare id Deus permittit.op.Brev.p.2.c.7.
77. Diabolus inducitur in anima per triplicem libidinem,scilicet principiandi,delectandi,& possidendi,quæ sunt femina ipsius.ser.22.Hex.& de lumin.
78. Diabolus imprimit libenter quod in se habet, scilicet furorem, errorem, amentem concupiscentiam, & phantasia protervam.ser.22. Hex.V.*Suprà*.n.10.& n.81.
79. Diabolus curat adorari vt Deus, & sic habere in terra,quod non potuit habere in cælo.ser.5. Hex.
80. Diabolus quam timent nomen B.Mariæ Virg. op.Spec.B.Virg.c.9.
81. Diabolus quomodo imprimat characterem. 1.4.d.6.p.1.a.1.q.5.ad 1.V.*Suprà*.n.10.& 78.
82. Diaboli aqua sunt voluptates carnales, quibus anima ipsi dedicatur. ser.1. de dedic.templ.
83. Diabolus carpentarius in ædificatione civitatis Mundi.ser.2.de dedic.templ.
84. Diabolus habet sex filias,quas tradit in vxorem varijs,scilicet septem vitia capitalia, sed luxuriam tradit omnibus.op.diat.sal.tit.3.c.5.
85. Abire retrò post Diabolū quid sit.V.*Abire*.n.1.
86. Ambitio Crux Diaboli. V.*Ambitio*.n.5.
87. Diabolus Aquila.V.*Aquila*.n.6.
88. Diabolo servitur descendendo. V.*Christi varia*.n.272.
89. Diaboli cibus peccata.V.*Cibus*.n.13.
90. Diabolus cibus peccatoris.V.*Cibus*.n.22.
91. Diabolus expellitur contritione. V.*Contritio*. n.59.
92. Diaboli curia.V.*Curia*. Regnum.V.*Dei varia*. n.142.
93. Diabolus, & Deus non possunt simul habitare.V.*Dei varia*.n.160.
94. Diabolus, & Deus venator animatum. V.*Dei varia*.n.191.
95. Dives Diaboli quis.V.*Dives*.n.2.
96. Diaboli satellites sunt sequentes divitias. V.*Dives*.n.24.
97. Divinatio omnis est à Diabolo. V.*Divinatio*. num.4.
98. Eucharistia Dæmonibus formidabilis.V.*Eucharistia effectus*.n.22.
99. Diabolo immolare est histrionibus dare.V.*Histrionibus*.
100. Diaboli ædificium quomodo comburatur. V.*Ignis*.n.33.
101. Diaboli sequela facit ignobilè.V.*Ignobilitas*.
102. Quare Diabolus obedit maleficio.V.*Maleficio*.n.5.
103. Diaboli panis, stabulum, solitudo.V.*Munifidus*.n.70.& 86.

## Diaconus.

1. Diaconus, & Diaconissa interpretatur Minister,subdiaconus, subminister. 1.4.d.24.a.2.q.4. corp. V.*Ordo Sacer.*

2. Diaco

2. Diaconatus est ordo Sacet à Christo institutus, cuius officium est immediatè assistere, & ministrare Sacerdoti celebranti, & ei præbere hostiam consecrandam. l. 4. d. 24. p. 2. dub. 3. & a. 1. q. 4. & a. 2. q. 4. & op. Cent. p. 3. l. 53. & s. 2. 2. Hex.
3. Diaconi in primitiva Ecclesia sanguinem Christi dispensabant. l. 4. d. 24. p. 2. dub. 3. & ser. 2. 2. in Hex.
4. Quandonam imprimatur character in diaconatu. l. 4. d. 24. p. 2. dub. 3. & a. 1. per tot.
5. Diaconi quare Levitæ dicantur. l. 4. d. 24. p. 2. dub. 3.
6. Diaconus præbens thuribulum sacerdoti in Missa significat Christum præsentantem opera nostra Deo Patri, & Angelum offerentem Deo nostras orationes. op. diæt. sal. t. 2. c. 5.
7. Diaconus legens Evangelium facit Crucem in libro, in fronte, & in pectore, quia debet prædicare crucem, nec eam erubescere, & in corde sentire, quod prædicat. in Pf. 142.
8. Diaconissæ quæ dicebantur in primitiva Ecclesia, & earum officium: erantque absque ordinibus sacris. l. 4. d. 25. art. 2. q. 1. corp. V. *Mulier*, num. 19.

*Diadema.*

Diadema est Christus. V. *Christi varia*. n. 42.

*Dialectica.*

1. Dialectica, seu logica Christi habet syllogismum constructivum, & reparativum per mediū, quod est ipse Christus in Cruce. ser. 1. Hex. & de lumin. V. *Logica*.
2. Dialectica Diaboli quænam sit. serm. 1. Hex. & de lumin.
3. Dialectica seu logica à Sacra Scriptura habuit initium, & in ea habet suum complementum. op. princ. S. Script. & op. de reduc. art. ad Theol. V. *Logica*.
4. Dialectica quomodo inservit ad cognoscendam lucem æternæ veritatis. ser. 4. Hex.

*Diana.*

1. Diana dicitur stella Veneris, eo quod est solis prænuntia, & tota radiosa: dicitur & stella matutina. ser. 2. de Apost.
2. Dianæ, seu Veneris stellæ proprietates. op. Comp. Theol. l. 2. c. 7.
3. Dianæ templum combustum est apud Ephesū, ut per hoc fieret famosus in mundo. ser. 1. de S. Gregor.

*Diaphanum.*

Diaphanum requiritur ad abstractionem speciei, sicut & ad diffusionem lucis. V. *Species intentionales*. n. 32.

*Diaplasma*

Diaplasma qualis figura sit. in Pf. 4. & Pf. 16.

*Dicere.*

1. Dicere est idem quod loqui, idque vel est ad se, vel ad alterum: ad se dicere est idem quod concipere verbum: ad alium verò est idem exprimere: in Divinis primo modo est Verbum generatum: secundò est expressum per creaturas: primum est æternum: secundum temporale. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. ad 3. & in Luc. c. 20. n. 42. V. *Loqui*. V. *Concipere*. V. *Intelligere*.
2. Dicere in Divinis est actus notionalis. l. 1. d. 27. ibid. ad argumen.
3. Dicere, & intelligere in Deo qualiter differant. l. 1. d. 27. ibid. & l. 1. d. 32. a. 2. q. 1. ad arg. & a. 1. q. 1. ad 4.

4. Dicere, & intelligere in nobis sic se habent, ut non intelligamus nisi per verbum: & idè se habent ut effectus subordinati, & ut rationes quo, & quod. l. 1. d. 27. ibid.

5. Dicere in Divinis dicitur tripliciter: primò est idem ac intelligere: secundò idem quod generare: terriò idem ac creare. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 1. corp. V. *Dei generatio*.

6. Dicere qualem reflexionem importet supra dicentem, & supra dictum. ibid. ad arg.

7. Dicere est cogitando intueri, ubi intuitus non est sine conceptu, ut in Patre æterno, & in nobis: non autem in Filio, & Spiritu Sancto, qui licet se intelligant, tamen non concipiunt problem: unde dicere de se dicit aliquid amplius, quàm intelligere. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 1. ad arg.

8. Pater in Divinis importat actum generandi: unde Pater dicit se verbo, id est dicendo generat Verbum. l. 1. d. 32. a. 1. q. 1. ad 4.

9. Dicere Dei aliquando importat productionem alicuius effectus in creatura: aliquando actum quasi exteriori, sed relatum ad interiori, scilicet ad verbū conceptum, per quod dicens se, & omnia loquitur: sicque Pater Filium genuit, per quem omnia disposuit, sicque connotat effectum in habitu, & in hoc sensu dicitur Pf. 61. semel locutus est Deus: aliquando dicit actum intrinsecum, & absolutum, quo quælibet Persona intelligit se, & alia, sicque non connotat effectum nec actu, nec habitu. l. 2. d. 13. dub. 3. & in Pf. 109.

10. Quomodo sit verum, quod dicere Dei est facere. l. 2. d. 37. a. 1. q. 2. ad 1.

11. Dicere est duplex: 1. est idem ac ore proferre: 2. idem ac asserere. l. 3. d. 12. a. 2. q. 1. ad 6.

12. Dicendi modus est triplex, scilicet univocus, analogus, & æquivocus. l. 1. d. 14. a. 1. q. 2. corp. V. *Univocum*. V. *Analogum*. V. *Æquivocum*.

13. Dici diversimodè est vel secundum modum per se, vel per accidens, vel secundum modum intelligendi. l. 1. d. 22. a. 1. q. 4. corp.

14. In Deo secundum modum essendi omnia dicuntur vno modo, scilicet per se: secundum modum verò intelligendi quædam dicuntur per modum substantiæ, quædam per modum qualitatis, & quædam secundum diversum modum se habendi. l. 1. d. 22. ibid.

15. De Deo quot modis aliqua dicuntur secundum substantiam, & secundum relationem. lib. 1. d. 25. a. 1. q. 1. corp.

16. Dici ex tempore est, quod vel est temporale, vel dicit respectum ad temporale: sicque utroque modo aliquo modo aliqua nomina dicuntur de Deo. l. 1. d. 30. a. 1. q. 1. corp.

17. Dici per accidens stat tripliciter, vel pro ut opponitur ad substantiam: vel ad per se, vel ad necessarium. l. 1. d. 30. a. 1. q. 2. corp.

18. Relatio secundum dici. V. *Relatio*.

19. Benedictio secundum dici, & secundum esse quæ sit. l. 4. Dom. de Trinit. V. *Benedictio*. n. 9.

20. Dicere Dei ad hominem est compescere castigatione subita eius machinationes pessimas. in Luc. c. 12. n. 20.

*Dictamen.*

1. Dictamen naturæ est naturale iudicium dictans malum esse fugiendum, & bonum faciendum: ob id dicitur Deo obediendum, ipsum colendum, fieri proximo, quod nobis volumus fieri, & non irrogare ei, quod pro nobis volumus. op. Cent. p. 5. sec. 9. & l. 2. d. 39. a. 1. quæst. 2.

- q.2.corp.V.*Lumen*.n.28.V.*Lux mentium*.V.*Arbitrium*.
2. Dictamen naturæ quomodo est in generali, & etiam in speciali.l.4.d.17.p.2.a.1.q.1.corp.& op. Cent.p.5.ibid.
  3. Dictamen naturæ est rectitudo indita à Deo in creatura rationali ad rectè iudicandum, & rectè volendum, estque duplex adiutorium datum à Deo.op.Brev.p.2.c.11.& l.2.d.39.a.1.q.2.  
*Dictio*.
  1. Dictio geminata in S.Scriptura aliquando sumitur interpositè, vt corde, & corde loqui, ita vt referatur ad loquentem, & audientem: vel significat vniuersalitatē, vt generatio, & generatio, idest omnis generatio: aliquando non interpositè significatque multipliciter.Pf.11.
  2. Dictio geminata non interposita significat vel confirmationem, vt amen, amen: vel velocitatem, vel amorem, vel iram &c.Pf.11.
  3. Dictionis subtractio quandoque fit in S. Scriptura, quandoque additio, quandoque subtractio, & quid importet.Pf.17.
  4. Dictio exclusiua, & exceptiua quid operetur in Propositione.l.1.d.21. dub.3.& art.1. q.1.ad arg.V.*Exceptiua*.V.*Exclusiua*.
  5. Dictionis fallacia.V.*Fallacia*.n.10.  
*Diarrachma*.
- Didrachma mysticè est Passio, quam Christus obtulit pro nobis.Pf.109.  
*Dies*.
1. Dies importat illustrationem à luce procedentem super hæc tenebrosa: mane autem, & vespera dicunt media inter noctem, & diem secundum accessum, & regressum. l.2.d.4.a.3.q.2. corp.
  2. Dies importat revolutionem solis ad motum vltimæ sphaeræ super polos ab oriente in Orientem per occidentem, per quem motum distinguitur dies, & nox.l.2.d.14.p.2.dub.4.& Pf.118. c.6.v.11.
  3. Dierum distinctio fit per motum solis; crescunt, vel decrescunt, secundum quod per illum motum accipitur solstitium æstiuale, vel hyemale. l.2.d.14.ibid.& op.Brev.p.2.c.4.
  4. Dies computatur dupliciter in Scriptura: 1. in quo dies præcedens copulatur nocti sequenti: 2. in quo nox præcedens copulatur nocti sequenti à vespera ad vesperam, & quare.l.2.d.13.d.1.
  5. Dies à Græcis computatur à mane ad mane: ab Hebræis à vespere ad vesperam: ab Astronomis à meridie ad meridiem: ab Ecclesia à media nocte ad mediam noctem; & quare ista diversitas seruetur.l.2.d.13.dub.1.& d.14.p.2.dub.4.V.*Græci*.n.5.V.*Ecclesia*.n.8.
  6. Dies naturalis duo importat, scilicet claritatem aeris, seu rei transparentis, & successionem temporis.l.2.d.13.a.1.q.2.ad 4.
  7. Dies perfectus quomodo fuit in prima creatione lucis.l.2.d.13.ibid.
  8. Dies dicitur malus, vel bonus secundum quod est mensura bonæ, vel malæ operationis: nec aliud est diem benedicere, nisi illum vt mensuram tali actioni deputare.l.2.d.15.dub.5.
  9. Dies hebdomadæ quare quinque denominantur penes dominium planetarum more Gentilium; Dominica vero à nobis; Sabbatū à Iudæis & Ecclesia loco illorum nominum primam: secundam: tertiam feriam &c. l.2.d.15. dub 6. & Pf.23.
  10. Dierum distinctio in creatione Mundi expenditur.l.2.d.12.a.1.q.2.& l.2.d.13.per tot.
  11. Dies secunda quare non fuit laudata à Deo. l.2.d.14.p.1.dub.3.
  12. Dies, & nox quomodo immediatè dividunt tempus.l.2.d.12.a.2.q.2.ad 4.
  13. Dies animæ qualis. V. *Anima ad Deum*.n.76.
  14. Dies an fuerit in triduo ante productionem solis.l.2.d.13.a.1.q.1.
  15. Dies animæ per solem diuinum quomodo fiat. V. *Dei varia*. n.273. Dies gloriæ.V.*Gloria*. n.39.
  16. Dies festus Dei.V.*Dei varia*.n.23.
  17. Dies Domini est dies iudicij, & mortis.Pf.9.
  18. Dies mysticè significat Christum, Angelos, iustos, vitam præsentem, æternam, tempus gratiæ, legem, fidem, cognitionem, novum testamentum, certitudinemque.Pf.18.& Pf.101.
  19. Dies sabbathi stat pro tempore, pro septimana, & pro solemnitate Iudæorum.Pf.23.
  20. Dies prima dicitur Dominica idest Domini & dies solis, & quare.Pf.23.& l.2.d.15.dub.6.
  21. Dies creationis quinam habuerint vesperam, & quinam non.l.2.d.13.dub.& Pf.92.
  22. Dies ruinæ angustia, & vindictæ quinam sint. Pf.118.c.6.v.4.
  23. Per diem significatur in Scriptura omnis motus substratus, & vniuersum tempus fundatum. Pf.118.c.6.v.11.
  24. Dies naturæ spectat ad motum circulearem: fortunæ ad motum sæcularem: & gratiæ ad motum salutarem. Pf.118.c.6.v.11.
  25. Dies iudicij dicitur dies agnitionis, & quare. in Sap.c.3.n.18.
  26. Dies Parasceve erat dies veneris, quidque significat. in Luc.c.23.n.54.
  27. Dies Christi, quem desideravit Abraham qualis, quam clarus, quam pulcher, & quomplex fuerit. in Jo.c.8.n.59.
  28. Dies materialis sicut est latitudo solis super terram, sic dies spiritualis animæ affert illuminationem intellectus per fidem, & affectus per charitatem. In Jo.c.11.n.6.V.*Infra*.n.32.& 34.
  29. Dies festus alius est satanicus, alius humanus, alius Angelicus, alius cælicus, & quid sint. in col.36.
  30. Dies mysticè tres in quibus debemus de somno surgere, scilicet gratiæ, iræ & gloriæ. serm.5. Dom.1. Adū.
  31. Dies triplex incipientium, proficientium, & perfectorum mysticè exponitur. s.1. in Vig. Nativit.
  32. Sol intellectualis currens in Hemispherio nostræ intelligentiæ facit diem spiritualem. s.1. in Hex. & de lumin.V.*Supra*.n.28. & *Infra*. n.34.
  33. Dies sex creationis mysticè trahuntur ad sex visiones scientiales. serm.3. Hex. & ad sex ætates hominis. ser.15. Hex.
  34. Dies spiritualis animæ quomodo acquiritur per donum timoris, pietatis, scientiæ, fortitudinis, consilij, intellectus, & sapientiæ. op. de 7. don. Spir. S.
  35. Dies in mente fit, cum nox est in corpore. op. de don. tim. c.3.
  36. Dies festi quomodo colendi. op. spec. discipl. p.1.c.6.
  37. Dies sabbathi dicatus est Mariæ, quia in ipsa sola remansit fides in morte Christi. op. Medit. vit. Chr. c.84.
  38. Dies, mane, & vespere in Angelis importat cognitionem

- cognitionem meridianam, matutinam, & vespertinam. l. 2. d. 4. a. 3. q. 2. corp.
39. Dierum longitudo quare aliquibus à Deo conceditur, aliisque negatur: & quomodo vera longitudo est in bonorum operum consummatione. in Eccles. c. 7. n. 14.
40. Dies Domini est dies iudicii, diciturque occultus, & manifestus, & quare. Pf. 9.
41. Dies Christi triplex. Vid. *Christi varia*. n. 144.
42. Refectio in fine diei dicitur Cœna. V. *Cœna*. n. 1.
- Differentia: Differre: Distinguere: Diversum: Diversitas, alius, & aliud: Diviso. Vid. Etiam ad peculiaria hæc nomina.*
1. Diversitas, multiplicitas, divisio, separatio, se habent, ut superius, & inferius: separatio enim supponit divisionem: divisio multipliciter: multiplicitas diversitatem: diversitas ponit formæ, vel naturæ distinctionem. lib. 1. d. 24. dub. 1. Et hæc non recipiuntur in Divinis.
2. Alietas, pluralitas, distinctio, & discretio, quæ recipiuntur in Divinis, se habent ut superius, & inferius: discretio enim supponit distinctionem: distinctio pluralitatem: pluralitas alietatem: hæc duo ultima important in Divinis distinctionem à parte rei: alia duo solum in ordine ad nostram cognitionem. lib. 1. dist. 24. dub. 1. & op. Cent. p. 3. sec. 2.
3. Alietas importat distinctionem quantum ad substantiam, pluralitas quantum ad modum quantitatis, discretio in ordine ad visum, & distinctio in ordine ad tactum. l. 1. dist. 24. dub. 1.
4. Diversitas est in ordine ad substantiam: multiplicitas in ordine ad veram quantitatem: divisio quantum ad positionem: & separatio quantum ad ubi: 1. est in ordine ad principium intrinsecum: 2. quantum ad numerum: 3. ad terminum: 4. ad medium interjectum. l. 1. d. 24. ibid. & d. 23. dub. 4.
5. Differentia in creaturis est triplex: 1. est substantiæ, virtutis, & operationis sive substantiæ, & accidentis: 2. suppositi, & differentiæ: 3. entis, & esse: 1. est rei, ut est agens: 2. est entis in genere: 3. est entis in se: 1. est in omni subiecto: 2. in omni individuo: 3. in omni creato, & concreato. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2. corp.
6. Differentia, & multiplicitas sunt unum, & idem: ob id in Deo non cadit, sicut nec compositio. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2. corp.
7. Vbi est differentia, ibi est compositio: ob id prima componentia debent differre ad invicem. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2. corp. & dub. 6. Vid. *De terminare*. n. 1.
8. Diversitas est duplex vel ex origine, hæcque non ponit compositionem, sed tantum ordinem, & respectum: vel ex additione, estque in absolutis, hæcque ponit compositionem: 1. proprie non est diversitas, sed distinctio, & discretio. l. 1. d. 8. ibid. q. 1. ad 2.
9. Distinctio, vel est secundum rem, vel secundum modum: vel est exercita, vel ut concepta. l. 1. d. 4. dub. 1. & l. 1. d. 5. dub. 2. Res stat aliquando pro natura, aliquando pro supposito. l. 1. d. 5. d. 4. Differre secundum modum quid. Vid. *Infra*. n. 132.
10. Distinctio ut exercita in Divinis est relativorum constituentium Personas distinctas: ut concepta, est eorum, quæ sunt relativa iam distinctorum, ut similis, æqualis. l. 1. d. 3. 1. a. 1. quæst. 2. ad 3. V. *Dei Distinctiones*. n. 1. seq.
11. Distinctio unitatum fit, aut continui divisio-
- ne, aut formarum disparatione, aut gradu, seu ordine. l. 1. d. 2. dub. 7.
12. Idem & diversum, & quod medio modo se habet sufficienter dividunt ens. l. 1. d. 4. dub. 2. & l. 1. d. 19. q. vlt. ad 5.
13. Nomen identitas, & alietatis in Deo simul recipitur, quia non se habent ad idem. l. 1. d. 4. dub. 7.
14. Pater in Divinis differt à Filio, & in supposito, & in proprietate, ideo potest dici alius, nõ verò aliud; alius enim respicit Personam, aliud substantiam. l. 1. d. 4. dub. 9. & l. 1. d. 9. dub. 1. Item potest dici Pater est alter à Filio. lib. 1. d. 4. dub. 9.
15. Non habet locum omnimoda distinctio, vbi non est ex diversis causis unio: nec omnimoda unio, vbi est simul cum unione distinctio. lib. 1. d. 4. a. 1. q. 2. corp.
16. Commune dicitur aliquid, vel quia plurificatur in pluribus quantum ad formam, & quantum ad suppositum, & tale habet unitatem rationis scilicet naturæ, quæ admittit distinctionem quantum ad rem, & quantum ad modum, sic dicitur homo ab homine, & duo homines: vel quia plurificatur quantum ad suppositum, non formam, ut Deus, taleque habet unitatem rei, scilicet naturæ, & distinctionem recipit ut modum, non ut rem. l. 1. d. 5. dub. 2. V. *Commune*. n. 1. seq.
17. Habere proprietatem, & non habere non sufficit ad distinguendum: habere autem diversas proprietates inducit distinctionem: primum facit, quod aliquid prædicatur de vno, quod non de altero, ut Petrus est individuum, homo non: secundum facit, quod non possunt prædicari de eodem. l. 1. d. 5. dub. 4. & a. 1. q. 1. ad 1. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 8. a. 1. q. 1. ad vlt.
18. In Divinis non est summa oppositio, quæ est tantum inter aliquid, & nihil: negatio enim in Divinis non est omnimoda, sed ponit extrema positiva. l. 1. d. 5. a. 1. q. 1. ad 1.
19. In Divinis est prædicatio per identitatem ob summam simplicitatem, ut essentia est Pater: nec potest esse omnimoda in creaturis, sed tantum per inhærentiam, in qua terminus aliud significat, & aliud supponit. l. 1. d. 5. ibid. ad 2.
20. Generatio in Divinis est principium distinguendi, & communicandi; & quomodo id eveniat in creatis. l. 1. d. 5. a. 2. q. 2. ad arg. & l. 1. d. 9. a. 1. q. 2.
21. Pater aliud est Pater, aliud est Deus; id intelligi non formaliter, scilicet secundum naturam, sed originaliter. l. 1. d. 6. dub. 2. & l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 2. ad 4.
22. Omnis distinctio vel est per originem, vel per materiã: prima est in Divinis: secunda in creatis. l. 1. d. 7. a. 1. q. 2. corp. & l. 1. d. 11. q. 1. in arg. & l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 2. corp. & d. 24. a. 1. q. 1. & a. 2. q. 2. ad 1. Vnde in creatis non est distinctio per originem solum. l. 1. d. 19. ibid. Nota hic per materiã intelligere individuationem: loquitur enim de distinctione omnimoda sic. l. 2. d. 18. a. 1. q. 3. in corp. ad textum Arist. cum dico cœlum dico formam, cum dico hoc cœlum dico materiam. V. *Infra*. n. 59.
23. Habitudo potest esse Personæ divinæ ad Personam, vel essentiæ ad creaturam: prima est vera relatio: secunda est tantum secundum modum dicendi, seu intelligendi. l. 1. d. 7. art. 1. q. 1. corp.

24. Esse Deum, & esse Patrem differunt secundum rationem intelligendi: illud enim est absolute, istud relativum. l. 1. d. 7. ibid. q. 3. corp. & l. 1. d. 33. a. 1. q. 2. ad 1.
25. Possè intelligi vnum absque altero in Divinis, quando importat distinctionem. l. 1. d. 7. art. 1. q. 3. ad 4.
26. Possè creare, & generare, possè creari, & generari nihil differens realiter dicunt in Deo quoad principale significatum: benè autem quoad connotatum. l. 1. d. 7. a. 1. q. 3. & 4.
27. Divina essentia eo modo est distinguibilis, quò habet proprietates. l. 1. d. 8. p. 1. dub. 1.
28. Veritas quomòdò in Deo, & in creatura est privatio indivisionis. l. 1. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. corp.
29. Veritas est proprietas divinæ essentiæ, & quomòdò ab ea distinguatur. l. 1. ibid. q. 1. ad arg.
30. In omni creatura cadit aliqua differentia. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 2.
31. Compositio accidentis ad subiectum necessariò præsupponit aliam compositionem: forma enim pura non potest esse subiectum. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 3.
32. Magnitudo in Deo, & bonitas significat divinam essentiam per modum quantitatis, & qualitaris. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 4. Et Deitas per modum substantiæ. l. 1. d. 19. p. 1. dub. 3.
33. Proprietas quot modis possit distingui ab alia proprietate in Divinis, & in creatis. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. ad 4.
34. Deus distinguitur ab alijs non per aliquid, quod ipsum arctet sicut per differentiam cadentem in genere, sed se ipso: non sic creaturæ. l. 1. d. 8. p. 2. a. 1. q. 4.
35. Habens varietatem formarum vt generis, speciei, & differentiæ, habet & multiplicitem intrinsicam. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 2. & l. 1. d. 9. a. 2. q. 2. ad ult.
- Hinc deducitur in eodem supposito esse plures realitates à parte rei distinctas.
36. Masculinum genus importat distinctionem, & discretionem, vt alius. l. 1. d. 9. dub. 1. aliquando est dispositio rei, vt homo: aliquando in modo tantum intelligendi, vt lapis. l. 1. d. 8. p. 1. dub. 7.
37. Nomina quædam in Divinis significant substantiam, & per modum substantiæ: hæcque sunt vel substantiva, vel substantivata, vt æternus, immensus: hæcque nullo modo plurificantur: vel substantiam per modum adiacentiæ, qualia sunt adiectiva adiectivè tentas, suntque verba, & participia, hæcque plurificantur: alia, quæ importat substantiam in adiacentia, connotando intra relationem mutua, & hæc dicuntur pluraliter. l. 1. d. 9. dub. 2.
38. Idem est Persona, & essentia non tamen sunt ad idem. l. 1. d. 9. a. 1. q. 2. ad 3.
39. Licèt punctus sit principium, & finis diversarum linearum, tamen quia non sunt relationes mutua, ob id non importat distinctionem realem: non sic in Divinis inter generantem, & genitum. l. 1. d. 9. a. 1. q. 2. ad 4.
40. Ad hoc vt relationes distinguantur realiter oportet, vt sint mutua, & secundum esse. l. 1. d. 9. art. 1. quæstione 2. ad 4.
41. Separatio dicitur tripliciter, scilicet localis secundum distantiam: essentialis secundum differentiam, estque substantialis: & secundum proprietatem relativam, estque propriè distinctio. l. 1. d. 10. a. 2. q. 2. ad 1.
42. Nexus in Divinis importat distinctionem, & vnitatem. l. 1. d. 10. ibid. & q. 3. & l. 1. d. 11. art. 1. q. 2. ad arg.
43. Differentiæ se ipsis differunt, non per aliud, aliàs esset abire in infinitum. l. 1. d. 13. art. 1. q. 3. corp. Innotescunt tamen per alias consequentes. ibid. & l. 1. d. 19. a. 1. q. 3. p. 2. ad ult.
44. Generatio, & spiratio in Divinis se ipsis differunt, nobis tamen innotescunt per alias differentias secundum rationem intelligendi ad eas consequentes, scilicet quia generatio est ab vna per modum perfectæ assimilationis: spiratio à duobus. l. 1. d. 13. ibid. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. fund.
45. Natura, & voluntas in Deo sunt idem, tamen voluntas respicit aliquid in ratione principij, quod non natura: & quia comparantur ad emanationes sub ratione principij, hinc etiam emanationes differunt. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3. ad 1.
46. Emanationes in creatis differunt penes terminos, non in Divinis; & si dicatur etiam differre, terminus debet accipi pro supposito. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3. ad 3.
47. Emanationes divinæ differunt se ipsis differentia nec substantiali, nec accidentali, sed relativa, seu originali. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3. ad arg.
48. Generatio, & creatio ratione connotati magis differunt, quàm generatio, & spiratio: ratione verò principalis significati minùs. lib. 1. d. 13. ibid. ad ult.
49. Diversitas cadit in natura, non in Personis: idè in Christo est diversitas naturarum, non in Deo. l. 1. d. 16. dub. 2.
50. Quantitas molis essentialiter differt ab ipso quanto: non verò quantitas virtutis. l. 1. d. 17. p. 2. a. 1. q. 1.
51. Spiritus, amor, & donum sunt vna notio Spiritus Sancti differentes secundum modum significandi. l. 1. d. 18. a. 1. q. 5. ad 4.
52. Vbi æqualitas, ibi diversitas, & vnitatem etiam: in Divinis est suppositorum diversitas, & vnitatem naturæ: in creatis est etiam naturæ. l. 1. d. 19. p. 1. a. 1. q. 1. ad 4.
53. Pluralitas in creaturis duo importat, scilicet aliquorum distinctionem, & ex ipsis vnus constitutionem: primum est in Divinis: non secundum. l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 1. ad 3.
54. Distinctio Personarum non potest significari per additionem termini numeralis ad hoc nomen Deus præterquam hoc, scilicet trinus, quod significat Trinitatem in vnitatem. l. 1. d. 19. p. 2. dub. 4.
55. Totum, & partes constituentes essentialiter distinguuntur. l. 1. d. 19. p. 2. q. 1. ad 3. & l. 1. dist. 3. p. 2. a. 1. q. 3. ad 1.
56. Communicabile, & incommunicabile in Divinis dicunt differentiam reationis, seu secundum modum, non secundum rem. l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 2. ad 4.
57. Distinctio suppositorum est maior quàm accidentalis: licèt enim illa innotescat per accidentia, tamen non per illa fit. l. 1. d. 19. ibid. q. 2. corp.
58. In Divinis vnitatem est in communicabili: distinctio in proprio, & incommunicabili. l. 1. d. 19. p. 2. a. 1. q. 2. corp.
59. Quomòdò distinctio per origines non potest esse in creaturis. lib. 1. distinct. 19. ibid. V. *Suprà* num. 22.

60. Materia se ipsa differt à forma; idè non omnis distinctio est à forma, sed tantùm perfecta. l.1.d.19. ibid. q.3. ad 6.
61. Differentiæ primæ, & summæ sunt inter incausatum, & causatum, inter ens actu, & ens in potentia. ibid. q.3. ad 6.
62. Quomodò quo est, & quod est, sublata differentia, quæ est in creatis, cadit in Deo. lib.1. ibid. q.3. ad 5. & q.4.
63. Diversitas secundùm numerum in quo sensu possit admitti in Divinis. l.1. ibid. & d.24. a.2. q.1. & 2. & a.3. per tot.
64. Differre re est differre vel secundùm essentiam, vel secundùm Personam. l.1. d.19. ibid. q.4. ad 3.
65. Idem, & diversum in creatis quæ numerantur, dividit sufficienter ens: non in Deo: nam distinctio personalitatum tenet medium. l.1.d.19. ibid. ad 5. & d.23. dub.4.
66. Quæ differunt re, vel differunt numero, vel specie, vel genere. ibid. q.4. ad arg.
67. Diversitas venit ex parte materiæ. lib.1. d.19. ibid. aliquando, verò aliundè venit. lib.2. d.14. p.2. a.2. q.1. corp.
68. Quæcumque differunt numero, numerant omnia, quæ sunt in se ipsis, quæ insunt ex parte principii formalis. l.1.d.19. p.2. ibid.
69. Quæ differunt numero sunt separabilia saltem imaginatione, & intellectu. ibid.
70. Ad diversitatem numericam concurrunt quo est, quod est, & qui est, idest natura, res naturæ, & suppositum. l.1. d.19. idid. q.4. corp. & d.23. a.1. q.3. corp. & d.26. a.1. q.1. corp.
71. Distinctio individualis in creaturis venit ex forma ut adveniente materiæ: sic enim eam trahit in partem, & distinguit. l.1. d.19. ibid. q.2. corp. & l.2. d.3. p.1. a.1. q.1. in arg. & a.2. q.1. ad arg. & q.3. per tot.
72. In Divinis numerus distrahit à ratione perfecta numeri, cum sit ibi tantùm distinctio hypostasum: item & ordo à ratione ordinis simpliciter, cum ibi non sit antecessio, sed tantùm originis emanatio. lib.1. d.20. art.2. q.1. ad arg.
73. Distinctio secundùm modum significandi, seu per nomina, quando importat aliquid à parte rei, & quando non. lib.1. d.22. art.1. quæst.2.
74. Dei sapientia, bonitas, potentia &c. licet in Deo sint unum, & idem, tamen adest aliqua distinctio, & quomodò &c. lib.1. d.22. a.1. q.2. ad arg. & q.3. corp. & quæst.4. ad 3. Vid. *in frâ.* num.85.
75. Persona de sui ratione dicit suppositum distinctum proprietate ad dignitatem pertinens. l.1.d.23. a.1. q.1. corp. & d.25. a.2. q.1.
76. Substantiæ, & essentiæ nomen propriè in Divinis non multiplicatur. l.1.d.23. a.2. q.2. & 3.
77. Numerus pluralis significat plurificationem termini secundùm suppositum, & formam in nomine substantivo, cum plurale geminet suum singulare: hinc non potest dici plures Dij. l.1. d.23. a.2. q.2. corp.
78. In Divinis recipimus unitatem, non singularitatem, nec solitudinem: quia singularitas excludit communicabilitatem, solitudo pluralitatem: unitas verò eam admittit in pluribus. l.1.d.24. dub.1.
79. Unum quomodò recipitur in Divinis, & in Deo, & quo sensu sit principium multitudinis, & an dicat privationem, & positionem. l.1.d.24. a.1. q.1.
80. Unitatis ratio est ratio distinctionis ab aliis cum sui indivisione. l.1.d.24. a.1. q.2. corp.
81. Distinctio in creaturis unde veniat. l.1. d.24. a.2. q.2. ad 1.
82. Nulla notio dicitur de tribus Personis; bene autem commune ad notiones. l.1.d.24. a.2. q.2. ad 3.
83. Res secundùm quam aliqua nominantur vel distinguuntur quot sumitur modis. lib.1. d.25. dub.3. & d.29. a.1. q.2. ad ult.
84. Propositiones personales in Divinis realiter à se invicem, & à Personis aliquo modo differentes debent recognosci: hinc tres modi prædicandi in Divinis distinguuntur, scilicet, in quid, in quis, & in quæ, seu in quo modo, scilicet, essentialiter, personaliter, & notionaliter. l.1. d.26. a.1. q.1. corp.
85. Differre ratione aliquid dicitur vel à parte nostræ apprehensionis, sic bonitas, & magnitudo in Deo: vel secundùm differentiam attributionis, qua attribuitur aliquid uni, quod non alteri, sic essentia, Persona, & notio; vel secundùm pluralitatem distinctionis, sic Persona à Persona, proprietas à proprietate: hæc tertia est major, & à parte rei: prima est minima. l.1.d.26. ibid. ad 2. Vid. *Suprà.* n.74.
86. In creaturis est communitas non solum rationis, sed & naturæ: Petrus enim, & Paulus conveniunt in natura. l.1.d.26. ibid. ad 2.
87. Proprietates personales in eadem Persona differunt per habitudinem ad alteram à parte rei. l.1.d.26. ibid. ad arg. 3. & 4. & in fund.
88. Creatura se ipsa refertur ad Deum, & materia ad formam, & è contra; ita tamen quod materia non est suus respectus &c. l.1.d.26. ibid. ad 6. Unde omnis relatio differt aliquo modo ab eo, cujus est relatio. l.1.d.26. ibid.
89. Relatio ratione, in, transit in subiectum; ratione, ad, remanet, & per hoc importat distinctionem in Divinis. lib.1. d.26. art.1. quæst.2. corp.
90. In Divinis proprietates personales sunt rationes distinguendi, & etiam innotescendi distinctionem. l.1.d.26. a.1. q.3. corp.
91. Proprietates originis quomodò reducuntur ad absolutum. l.1. d.26. a.1. q.3. ad 1.
92. Esse respectivum quia dicit originem in Divinis, dat esse absolutum, & respectivum. l.1. d.26. ibid. q.3. ad 2.
93. Quomodò proprietates, relationes, & notiones sunt rationes distinguendi in Divinis, & qualiter differant. l.1.d.26. a.1. q.4.
  6. Dominicalis index pro Concionatoribus exponitur. op. diæt. sal. in fine.
  7. Dominica dies significat resurrectionem Christi, & nostram. in Luc. c. 24. n. 53. dicitur dies Solis. V. *Dies*. n. 20.  
Ejus dignitas multiplex exponitur. op. Comp. Theol. l. 2. c. 10.  
Et quare sic vocatur. Ps. 23.
  8. Dominica dies quare ex Sabbatho mutata est. opusc. Spec. an. c. 2.  
Palmarum. Dominica quare cantatur post processionem Passio. Ps. 29.  
Dominica in Albis, quare sic dicatur. Psal. 64. Vid. *Sabbatum*. n. 2.
9. Domi



9. Dominicæ diei observatio partim est moralis, partim cæremonialis, scilicet de jure divino quoad vacandum Deo aliquo tempore: & de jure positivo quoad tale, vel tale tempus. op. Spec. an. c. 2. & op. de dec. præc. ferm. 4.
10. Dominici diei, & aliorum festorum observatio qualis. Vid. v. *Festum*.

*Dominium.*

1. Dominium est potestas coercendi subditos. l. 1. d. 30. a. 1. q. 1. corp. & d. 44. art. 2. q. 1. & lib. 2. d. 2. p. 1. dub. 2. V. *Arbitrium*. n. 15. & seq.
2. Dominium est duplex, quoddam quod opponitur coactioni, & quoddam quod opponitur subjectioni: 1. est voluntatis dominantis in regno animæ: 2. est omnium subditorum. lib. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 3. corp. & l. 4. d. 24. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4. V. *Potestas*. Aliud spirituale: aliud temporale. V. *Abbas*. n. 9.
3. Dominium, potestasque præsidendi omnis est à Deo ordinante, vel permittente. l. 1. d. 44. art. 2. q. 1. corp. V. *Potestas*.  
Quare introducta in homines, nec est contraria libertati. in Ecclen. c. 8.
4. Dominium obtinetur vel cum justitia, vel cum astutia, vel cum violentia. l. 1. d. 44. ibid.
5. Dominium malorum principum quomodo est à Deo. l. 1. d. 44. ibid.
6. Dominandi potestas est triplex: 1. largissime sumitur respectu rei, qua homo potest ad libitum suum uti: 2. communiter respectu potentiam imperandi: 3. strictè pro potestate coercendi subditos, hæc propriè dicitur dominium, cui correspondet servitus: 1. & 2. est communis naturæ institutæ, & lapsæ: 3. est naturæ tantum lapsæ, quia ei inest secundum culpæ punitionem. lib. 1. d. 44. a. 2. q. 2. corp. & quæst. 1. ad 4.
7. Dominium non inest viro respectu uxoris: est enim ejus sociæ, licet sit ipse caput. lib. 1. d. 44. a. 2. q. 2. ad 1.
8. Dominium quale sit in Angelis. l. 2. d. 44. a. 2. q. 2. corp. & ad 2. V. *Angelorum Prælatio*.
9. Dominium dicit dignitatem in dominante, & indignitatem in servo. l. 1. dist. 44. ibid. ad argumentum.
10. Dominium, & servitus quomodo facit ad conservationem ordinis naturalis. l. 1. d. 44. a. 2. q. 2. ad 4.
11. Dominium, & servitus triplex. l. 1. d. 44. art. 3. q. 1. corp.
12. Dominis temporalibus, & tyrannis, qua servitute tenentur Christiani obedire. lib. 1. d. 44. a. 3. q. 1.
13. Lex evangelica à qua servitute liberat. lib. 1. ibid.
14. Servitus totalis hominum, licet per redemptionem vocati sumus in perfectam libertatem, non aufertur totaliter in hoc statu. lib. 1. d. 44. ibid. ad arg.
15. Dominis non obediendum in his, quæ sunt contra Deum. l. 1. ibid. q. 1. corp.
16. Dominium, & usus rei qualiter distinguantur. op. Expof. reg. S. Franc. c. 6.
17. Dominium, seu dominatio in subditos quales condiciones habere debeat, ut rectè exercentur. in Ioan. col. 35.
18. Dominium Dei est duplex: 1. est præsidentiæ, & majestatis: 2. omnipotentiam: 1. communicatum est à Deo Beatæ Virgini: 2. nulli creatu-

ræ. lib. 3. d. 9. art. 1. quæst. 3. ad 2. Vid. *Dei varia*. num. 127.

19. Dominii, & usus renuntiatio in quo consistat. Vid. *Abdicatio*. n. 4.
20. Dominium rerum translatum est ab Ægyptiis ad Hebræos. Vid. *Ægyptiorum*. n. 9.
21. Dominium Dei, & Diaboli. Vid. *Dei varia*. num. 127.

*Dominus.*

1. Dominus est nomen importans relationem ad servum secundum esse. l. 1. d. 30. a. 1. q. 3. V. *Dei varia*. n. 84. & 201.
2. Inter Deum Dominum, & creaturam quænam relatio inest. l. 1. ibid. q. 3. corp. & dub. 1. & lib. 2. d. 2. p. 1. dub. 2.
3. Dominus est nomen importans præsidentiæ in subditos, vel habitualementem, ut in Deo ab æterno: vel actualementem, quæ ex tempore incepit esse in Deo. l. 2. d. 2. p. 1. dub. 2. & l. 1. dist. 30. ibid. & Psalm. 18. & 28. & 82. Vid. *Dei varia*. num. 36. sequent.  
Verus Dominus quis sit, & quæ ejus condiciones. in Ioan. col. 35. V. *Dei varia*. num. 84. & 201.
4. Dominus hoc nomen commune est analogicè Deo, & creaturæ: unde rei significatæ per hoc nomen debetur cultus duliæ: sicque Deo, ut Deo debetur latria: ut Domino dulia, quatenus tamen dulia est quid commune, & superius ad utramque adorationem. lib. 3. d. 9. a. 2. q. 4. corp. & ad 1.
5. Dominus interpretatur quasi dans munus, proprièque convenit Deo dante nobis triplex munus, scilicet legis, virtutis, & salutis. Ps. 118. c. 7. vers. 1.
6. Duobus Dominis simul non potest homo servire, scilicet Deo, & Diabolo, & mundo, & carni. in Luc. c. 16. n. 13. Vid. *Homo ad Deum*. n. 126.
7. Domino servitur timore, Patri amore. op. de Orat. Domin.
8. Dominus vobiscum dicatur solis hominibus, quia cum his est propriè solùm, scilicet per gratiam, non cum bestiis. l. 1. d. 21. dub. 2.

*Domus.*

1. Domus materialis, & spiritualis, quas condiciones debeat habere. Ps. 100.
2. Domus significat vitam æternam, Ecclesiam triumphantem, & militantem, animam justæ, & lapideam. Ps. 35. V. *Ecclesia*. n. 60. & 163.
3. Domus spiritualis ex qua homo debet exire est mundus, caro, & propria voluntas. Ps. 113.
4. Domus Dei est ubi Deo servitur. in Luc. c. 15. num. 17.  
Est B. Virgo, Pauper, Conscientia, sacra Scriptura, Ecclesia, Cælum. in Luc. c. 19. v. 7. V. *Christi varia*. n. 107. V. *Mariæ epitheta*, &c.
5. Domus, in qua Christus opportunè manet est septiformis, scilicet domus materialis viri misericordis in pauperes: 2. Basilica materialis, in qua manet in Eucharistia: 3. Ecclesia militans: 4. Uterus virginalis: 5. Conscientia munda: 6. Scriptura sacra: 7. Hierusalem superna. in Luc. c. 19. n. 7. & ser. 3. Dom. 10. post Pent. & ser. 1. de Dedic.
6. Ecclesia dicitur domus Dei, quia in ea colitur, & adoratur. ferm. 1. de Dedic.  
Quare dicitur domus orationis. ferm. 4. de Ded. Vid. *Ecclesia*. n. 61.

7. De dedicatione domus Dei agitur, & ejus mysteriis. *ferm. 1. & seq. de dedic.*
8. Domus sapientiæ est domus Dei, in qua excisæ sunt septem Columnæ. *ferm. 1. Hexaëm.*
9. Domus Dei est corpus Christi. *Vid. Christi humanitas. n. 57.*
10. Domus Dei, vel Diaboli est homo. *Vid. Homo ad Deum. n. 131. Vid. Mundus. n. 71.*

*Donec.*

1. Donec, est adverbium multipliciter significans in sacra Scriptura: aliquando stat pro quamdiu: aliquando pro, ut: & pro, &, quandoque posito consequenti ponitur antecedens: quandoque pro æterno. *Pf. 109.*
2. Donec, potest dicere primum respectu secundi: aliquando dicit terminum incertum. *l. 4. d. 30. dub. 4.*

*Donum, Donatio.*

1. Donum est propriè nomen Spiritus sancti, & quomodò. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 1. & per tot. art. Vid. v. Spiritus sancti dona. n. 15. seq.*
2. Donum importat relationem, & proprietatem magis, quam Spiritus sanctus, *l. 1. d. 18. dub. 1. & q. 2.*
3. Donum qualem respectum importet in Spiritu sancto. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 2. & 4. & l. 1. dist. 15. p. 1. dub. 2.*
4. Donum, in quo omnia alia dona donantur, quot sensus habere potest. *l. 1. ibid. q. 1. corp.*
5. Spiritu sancto circumscripto est intelligere in Deo donorum causalitatem, sed non exemplaritatem donationis sub ratione donationis, quia non intelligitur processus amoris. *lib. 1. d. 18. a. 1. q. 1. ad 4.*
6. Donum, si sumitur secundum actum dicitur, quod datur: si secundum habitum dicitur, quod est donandum aliquando: si secundum aptitudinem dicitur, quod est aptum donari: his duobus ultimis modis dicitur æternaliter de Spiritu sancto: 1. modo dicitur temporaliter. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 2. corp. & q. 5.*
7. Spiritus sanctus dicitur non donum ex tempore, licet donetur ex tempore: quia donari dicit & doni emanationem, & ejus communicationem, & hoc consequitur esse doni. *lib. 1. d. 18. q. 2. ad 5.*
8. Donum, ut dicitur de Spiritu sancto, antecedit rationem dati, quia ex se importat liberalitatem, etiam si nunquam detur: in aliis verò rebus datum antecedit. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 2. ad 4. & q. 3. ad 4. Vid. Dare. n. 5. & seq.*
9. Donum, & datum, & datio qualiter differant; & quomodò convenientius dicitur de Spiritu sancto donum, quam datum. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 3. & 4. & opus. de 7. don. cap. 2. Vid. Dare. num. 5. sequent.*
10. Quarè Filius non emanat per modum donabilis, cum ei communicetur liberalitas. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 4. ad 3.*
11. Donum est proprietas distinctiva Spiritus sancti pro ut dicit processionem. *l. 1. ibid. q. 5. Unde donatio Spiritus sancti passiva, & processio sunt idem. l. 1. d. 15. dub. 3.*
12. Donum, amor, & Spiritus eandem proprietatem dicunt, sed ratione differentem. *lib. 1. d. 18. a. 1. q. 5. ad arg.*
13. Quomodò possit Spiritus sanctus dici spiritus noster ratione donabilitatis. *l. 1. d. 18. q. 5. corp. ubi agitur de vi horum nominum meus, & noster; & quomodò possit aptari Deo respectu nostri. ibid.*
14. Donum dicitur de Spiritu sancto, quia nos connectere Deo natus. *l. 1. d. 18. q. 5. ad 5. Hinc post personalem donationem omnis donatio gratuita est, & ab illa accipit rationem donationis: hinc dona Spiritus sancti. l. 1. d. 18. q. 1. corp.*
15. Donum propriè dicitur de gratuitis tantum; datum etiam de naturalibus. *lib. 1. d. 18. q. 3. in arg. Vid. Dare.*
16. Quædam sunt dona, quæ semper sunt à Spiritu sancto, & cum Spiritu sancto, ut est charitas: quædam à Spiritu sancto, sed numquam cum Spiritu sancto, ut timor servilis, quædam aliquando sunt, aliquando sine Spiritu sancto, ut fides, & prophetia. *l. 1. d. 18. a. 1. q. 1. corp. & op. Cent. p. 3. sec. 45. & l. 4. d. 14. p. 1. art. 2. q. 2. ad arg. & l. 1. d. 17. p. 1. dub. 4.*
17. Donum excellentissimum est charitas. *l. 1. d. 17. p. 1. dub. 4. & l. 3. d. 34. p. 1. q. 3. ad 1.*
18. Donum aliud sumitur propriè, estque quod provenit aliundè, scilicet a Spiritu sancto, ut gratiæ infusæ: aliud communiter, quod habetur per acquisitionem, sed cum adjutorio Dei: hoc secundum datum etiam malis, & etiam Dæmonibus. *l. 2. d. 7. p. 2. a. 1. q. 1. ad ult.*
19. Donum qualiter differat à virtutibus, & gratia sacramentorum, donorum, & virtutum, & quomodò differat. *l. 4. d. 1. p. 1. q. 6. & l. 3. d. 34. p. 1. q. 1. corp.*
20. Dona dantur à Spiritu sancto ad expediendas potentias animæ in agendo quoad declinationem mali, & operationem boni. *op. Cent. p. 3. sec. 45.*
21. Virtutes infusæ, dona, beatitudines, & fructus sic ordinantur, quod virtutes rectificant potentiam ad rectè agendum: dona reddunt animam expeditam ad agendum: ob id dicunt majorem abundantiam bonitatis, beatitudines verò animam perficiunt, reddentes eam proximam Deo, & conformem gloriæ: fructus verò præstant refectionem animæ, in qua est status: sacramenta verò sunt adminicula omnium istorum ad dandam gratiam omnia ista operantem, & curantem à malis. *l. 3. d. 34. a. 1. q. 1. corp. & q. 3. p. 1. & op. Brev. p. 5. c. 5. & op. diæt. sal. t. 5. c. 1. ob id dicitur, quod virtutes consistunt in actione: dona in passione. l. 3. d. 9. a. 2. q. 1. ad arg.*
22. Dona, & virtutes, quantum ad originem sunt à gratia, quantum ad usum virtutes præcedunt. *l. 3. d. 34. p. 1. q. 2. & d. 36. q. 2.*
23. Dona Spiritus sancti sunt septem: tum ut respondeant virtutibus cardinalibus, & Theologicis: tum respectu vitiorum capitalium, & lymphomatum consequentium: tum per comparisonem ad fines proximos, & ad actus proprios. *l. 3. d. 34. p. 1. art. 2. q. 1. & opusc. Cent. p. 3. sec. 45. & op. Brev. p. 5. c. 5.*
24. De ordine enumerationis donorum agitur. *l. 3. d. 34. p. 1. a. 2. q. 2. & op. de 7. don. de dono intellectus. c. 1.*
25. Dona Spiritus sancti in patria perfectiora remanebunt. *ibid. q. 3.*
26. Dona ad sanitatem ordinantur, scilicet vel restituendam, vel præservandam: vel continuandam. *ibid. q. 3. ad 1.*
27. Dona in statu innocentiae ad quid fuissent data. *ibid.*

28. De donis Spir. sancti agitur in speciali. lib. 3. d. 34. p. 2. & seq. & op. de 7. don. Spir. sanct. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 38. & op. Phar. l. 3. c. 47.
29. De dono timoris. lib. 3. d. 34. per tot. Pieratis fortitudinis. ibid.  
De dono sapientiæ intellectus, & scientiæ, consilii, fortitudinis, & pietatis. l. 3. d. 35. per tot. Vid. *Propriis nominibus*.
30. Dona gratuita an sint ex charitate diligenda. l. 3. d. 28. a. 1. q. 5.
31. Donum qualem distinctionem in Divinis importet. l. 1. d. 15. p. 1. dub. 2. & quomodo potest prædicari de Spir. sancto. ibid. & l. 1. d. 27. a. 1. q. 2. ad 4.
32. Dona virtutum possunt esse informia præter habitum charitatis. l. 1. d. 17. p. 1. dub. 6.
33. Dona quomodo sint æqualia. lib. 2. dist. 9. q. 4. ad 2.
34. De dono intellectus agitur, & ejus effectibus. ser. 3. Hex.
35. Dona naturæ, & gratiæ à Deo qua formalitate recipiuntur, idest an ut à Domino: an ut à Salvatore. Ps. 2.
36. Donum est datio irredibilis. Psal. 111. & l. 1. dist. 18.
37. Donum pretiosum reddunt quatuor, scilicet dantis majestas, gratuitas donationis, pretiositas doni, & utilitas finalis doni. in Joan. col. 17.
38. Dona nobis data sunt quinque talenta ad lucrandum, scilicet naturæ, fortunæ, potentiæ, scientiæ, & gratiæ. serm. 2. Dom. 8. post Pent.
39. Dona cum augentur, etiam crescunt rationes donorum, scilicet obligatio. serm. 2. ibid.
40. Donorum habitus sunt effectus gratiæ spectantes ad proficientes. op. Cent. p. 3. sec. 36.
41. Dona quò majora, eò paucioribus communicari debent. l. 3. d. 2. a. 2. q. 3. ad 3.
42. Donum Spiritus sancti est cognitio pœnarum futurarum: est enim cognitio supernaturalis, sicut & eas refugere, licet sit timor servilis. l. 3. d. 4. p. 2. a. 1. q. 1. corp.
43. Dona Spiritus sancti sunt digitus Dei. Vid. *Christi varia*. n. 270.
44. Donatio, & dos qualiter differant. Vid. *Dos*. num. 12.

*Dorix.*

Dorix interpretatur medicamentum, significatque medicinam à Christo præparatam. lib. procem. & in Sap. c. 9.

*Dormire.*

1. Dormire in Deo quid sit. opuscul. sum. de essentia.
2. Dormitio multiplex exponitur. Ps. 3. & 4.
3. Dormire in sacco quid sit. l. 4. d. 17. p. 1. dub. 8.
4. Dormitio Christi quoruplex. Ps. 45. & 56.
5. Dormiens cur non possit mereri, nisi ratione actus antecedentis in vigilia. lib. 2. d. 25. p. 2. q. 6. ad arg.
6. Dormientes non habent usum liberi arbitrii, & quare. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 6. corp.

*Dos.*

1. Dos in patria est illud, quod immediate, & absque habitu medio animam Deo conjungit: unde sapientia, & intellectus non sunt dotes, quia conjungunt animam Deo, sed medio habitu: ob id dicuntur non dotes, sed præmiationes. op. Comp. Theol. l. 7. c. 24. V. *Agilitas*. V. *Beatitudo corporis*.

2. Dotes non appellantur quælibet, sed tantum præcipua disponentia ad actum vitæ gloriosæ: sic in terra non quodcumque donum datum sponsæ dicitur dos, sed donum præcipuum, de quo sustentari debet. opusc. Comp. Theolog. l. 7. cap. 24.
3. Dotes aliæ sunt animæ gloriosæ: aliæ sunt corporis, & quomodo differant. opusc. Comp. Theol. ibid. V. *Anima varia*. n. 49. V. *Beatitudo*. n. 4. V. *Beatitudo corporis*, &c.
4. Dotes animæ sunt de præmio substantiali: corporis de accidentali. op. Comp. Theol. ibid.
5. Dotes animæ sunt tres cognitio, dilectio, & tentio, seu inhæsiō, seu comprehensio: & quare sunt tres. op. Comp. Theol. l. 7. c. 25. & 26. & op. Cent. p. 4. sec. 3. & ser. 9. Pent. & l. 4. d. 49. p. 2. a. 2. q. 1. ad 3.
6. Dotes corporis quatuor: duæ spectantes ad sensum, scilicet claritas, & impassibilitas: aliæ ad motum, scilicet agilitas, & subtilitas. opusc. Comp. Theol. l. 7. c. 27. & 28. & l. 4. d. 49. ibid. & op. Brev. p. 7. c. 7. & op. Cent. p. 4. sec. 2. & serm. 9. Pentec.
7. Dotes corporis quomodo in patria erunt inæquales. lib. 4. d. 49. ibid. q. 2. & l. 3. d. 26. a. 2. q. 3. ad 6. & opusc. Comp. Theolog. lib. 7. cap. 26. & sequent.
8. Dos impassibilitatis in patria privationem importat & secundum actum, & secundum aptitudinem. l. 2. d. 19. a. 2. q. 1. ad 6.
9. Dotes corporis sunt qualitates tantum nobiles, & principales de novo superadditæ naturæ: ob id secundum naturales defectus in ordine ad quatuor elementa. l. 4. d. 49. p. 2. a. 2. q. 1. corp. & op. Brev. p. 7. c. 7.
10. Dotes animæ respondent tribus virtutibus theologis: in corporibus quatuor virtutibus cardinalibus. serm. 2. Hex. & op. Comp. Theol. l. 7. c. 24. seq.
11. Dotes animæ dicuntur stola prima: corporis stola secunda. ser. 9. Pent.
12. Dos, donatio, & parapherna in nuptiis qualiter differant. op. Comp. Theol. l. 7. c. 24.
13. Christus non habet dotes: hæc enim proprie sunt animæ sponsæ, nec etiam Angeli: unde nec possunt dici sponsæ. opusc. Comp. Theol. l. 7. cap. 24.
14. Impossibilitas dicitur dos corporis gloriosi, quæ tamen proprie est dos animæ, cui primò inest. l. 3. d. 18. dub. 1.

*Draco.*

1. Draco apud Astrologos, ejus cauda, & caput quænam sint. serm. 22. Hexaem. V. *Eclipsis Luna*.
2. Draco est Diabolus, qui venenavit carnem, & mundum, ejus dentes sunt tentationes. serm. 4. Dom. 1. Adv. & l. 1. Prol. Vid. *Diaboli varia*. n. 63. V. *Diaboli tentationes*. n. 49. Ejus conatus qualiter effugere possimus. serm. 1. in Ascens. insidiatur Ecclesiæ. V. *Ecclesia*. n. 132.

*Drachma.*

1. Drachma est numerus certæ quantitatis habens imaginem Regis. in Luc. cap. 15. n. 8. & serm. 2. Dom. 3. post Pent.
2. Drachma mysticè est homo, & Angelus: unde decem drachmæ sunt novem ordines, & natura humana. in Luc. ibid. & serm. 2. ibid. & serm. 4. ibid. & serm. 2. de S. Matth. Vid. *Decem*. n. 4. V. *Decima*. num. 12.

*Dualitas.*

Dualitas, seu numerus binarius est informis, quia discedit ab unitate: ob id non est secunda dies à Deo laudata in creatione rerum. l.2.d.14.p.1. dub.3. V. *Binarius*. V. *Numerus*.

*Dubitatio.*

1. Dubium propriè dicit indifferentiam iudicii rationis respectu utriusque partis contradictionis, ita quod neutrum præeligat alteri: vel potest dicere indifferentiam partis sensibilis respectu affectus naturæ inclinantis, & rationis imperantis: 1. non potuit esse in Christo, cum sit ex ignorantia: 2. sic. l.3.d.17. dub.3.
2. Dubitatio est vel ex debilitate fidei, vel ex admiratione rei: hæc secunda fuit in B. Virgine. l.3.d.3.p.1.a.2.q.3.ad 2. Ducatus. Vid. *Dux*. Ducenti. Vid. *Numerus*. Ducere: Ductor. Vid. *Dux*.

*Duellum.*

Duellum quid sit, & quomodò illicitum, opusc. Spec.an.c.1.

*Dulcedo.*

1. Dulcedo triplex, infectiva: seductiva: & prægustativa. Pl.118.c.7.v.7.
2. Dulcedo eloquiorum Dei in quo consistit. Pl.118. ibid.
3. Dulcedo bona, & mala quænam sit. serm.4. Dom.2. post oct. Pasch.
4. Dulcedo divinæ sapientiæ qualiter degustari possit. ser.2. Dom.1. Adv. & op. Solil.c.2.
5. Dulcedo spiritualis quare à Deo datur, & etiam aliquando subtrahitur. op. de prof. Relig. lib.2. c.76. V. *Devotio*. n.12.
6. Dulcor animæ benignitas. Vid. *Benignitas*. num.1.

*Dulia.*

1. Dulia est cultus, seu servitus creaturæ debita. op. declar. term. Theol. & op. Cent. p.3. sec.44. Vid. *Adoratio*, scilicet est reverentia Sanctis, seu Personis sublimibus exhibenda. op. Cent. ibid. & l.3.d.9.a.2.q.4.
2. Dulia est pars iustitiæ. op. Cent. p.3. sec.44.
3. Dulia aliquando sumitur pro latria, sed largè. op. Cent. ibid. & l.3.d.9. ibid. a.2.q.4.
4. Dulia alia est ordinaria, quæ debetur Sanctis: alia superior, diciturque hyperdulia, quæ debetur Virgini ut matri Dei, carni Christi, ligno Crucis Christi, quando non est figuratum figura Crucis. op. Comp. Theol. l.5.c.58.
5. Dulia exhibita Personæ constitutæ in dignitate, & prælatura exigit secum reverentiam cum observantia mandatorum: si Persona est simplex, exigit reverentiam tantum, scilicet exhibitionem honoris. opusc. Comp. Theol. l.5.c.58.
6. Dulia qualiter differt à latria. lib.3. dist.9. art.2. quæst.4.

*Duo.*

Duo non potest dici de Christo. Vid. *Christi locutiones*. n.10.

*Duodecim.*

1. Duodenarius numerus dicitur ab Arithmetici numerus abundans. opusc. diæt. sal. tom.10. cap.5. & lib.4.d.47.a.1.q.1. ad argum. & in Luc. c.9. n.17. & op. Brev. p.5.c.6. V. *Numerus*.
2. Duodenarii numeri mysteria explicantur in virtutibus theologicis, & cardinalibus, & in nu-

mero Apostolorum. l.4.d.47.a.1.q.1. & serm.7. Hex. & in Luc. c.6. n.13. & per mensuram duodecim stadiorum cœlestis Hierusalem, op. diæt. sal. t.10. c.5. & per duodecim portas civitatis, fontes, & lapides pretiosos. ser.7. Hex. & in duodecim cophinis, in Luc. c.9. n.17.

*Duratio pro mensura.*

1. Duratio est permanentia, seu continuatio rei in esse. l.2.d.37.a.1.q.2. ab eodem principio est duratio, & esse. Vid. *Esse*. n.18. V. *Mensura*.
2. Duratio, seu durationis mensura est triplex, scilicet tempus, æternitas, & æternitas: 1. est mensura generabilium, & corruptibilium: 2. est eorum quæ habent principium, sed non finem, ut sunt Angeli, animæ rationales, cœlestis natura, & quatuor elementa: 3. est divinarum Personarum, quæ non habent principium, nec finem. op. Cent. p.3. sec.7. V. *Tempus*. V. *Angelorum duratio*. V. *Dei duratio*. V. *Æternitas*. V. *Ævum*. V. *Annus*. n.1. seq. V. *Mensura*.
3. Duratio Angelorum, & rerum corruptibilium qualiter differat, licet ambæ sint successivæ. l.2.d.2.a.1.p.2.q.1. V. *Angeli duratio*.
4. Duratio, quomodò possit simul plura comprehendere, ita ut plura diversa sint simul duratione. l.2.d.2.a.1.p.2.q.2. ad arg.
5. Duratio de se non habet nisi nunc, unde tantam extensionem habet mons magnus, quantum unum granum millii quoad durationem. l.2.d.2.p.1.a.1.q.3. ad 4.
6. Durationis mensura inseparabiliter adhæret ei, quod mensurat. l.4.d.20.p.1. dub.6. Hinc inseparabilis est poena æterna culpæ mortali. Differt tamen à re durante. l.1.d.8.p.1. dub.5.
7. Duratio Angelorum, & animæ qualiter differant. l.2.d.18.a.2.q.2. ad 3.
8. Duratio quomodò differt à creatione. l.2.d.37.a.1.q.2. corp.
9. Duratio Angelorum dicit successionem absque variatione: duratio verò temporalium est cum variatione. l.1.d.8. dub.5. & l.2.d.2.p.1.a.1. per tot. & l.1.d.37.p.2. dub.3.
10. Duratio esse Angelici est ævum: duratio verò eorum operationum est tempus. lib.1. d.37.p.2. dub.3. & a.2.q.2. corp.
11. Durationis ordo ponit necessariò extrema non esse simul: ordo verò secundum nobilitatem nequaquam. l.1.d.40.a.1.q.1. ad 3.
12. Duratio æterna, scilicet entis quod est finitum actu infinitum potentia manifestat Dei potentiam infinitam. l.1.d.43.q.3. ad 4.
13. Quomodò res habeant inclinationem naturalem ad durandum in esse. l.2.d.37.a.1.q.2. corp. & ad 5. V. *Esse*. n.19.
14. Duratio sanctorum dicitur æterna, quia est talis à parte post, & sine variatione: unde dicitur æternitas per concomitantiam, & conformitatem, non per æqualitatem. lib.1. d.19. dub.5.
15. Rei esse habet duplicem mensuram, scilicet intrinsecam, & extrinsecam: idque est verum de substantiis absolutis, cum earum principia sint permanentia, licet defluxus operationum sit successivus: unde destructa una forma substantiali potest eadem numero reparari, ut accideri in resurrectione: non sic autem de successivis essentialiter. lib.4. distinct.43. artic.1. q.4. ad 4.

*Duratio*

*Duratio pro duritie.*

1. Durum dicitur in corporibus, quod est inhabile ad suscipiendum: stabile ad permanendum, & forte ad resistendum. l. 1. d. 40. a. 4. q. 1. corp. V. *Induratio*.
2. Durum in spiritualibus est cor inhabile ad recipiendam gratiam, stabilitum in peccato, & rebelle Deo. l. 1. d. 40. ibid. ubi de obduratione animæ. op. Bibl. paup. c. 207.
3. Durities est quid positivum in corporibus: in spiritualibus autem est quid privativum. l. 1. d. 40. a. 4. q. 2. ad 4.

*Dux.*

1. Dux non dicitur de numero exercitus, sed supra exercitum. l. 3. d. 1. a. 2. q. 2. corp. Ex quo deducitur, quod nomine subditorum non veniunt Prælati.
2. Dux multiplex in sacra Scriptura proponitur. Pl. 118. n. 49.

3. Duces populi sunt Sacerdotes. serm. in Epiph. Domin.
4. Dux aliquis in omni congregatione benè ordinata est supernecessarius. serm. 1. de S. Nicol.
5. Dux Christum ducens in desertum fuit Spiritus sanctus. serm. 2. Dom. 1. Quadrag.
6. Dux noster Christus. V. *Christi varia*. n. 207.
7. Dux paupertatis. V. *Franciscus*. n. 2.

*Dyalython.*

Dyalython, seu asintheron quæ figura sit. Pl. 65.

*D. Dyonisius.*

- D. Dyonisii testimonium de obscuracione Solis in hora mortis Christi. in Luc. c. 23. n. 44.
- Dyonisii tyranni exemplum. serm. 2. de S. Anton. Patav.

*Dysenteria.*

Dysenteria est intestinorum exulceratio seu laxatio indigens medicamentum restringens. ser. 1. de plur. Confes.



## E

*E A D E M.*

**E** Adem eidem sunt eadem inter se; quomodo intelligendum. Vid. *Maxima*. n. 14.

*Ebrietas: Ebrius: Ebriosus.*

1. Ebrietas alia est, quæ ligat rationem omnino: alia non: licet faciat, quod ebrius non sit omnino compos sui, & quod balbutiat: 1. tollit validitatem baptismi: 2. non: dummodo tamen baptizans formet verba intelligibilia. l. 4. d. 5. dub. 2.
2. Ebrietas quando est peccatum mortale, & quando non: item quando imputandum est ad peccatum actus consequens, & quando non. op. Spec. an. c. 3. & l. 2. d. 2. a. 2. q. 3. & op. Cent. p. 1. sec. 25. & in Ioan. c. 2. n. 10.
3. Ebrietas oritur ex nimia sumptione vini, vel alterius liquoris. op. Spec. ibid. & Pl. 22.
4. Ebrius dicitur in actu, ebriosus in consuetudine. l. 4. d. 5. dub. 2.
5. Ebrietatis fructus sunt multiloquium, vaniloquium, stultiloquium, & turpiloquium. opusc. Spec. ibid. item alia mala ebrietatis enarrantur. op. de sex al. Cherub. 3. ala.
6. Ebrius habet duplicem maledictionem, scilicet pro culpa præcedenti, & sequenti. op. Cent. p. 1. sec. 25.
7. Ebrietas duplex corporalis, & spiritualis: 1. est ex nimia vini sumptione: 2. est duplex, scilicet Dei, & Diaboli: 1. dicitur apotheseos, idest oblivio terrenorum, & raptus ad superna: 2. metamorphosis, idest mutatio de bono in malum, & de malo in pejus. Pl. 22.
8. Ebrietas corporalis aufert usum membrorum, & sensuum, & sæcularium: spiritualis vero usum facit idem, sed in bono. Pl. 35.
9. Ebrietatis corporalis tres gradus enumerantur, & quale peccatum sit. in Ioan. c. 2. n. 10.
10. De vitio ebrietatis, & gulæ auctoritates sacre Scripturæ. op. Bibl. c. 88.
11. De ebrietate spirituali, & sancta, quæ est duplex, de ea agitur proveniens ex contempla-

tionem. op. Stim. div. am. p. 3. c. 6. & op. de don. Sap. c. 7. & op. de prof. Relig. l. 2. c. 72. & op. de proces. relig. c. 15. V. *Homo ad Deum*. n. 87.

*Ecce.*

1. Ecce, adverbium spectans aliquando ad causam materialem: aliquando formalem, aliquando finalem. Pl. 118. c. 3. v. 8.
2. Ecce, in sacra Scriptura significat rem admirabilem, & aliquando demonstrativè. serm. 6. Dom. 1. Adv. & in Ioan. collat. 56.

*Ecclesia.*

1. Ecclesia est congregatio fidelium: unde baptizati dicuntur filii Ecclesiæ, non aquæ ob expressam similitudinem, quam ipsa habet ad eos, qui in ea nascuntur. l. 3. d. 4. dub. 2. quam unionem exigit. ser. 1. Hex.
2. Ecclesia quomodo est formata ex Christo in Cruce posito, dum ex latere exivit sanguis, & aqua, quod figuratum est in Evæ productione ex latere Adæ. l. 2. d. 18. a. 1. q. 1. corp. & serm. 9. in Nat. Dom. & serm. 4. Dom. 4. post oct. Epiph. Vid. *Christi varia*. n. 206.
3. Ecclesia duplex triumphans, & militans: & quomodo hæc sit conformis illi. l. 2. d. 3. p. 2. a. 3. q. 2. in arg. & l. 4. d. 24. p. 1. a. 2. q. 1. in arg. & serm. 20. Hex. & serm. 22. & op. Eccl. Hier. p. 1. c. 1. V. *Infrà*. n. 9. Prima est mater militantis. serm. 2. Hex. Item quadruplex Viatorum, Beatorum, Angelorum, & purgantium. Pl. 5. Vid. *Infrà*. n. 53. Est Civitas. V. *Civitas*. n. 2.
4. Ecclesiæ Romanæ plenitudo potestatis unde, & qualis sit. l. 1. d. 11. a. 1. q. 1. an possit abrogari matrimonium. Vid. *Matrimonii varia*. num. 20. Vid. *Papa*.
5. Ecclesia est mulier illa amicta Sole, de qua Apoc. cap. 12. & l. 2. d. 14. p. 2. dub. 4. Vid. *Infrà*. num. 127.
6. Ecclesiæ ritus, & usus in solemnitatibus mobilium celebratione, & præcipue Paschatis expenditur, anque judaizer. lib. 2. dist. 14. p. 2. dub. 4.

7. Ecclæ

7. Ecclesiæ usus circa inchoationem diei, & quomodo differat in hoc à Iudæis, & ab Astronomis. l.2.d.13.dub.1. V. *Dies*. n.5.
8. Ecclesia per Evam significatur. l.2. d.18.dub.1.
9. Ecclesia militans est mysticus Paradisus. l.2. d.24.dub.3.& in Luc. c.23. num. 43. V. *Suprà*. num.3.
10. Ecclesiæ caput est Christus. l.3.d.1.a.2.q.2.ad 7.& d.13.a.2.q.1.
11. Ecclesia habet omnimodam gratiam excedentem mensuram cujuslibet sancti. lib.3. dist.13. dub.2.
12. Ecclesiæ fides fundatur in Christo. l.3. d.13. a.2.q.1. Vid. *Infrà*. n.135.
13. Ecclesia dicitur catholica, quia universalis, scilicet quia universis est data, & ab universitate Apostolorum edocta. l.3.d.25.a.1.q.1.corp. & Pl.114. adducuntur aliæ rationes: universalis est quantum ad tempus, ad locum, ad scientiam, & ad Personas. Pl.47. Item dicitur Catholica ob fidei constantiam, dilectionem, & Sacramentorum communionem. Pl.114.
14. Ecclesiæ fides ad qualem articulum spectet. l.3.d.25.a.1.q.1.ad arg.
15. Ecclesia proficit in fide quantum ad fidem explicitam multorum articulorum, quos credebatur implicite. l.3.d.25.a.2.q.1.
16. Ecclesiæ persecutio consistit vel in odio: vel verbis: vel cruciatibus. l.3.d.30.a.1.q.5.in arg. V. *Infrà*. n.180. Unde triplex persecutio, scilicet tyrannorum, Hæreticorum, & domesticorum: item & Principum. Pl.90.& in Luc.c.17. num.22.
17. Ecclesia respondet tribus inimicis diligendo, benefaciendo, & orando. lib.3.d.30.art.1.q.5. in argum.
18. Ecclesiæ fides numquam deficiet, sicut nec sanctitas, quæ non sit in aliqua Persona speciali. l.4.d.4.p.1.dub.2. Ejus diurnitas, stabilitas, fœcunditas, & exultatio explicatur. Pl.112.
19. Ecclesia non orat pro parvulis mortuis, sed agit gratias pro eis. l.4.d.4.p.2.dub.6.
20. Ecclesiæ unitas fundamentum habet in uno baptismo. l.4.dist.5.dub.5. quæ est vera unitas, sicut in lege veteri erat solum figuralis. lib.4. dist.17.part.2.a.1.q.2.ad argum. ejus unitas expenditur. Pl.101.
21. Ecclesia, & Hæretici in quo possunt communicari, & in quo non. l.4.d.5.a.1. quæst.2. ad argum.
22. Ecclesia non se extendit ad parvulum in utero Matris existentem. l.4.d.6.a.1.q.1.
23. Ecclesia est navis, per quam homo transit ad cœlum. de qua Prov.c.31.& l.4.d.14.p.1. dub.1. & l.4.d.22.a.3.q.2.corp. & Psal.103. & serm.in Dom.3. post oct. Epiph. & serm.1.Dom.4. post Pent. V. *Infrà*. n.60. V. *Navis*. Quassatur ventis tribulationum, concutitur. serm.2. Dom.3. post oct. Epiph.
24. Ecclesiæ thesaurus recipit satisfactionem. l.4. d.15.p.2.a.1. q.2. ad 3. Vid. *Infrà*. n.30. & 129. V. *Indulgentia*. V. *Thesaurus*.
25. Ecclesiæ potestas judicialis quænam. l.4. d.18. p.2. per tot. V. *Infrà*. n.38. seq.
26. Ecclesiæ gladius qualis. l.4. d.18. p.2. a.1. q.2. duos habet, scilicet materialem, & spiritualem. l.4.d.37.dub.4.
27. Ecclesia excommunicat ducta amoris emendationis, non lege vindictæ. l.4.d.18.p.2. art.1. q.2.ad arg.
28. Ecclesiæ ordo attenditur secundum prælationem, & subjectionem: & quia in ascendendo est status ad unum: hinc necessariò in Ecclesia est unus Prælatus supræmam habens potestatem, qui est Papa, & è contra multi inferiores. l.4.d.19.a.3.q.1. corp. & ser.22. Hex. & op. Brev. p.6.c.5. & l.4.d.24. part.1.a.2.q.1. in fund.
29. Ecclesia unum caput habet. lib.4. dist.19. ibid. & serm.22. Hex.
30. Ecclesiæ merita, thesaurus, & potestas Indulgentiarum quænam. l.4.d.20.p.2.a.1. q.2. V. *Suprà*. n.24. V. *Infrà*. n.129.
31. Ecclesia est similis corpori organico. l.4.d.24. p.1.a.2.q.1. in arg.
32. Ecclesia constituitur ex duplici pariete, scilicet laicali, & clericali. l.4.d.24. ibid.
33. Ecclesia necessariò continet Ordinis Sacramentum. l.4. ibid. q.1. & 2. corp. Item ordinatam potestatem. ibid. q.2.
34. Ecclesia per charitatem omnes in unum collegit, & eos per dona gratiarum distinguit. l.4. d.24. ibid.
35. Ecclesiam quare voluit Deus divitem, & quam convenienter divitias possidet. lib.4. d.24. ibid. q.3. ad argum. & apol. paup. & de paupert. Chr. Vid. *Dives*. n.14.
36. Ecclesia est unica Christi sponsa. l.4.d.26.a.2. q.1. corp. & in Ioan.c.3. n.29. & serm.1. Dom.1. post oct. Epiph. Vid. *Infrà*. num.60. seq. & 150. Vid. *Sponsus*. n.13.
37. Ecclesia judicat solum de exteriori. l.4. d.27. a.2.q.2. ad 3. V. *Infrà*. n.184.
38. Ecclesia potest per sacram Scripturam probare suam auctoritatem, qua probata oportet obedire ei. l.4.d.40. a.1. quæst.3. ad ult. Vid. *Infrà*. num.186.
39. Ecclesia potest determinare de legitimitate Personatum quoad matrimonium, quatenus est contractus inter Personas ipsi subjectas. l.4. d.40.a.1.q.3. & op. Brev. p.6.c.13.
40. Ecclesiæ suffragia pro animabus Purgatorii qualia. l.4.d.45. a.2. q.1. corp. & op. Comp. Theol. lib.7.c.4. & seq. V. *Infrà*. num.176. V. *Purgatorium*. n.12.
41. Ecclesia orat pro mortuis, qui si sunt in cœlo, vel in Inferno, tunc oratio, revertitur in finem suum. l.4.d.46.a.1.q.1. ad arg.
42. Ecclesia judicat tantum eos, quos aliquando regeneravit unda baptismatis. lib.4. dist.47. dub.1.
43. Discordes sunt extra Ecclesiam: hæc enim importat unionem. serm.1. Hexaëm. V. *Discordia*. n.5.
44. Ecclesia est unio rationalium, & quomodo. serm.1. Hex.
45. Ecclesia est columna lucida, per quam mens illustratur de agendis; & est firmamentum per virtutis constantiam. serm.1. Hexaëm. V. *Firmamentum*. n.7. Vid. *Columna*.
46. Ecclesiarum uniformitas in custoditione legis Dei qualis. ser.1. Hex.
47. Ecclesiæ sex status, seu ætates describuntur. ser.15. & 16. Hex. Item quatuor secundum quatuor sacramenta, scilicet infantia per catechismum: pueritia per exorcismum: juvenus per confirmationem: & senectus per id, quod sequitur. Pl.70.
48. Eccle

48. Ecclesiæ militantis, & triumphantis excellentiæ exponuntur. ser. 20. & 22. Hex.
49. Ecclesia triumphans est Sol: & militans est Luna. ser. 20. Hex. V. *Infra*. n. 60.
50. Ecclesiæ Doëtorum, Evangelistarum, & Conciliorum quanta concordia. serm. 9. Hex.
51. Ecclesia quomodo sit hæreditas Christi. Psalm. 2.
52. Ecclesiæ libertas quænam. Pf. 5.
53. Ecclesia est quadruplex: militantium: triumphantium: stantium, & expectantium: 1. est mortalium: 2. Beatorum: 3. Angelorum: 4. Purgantium. Psalm. 5. Vid. *Suprà*. n. 3.
54. Ecclesia quare dicatur magna. Pf. 34.
55. Separatio ab Ecclesia alia est generalis, sitque animo, & interius solum, scilicet per peccatum mortale: & specialis, quæ per excommunicationem fit. Pf. 8.
56. Ecclesia tria Natalia celebrat, sicut antiquitus Romæ celebratur solemnitas natalis Imperatoris, dies coronationis, & natale Civitatis, quando fuerunt facta menia ejus: sic Ecclesia celebrat natale Imperatoris sui: & natale coronationis, & natale Ecclesiæ: 1. in nativitate Christi: 2. in Ascensione: 3. in Pentec. Psalm. 8.
57. Ecclesiæ turres sunt Prælati: muri sunt Sancti. Pf. 47.
58. Ecclesiæ triumphans, & militans quomodo dicitur corpus. Pf. 24. V. *Infra*. n. 77. V. *Suprà*. n. 48. & n. 9.
59. Ecclesia tria genera hominum continet: non sperantium: desperantium, & sperantium. Psalm. 27.
60. Ecclesia dicitur atrium Domini. Pf. 29. & Sanctum Sanctorum. Pf. 65.  
Item Civitas Domini. Psalm. 30. & 107. & 124. Sion. Psalm. 83. fundamentum: Porta. Psalm. 86. in Ecclen. cap. 9. & in Thren. c. 2. Vid. *Infra*. n. 83. & 155.  
Item Mons Dei. Psalm. 35. & 86. Item Columna. Vid. *Suprà*. n. 45.  
Item Domus Dei. Pf. 35. V. *Domus*. n. 3. seq.  
Item Sol, & Luna. V. *Suprà*. n. 49.  
Item torcular. Pf. 55. & Pf. 80.  
Item Camera tricamerata. Pf. 67.  
Item Columba. Pf. 67. Dicitur funda. Pf. 143.  
Item Luna. Psalm. 71. & ser. 20. Hex.  
Item Navis. Pf. 103. V. *Suprà*. n. 23.  
Item Sponsa, & ovis. Pf. 124.
61. Ecclesiæ nuptiæ cum Christo describuntur. Pf. 44. Vid. *Suprà*. n. 36. & in Ioan. c. 3. n. 29. & col. 11.
62. Ecclesiam circundant multi in bono, & in malo. Pf. 44. & 47. V. *Infra*. n. 92.
63. Ecclesia quare incepit ab Abel, non ab Adam. Pf. 61.
64. Ecclesiæ ornatus multiplex. Pf. 74.
65. Ecclesia quomodo est in terra; & sub terra. Pf. 83.
66. Ecclesiæ triplex unio cum Christo, scilicet in voce, in carne, & hæreditate. Pf. 101.
67. Ingressus in Ecclesiam est ob quadruplicem finem, scilicet ut laudemus Deum, ut oremus, ut reficiamur, & instruamur. Psalm. 117. Vid. *Infra*. num. 97. & n. 112. & 167. V. *Templum*.
68. Ecclesia locus venerabilis, quia dicatus divino nomini: deputatus Eucharistiæ, & visitatus ab Angelis. Psalm. 118. c. 4. v. 6. & in Ioan. c. 2. num. 15. & c. 4. n. 23. & seq. V. *Infra*. num. 98. V. *Templum*.
69. Ecclesiæ militia circa Deum: circa hostem: circa mundum; & carnem qualiter exerceatur. Pf. 118. c. 8. v. 5. & seq. V. *Infra*. n. 162.
70. Ecclesiæ tres status. Pf. 119.
71. Ecclesia continet cives, peregrinos, & exules. Psalm. 119.
72. Ecclesiæ quatuor sunt necessaria ne succumbat: scilicet mandata, flagella, tentamenta, & charismata: per 1. firmatur: per 2. probatur: per 3. acquirit perseverantiam: & per 4. decoratur. Pf. 128.
73. Ecclesia habet triplicem panem, quo reficit suos, scilicet comminatorium, consolatorium, & solidum, & in quo consistant. Pf. 130.
74. Ecclesiæ triplex lectus, in quibus quiescit. Psalm. 131.
75. Ecclesia est tunica inconsutilis Christi. Pf. 132. & in Ioan. c. 19. n. 23. ubi de unitate, &c.
76. Ecclesia dicitur Dei amica, formosa, & columba. Pf. 137.
77. Ecclesia triumphans significatur per Iacob; militans per Esau. Psalm. 145. Vid. *Suprà*. num. 58.
78. Ecclesia quare petat à Deo prosperitatem, cum adversitas sit melior. in Ecclen. capite 8.
79. Ecclesia quomodo à Diabolo valletur. in Ecclen. c. 9.
80. Ecclesia comparatur Orbi terrarum ob dilationem, perfectionem, stabilitatem, & compressionem: sustentationem, & vivificationem: ornatum, & originem aquarum. in Sap. cap. 1. n. 8.
81. Ecclesia justorum, & sinagoga peccantium habent in officiis suis diversa invitatoria. in Sap. c. 2. n. 6. V. *Invitatorium*.
82. Ecclesia tempore jejuniorum quare invitat ad planctum. in Thren. Hier. prolog.
83. Ecclesia est Civitas plena populo, sola, & sub tributo, & vidua. in Thren. c. 1. n. 1. & in Luc. c. 21. n. 4. V. *Suprà*. n. 60.
84. Ecclesia plangit peccatores, estque plena amaritudinibus litium, & discordiarum. in Thren. cap. 1.
85. Ecclesiæ prædones, & inimici: ubi de negligentia Rectorum, de impugnatione alienorum. in Thren. ibid. & serm. 4. Dom. 3. post oct. Epiph. Vid. *Infra*. n. 99.
86. Ecclesiæ particulares significantur nomine Virginum, Cathedralis significatur per ventrem. in Thren. c. 1.
87. Ecclesia est hortus, in quo sunt rosæ Martyrum, Lilia Virginum, & violæ Confessorum. in Thren. cap. 2. & in Luc. cap. 13. num. 18. Vid. *Hortus*. num. 3. Vid. *Infra*. num. 102. & 145.
88. Ecclesia quam pulchra post mortem Christi. in Thren. c. 3.
89. Ecclesiæ damna quanta ex scandalis, & sævitiis Prælatorum, & Religiosorum mala vita. in Thren. c. 4.
90. Ecclesiæ triplex membrum, scilicet summum cujus est solum ministrare: medium cujus est ministrare, & ministrari: & infimum cujus est solum ministrari. Psalm. 118. cap. 4. vers. 15.

91. Ecclesia figurata in Arca Noë. in Luc. cap. 17. n. 21. V. *Infra*. n. 123.
92. Ecclesia custoditur ab Angelis. in Luc. c. 4. n. 11. & in Ps. 118. c. 4. v. 6. Vid. *Infra*. n. 158. & V. *Suprà*. n. 62.
93. Ecclesia significatur per mulierem abscondentem tria sata farinæ. in Luc. c. 13. n. 22.
94. Ecclesiæ oblatio est immolatio Christi. in Luc. c. 15. n. 23.
95. Ecclesiæ concordia qualis. in Luc. c. 15. n. 26. V. *Infra*. n. 108.
96. Ecclesiam quis audit. in Luc. c. 15. n. 26.
97. Ecclesia est locus orationis : idèd cætera negotia ab ipsa ableganda. in Luc. cap. 18. n. 10. & cap. 19. num. 46. & Ps. 118. c. 4. vers. 6. V. *Infra*. num. 112. & 163. Vid. *Suprà*. n. 67. locus sanctarum imaginum, & quomodò colendæ. in Ioan. c. 4. n. 23. V. *Imago*.
98. Ecclesiæ honorem quantum Deus zelat. in Luc. c. 18. num. 10. Vid. *Suprà*. n. 68. V. *Infra*. n. 103. seq.
99. Ecclesia quomodò fiat spelunca Latronum. in Luc. c. 19. n. 46. & in Thren. c. 1. V. *Infra*. n. 148. V. *Suprà*. n. 85.
100. Ecclesiæ securitas in tentationibus qualis. in Luc. c. 22. n. 32.
101. Ecclesiæ arma quænam. in Luc. c. 22. n. 38.
102. Ecclesia est hortus deliciarum. in Luc. c. 13. n. 18. V. *Suprà*. n. 87.
103. Ecclesia qua veneratione colenda. in Ioan. c. 2. n. 15. V. *Suprà*. n. 68. *Infra*. n. 149. & 109.
104. Ecclesiæ prophanatores quomodò à Deo puniantur. in Ioan. cap. 2. n. 15. & col. 14. V. *Infra*. n. 160. V. *Templum*. n. 3.
105. In Ecclesia quid sit vendere oves, boves, & columbas. in Io. c. 2. n. 14.
106. Ecclesia figurata in Samaritana. in Ioan. c. 4. num. 7.
107. Ecclesia qualiter spiritualiter parturit per Verbum Christi. in Ioan. c. 16. n. 21.
108. Ecclesiæ unitas, stabilitas, & extensio ad quatuor partes mundi qualis. in Ioan. c. 19. n. 23. V. *Suprà*. n. 95.
109. Ecclesiæ sublimitas, reverentia, aliaque attributa enarrantur. in Ioan. collat. 14. & qua reverentia tractanda. ibid. Vid. *Suprà*. numero 103.
110. Ecclesia ex gentibus congregata, & quomodò. in Luc. cap. 13. num. 17. Eius membra describuntur ex variis statibus Christianorum. serm. 1. Dom. 19. post Pentec.
111. Ecclesiæ, seu templa quare ædificantur, cum Deus adorari possit ubique. in Ioan. cap. 4. num. 23. sequent. Vid. *Infra*. num. 147. & *Suprà*. num. 67.
112. Ecclesia est Bethleem, scilicet domus panis, & Eucharistiæ. serm. 6. in Nativit. Dom. Vide *Bethleem*.
113. Ecclesia leprosa mundata à Christo sponso ostenditur. sermon. 2. Dominic. 2. post octav. Epiph.
114. Ecclesiam periclitari ob avaritiam, & bonorum temporalium affluentiam ostenditur ob subditorum inobedientiam : ob Prælatorum negligentiam : propter subditorum multitudinem nimiam : ob iniquam oppressionem innocentum : ob Christi absentiam, & malorum societatem. serm. 3. & 4. Domin. 3. post octav. Epiph.
115. Ecclesia est vinea, ad quam vocatur homo in qualibet hora. serm. 2. Dom. Septuag. & ser. 4. Dom. 19. post Pent. V. *Christi varia*. n. 209. Vide *Vinea*. n. 1. seq.
116. Ecclesiæ mala ob ambitionem. serm. 2. Dom. Septuag.
117. Ecclesia est Sion, scilicet specula. serm. 4. in Septuag. & Ps. 83.
118. Ecclesiæ status triplex significatus per tres Apostolos assumptos in Monte à Christo. ser. 4. Dom. 2. Quadrag. & ser. 2. Dom. Trinit. & opusc. Brev. p. 6. c. 6.
119. Ecclesiæ Prælati quales esse debent. serm. 4. Dom. 2. Quadrag.
120. Ecclesia quomodò continet Corvum, & Columbam, & quomodò repræsentat Christo cum ramis. Ser. 2. Dom. Palm.
121. In medio Ecclesiæ stat Christus. ser. 1. ser. 3. post Pasch. & ser. 1. Hex. V. *Medium*.
122. Ecclesiæ status septem sunt significati per septem candelabra aurea. serm. 1. ser. 3. post Pasch.
123. Ecclesia est Arca Noë, in qua solum salvari potest homo. serm. 2. Domin. 2. post Pasch. & serm. 3. Dom. 2. post Pent. V. *Suprà*. n. 91. V. *Arca*. num. 2.
124. Ecclesiæ patriarchado ex quo deducitur. ser. 6. in Rogat. & ser. 3. in Ascens. Dom. & serm. 3. in Pentec.
125. Ecclesiæ privilegia qualia ex Resurrectione Christi. serm. 5. die Pasch.
126. Ecclesiæ fundamenta sunt Apostoli. serm. 1. in Pentec.
127. Ecclesia est mulier amicta Sole, &c. serm. 3. in Pentec. & ser. 3. ser. 3. Pent. & ser. 4. Dom. 24. post Pentec. Vid. *Suprà*. n. 5.
128. Ecclesia quomodò significata est per mulierem colligentem ligna. 3. reg. cap. 17. & serm. 4. Pentec.
129. Ecclesia de thesauro meritorum supplet filiis suis quod eis deest. serm. 9. in Pent. Vid. *Suprà*. n. 24. & 30.
130. Ecclesiæ Prælatorum quanta dignitas, & sublimitas. ser. 9. Pent.
131. Quænam sint vulpes demolientes vineam, scilicet Ecclesiam. ser. 10. Pent. & ser. 2. Septuag. Vid. *Vulpes*. n. 3.
132. Ecclesiæ quomodò Draco insidiatur. serm. 3. ser. 3. Pent.
133. Ecclesia quæ bona reportat ex fide Trinitatis. serm. 2. Dom. Trinit.
134. Ecclesia per terram multipliciter significatur. serm. 2. Dom. Trinit.
135. Ecclesiæ fides qualis. serm. 2. ibid. Vid. *Suprà*. n. 12. Eius firmitas. serm. 9. Hex.
136. Ecclesiæ fundamentum quale. ibid. V. *Infra*. n. 178. & 189.
137. Ecclesiæ Pontifex supremus, & dispensator cœlestium præbendarum est tota Trinitas. ser. 4. in Trinit.
138. Ecclesia quare petat benedictionem à Trinitate. serm. 4. ibid.
139. Ecclesiam impleri Deus desiderat : unde vocat ad se debiles, pauperes, cæcos, &c. serm. 4. Dom. 2. post Pent.
140. Ecclesia debet habere sonum organorum, & tubarum, scilicet orationem, & prædicationem. serm. 4. Dom. 2. Pent.
141. Ecclesiæ opulentia consistit in affluentia gratiæ,



- gratiæ & Sacramentorum. serm. 4. Dom. 2. post Pent.
142. Ecclesiæ bonus odor sunt bona exempla. serm. 4. ibid.
143. Ecclesiæ qualiter profuerit paupertas ; nunc verò divitiæ ei profunt. serm. 4. Dom. 4. post Pent. Vid. *Suprà*. n. 35. Vid. *Divitiæ*. n. 14. & op. apol. paup. & op. de paup. Chr.
144. Ecclesia est sicut lilium inter spinas , cujus filii sunt flores. serm. 2. Dom. 6. post Pent.
145. Ecclesia est hortus, in quo est granum synapis. ser. 4. Dom. post Pent. V. *Suprà*. n. 87.
146. Ecclesia est templum, in quo Christus exercet officia tria Hierarchica, sicut Pater ea exercet in cælo. serm. 4. Dom. 9. post Pent.
147. Ecclesia est instituta ad offerenda sacrificia, & quid requiritur. serm. 4. ibid. & ad audiendum verbum Dei. serm. de dedic. templ. Vid. *Suprà*. n. 112.
148. Ecclesia quomodò fit spelunca latronum. serm. 4. Dom. 9. post Pent. Vid. *Suprà*. num. 99. & 85.
149. Ecclesiam Deus vult honorari. serm. 4. ibid. & serm. de SS. Phil. & Jac. Vid. *Suprà*. n. 103. V. *Infrà*. n. 154.
150. Ecclesia describitur Christi sponsa. serm. 1. Dom. 19. post Pent. V. *Suprà*. n. 36. & 60.
151. Ecclesiæ oculi, aures, os &c. quænam sint. serm. 1. Dom. 19. ibid.
152. Ecclesiæ Pontificatus datus Petro ostenditur. serm. 2. in Cathed. & op. quare. FF. Min. prædicent. V. *Petrus*. n. 7.
153. Ecclesiæ materialis privilegia spiritualia enumerantur. serm. in dedic. templ.
154. Ecclesiæ, seu templi dignitas ob celebrationem divinorum, & præcipuè Missæ : & qualiter tractanda. serm. in dedic. templ. & serm. in Consecr. Ecclesiæ. Vid. *Suprà*. num. 149. & 103.
155. Ecclesia est cælum mysticum. ser. in dedic. templ. & serm. 1. de SS. Apost. Vid. *Cæli varia* n. 12.
156. Ecclesiæ instrumenta qualem munditiam exigunt. serm. in dedic. V. *Paramenta*. n. 2.
157. Ecclesiæ puritas quanta. serm. 1. de una S. Virg.
158. Ecclesiam custodiant Angeli. serm. in dedic. templ. & serm. 1. in Consecr. Eccl. Vid. *Suprà*. num. 92.
159. Ecclesiæ dedicationis mysteria explicantur mysticè, spectatque solum ad Episcopum. serm. 1. 2. & 3. in dedic. templ. Vid. *Episcopus*. num. 5.
160. Ecclesiam inhonorantes quàm Deo exosi. serm. 1. in dedic. temp. V. *Suprà*. n. 104. V. *Templum*. n. 3.
161. Ecclesia est domus spiritualis, in qua Christus moratur. serm. 1. in dedic. ibid. V. *Domus*. num. 2.
162. Ecclesia est locus militantium, peregrinantium, vigilantiumque. serm. 3. de dedic. Eccl. V. *Suprà*. n. 69.
163. Ecclesia est domus Orationis multiplici ratione. serm. 4. de dedic. V. *Domus*. num. 2. Vid. *Suprà*. n. 67.
164. Quænam beneficia nobis à Deo proveniant ex Ecclesia. serm. 4. dedic. Eccl.
165. Ecclesiæ sanctificatio triplex. serm. 3. de dedic.
166. Ecclesia virtute Sacramentorum est terribilis ut castrorum acies ordinata. op. Brev. p. 6. cap. 3.
167. Ecclesia habet Sacramenta aliqua iterabilia, aliqua non. op. Brev. p. 6. c. 6.
168. Ecclesia est tabernaculum Dei. op. Confessional. præfat. V. *Tabernaculum*. n. 2.
169. Ecclesia militans est ad similitudinem triumphantis. op. de Eccles. Hier. p. 1. c. 1.
170. Ecclesiam militantem visus est B. Franciscus sustentare. op. legend. S. Franc. cap. 3. Vid. *Franciscus*. n. 11.
171. Ecclesiarum divisio facta est ab Apostolis. op. quare FF. Min. prædic. V. *Apostoli*. n. 16. Vid. *Parochia*.
172. Ecclesiæ jus positivum datum est in ædificationem, & in destructionem : ob id aliquando cessat. op. quare FF. Min. prædic.
173. Ecclesiæ gubernatio quid exigat. op. de paup. Chr. q. 2.
174. Ecclesia quare de quolibet Confessore sancto dicit : Non est inventus similis illi. op. apol. paup. resp. 1. c. 1.
175. Ecclesiæ quænam plenitudo gratiæ. op. Comp. Theol. l. 4. c. 14.
176. Ecclesiæ suffragia probantur, & ad quatuor capita reducuntur, scilicet, jejunium, elemosynam, orationem, & Eucharistiæ Sacramentum : quas condiciones exigant, & quomodò profunt defunctis ; & quomodò indulgentiæ ad hæc spectant. op. Comp. Theol. lib. 7. c. 4. 5. & 6. & op. Expos. Mis.
177. Ecclesia S. Petri utitur alia translatione in officio vino, quàm communi. op. Expos. reg. FF. Min. c. 3.
178. Ecclesiæ primordia qualia. serm. 16. Hex. & op. Medit. vit. Chr. c. 19.
179. Ecclesia stat virtute sanctis. Eucharistiæ. op. de præpar. ad Mis. cap. 2. V. *Eucharistiæ effectus*. num. 29.
180. Ecclesiæ persecutiones enumerantur. ser. 16. Hexaem. V. *Suprà*. n. 16.
181. Ecclesiam defendit, & exaltavit Carolus Magnus. ser. 16. Hexaem.
182. Ecclesiæ bona, & superfluitates divitum sunt respublica pauperum ; ubi de obligatione elemosynæ. op. Expos. Reg. S. Franc. c. 6. Quare melius nunc est, ut sit dives Ecclesia. V. *Dives*. n. 14.
183. Ecclesia fuit edocta ab Apostolis præcipuè à S. Petro, & Paulo de ritibus Ecclesiasticis. l. 4. d. 8. part. 2. art. 1. quæst. 2. corp. Vid. *Apostoli*. num. 19.
184. Ecclesia judicat secundum ea, quæ parent non secundum ea, quæ latent. l. 4. d. 9. a. 2. q. 4. ad arg. V. *Suprà*. n. 37.
185. Ecclesiæ unitas stat in fidei unitate, & charitate. l. 4. d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. ad arg.
186. Ecclesia potest per Scripturam probare suam auctoritatem : probata oportet obedire ei. l. 4. d. 40. q. 3. ad arg. V. *Suprà*. n. 38.
187. Ecclesiæ principium quomodò dicitur fuisse Abel. V. *Abel*. n. 2. Quomodò Abel habuerit in se status Ecclesiæ, scilicet, Martyrum, Virginum, & Prælatorum. Vid. *Abel*. num. 3.

188. Ecclesiæ destructio est ambitio. V. *Ambitio*. num. 3.
189. Ecclesiæ fundata supra Apostolos. V. *Apostolus*. n. 3.
190. Ecclesiæ est Arca. V. *Arca*.
191. Zelus Christi de Ecclesiæ. V. *Christi varia*. n. 36. & 269.
192. Ecclesiæ est veluti anima Christi. V. *Christi varia*. n. 40.
193. Ecclesiæ sponsa Christi ab ipso nobilitata. V. *Christi varia*. n. 248.
194. Ecclesiæ persecuciones. V. *Christianus*. n. 26.
195. Ecclesiæ prædones, & inimici mali Clerici. V. *Clericus*. n. 19.
196. Mala exempla Clericorum quæ mala in Ecclesiæ pariant. V. *Clericus*. n. 20. 25.
197. Ecclesiæ ponitur sub tributo Clericis malè usurpantibus stipendia ecclesiastica. V. *Clericus*. num. 21.
198. Ecclesiæ dicitur Cælum. V. *Cæli varia*. n. 12.
8. Festa observantur diversimodè ab Hebræis, & ab Ecclesia, & quomodò. l. 2. d. 14. p. 2. dub. 4. Vbi de festis mobilibus. ibid. & quare magis observantur secundum cursum Solis, quàm Lunæ. l. 2. d. 14. ibid.
9. Festum Sabbathi continebat quædam moralia: quædam caremonialia: & quædam mixta ex utrisque: morale est quod Deus ametur, & colatur super omnia: caremoniale importat figuram quietationis Dei in die Septima. op. de dec. præc. serm. 4.
10. Festorum præceptum quomodò est consummatio aliorum præceptorum. op. de dec. ibid.
11. Festorum observantia explicatur per mysticam creationem sex dierum. op. ibid.
12. Festa transgrediens est similis Diabolo, qui numquam quiescit: aliaque multa expenduntur inobservantium. op. diæt. sal. r. 3. c. 2.
13. Festum Epiphaniæ, quàm celebre, & solemne; & quare proprium est super alia Christianorum, & Ecclesiæ. op. Medit. vit. Christi cap. 9.
14. Festivitates multæ quare die octava carent: non verò Sanctorum. Pf. 29.
15. Festum triplex mysticè debet facere Christianus, scilicet Virginum per castitatem: Confessorum per poenitentiam, & Martyrum gaudenti in tribulatione. Pf. 113.
16. Festivitates quinque spiritualiter de pueritia Iesu à Seraph. Doct. proponuntur celebranda, scilicet Iesu Conceptio: Nativitas: Circumcisio: Magorum adoratio; & Præsentatio in templo: ibique multa proponuntur de illa materia pro Concionatoribus. op. quinque festivit.
17. Festum Confessorum quare habeat Evangelium: Sint lumbi vestri & c. in Luc. capite 12. num. 36.
18. Festus dies Christianorum, & mundanorum qualis sit. in Luc. cap. 7. n. 10. & Diaboli. V. *Dies. num. 29.*
19. Festivitas quadruplex proponitur, scilicet Diabolica, humana, angelica, & cœlestis. in Io. col. 36. & 37. Festum Iustorum quale. V. *Iustus. n. 36.*
20. Festum omnium Sanctorum est recapitulatio omnium festorum totius anni. serm. 1. de Sanctis.
21. Festum Beatorum quale. serm. 2. in Ascens. Dom.

22. Festivitas magna Christi fuit dies Incarnationis. op. medit. vit. Chr. cap.4. Vid. *Dei varia*. n.234.
23. Festi dies dicuntur benedicti, quia sunt mensura operationum bonarum. l.2. d.15.dub.5.
24. Festus dies magnus erat Sabbathum. l.4.d.11. p.2.a.2.q.1. ad 3.
25. Festum cœli, festum Angelorum, festum hominis, & Sathanæ quodnam. V. *Dies*. n.29.
26. Festum Epiphaniæ. Vid. *Epiphania*. Fetor. Vid. *Fœtor*. Fetus. Vid. *Fœtus*.

*Fiat.*

1. Fiat, quare diversimodè reperiatur pronunciatum in Genesi in productione rerum, scilicet, fiat, fecit, & factum est, & quænam inter hæc differentia. l.2.d.13.a.1.q.1.corp.
2. Fiat Mariæ. Vid. *Mariæ verba*.

*Fictitium.*

1. Fictitium, fictio, fingo, est multiplex, scilicet, alia est simulationis: alia eruditionis: alia est corruptionis, seu formationis. Psalm.102. alia operationis figulis. l.4.d.48.a.2.q.3.corp.
2. Fictio est triplex, scilicet, cautelæ, instructionis, & duplicitatis: primæ duæ sunt licitæ & virtuosæ, & secunda usus est Christus, quando se sinxit longius ire: tertia est mendacium, & mala. lib.3. d.38. art.1. q.2. ad arg. & in Luc. cap.24.n.29.
3. Fictio in baptisate qualis impediatur effectum baptisati, & qualis non. l.4.d.4.p.1. a.1. q.1. ad arg. & a.2.q.2. & 3. & d.6.p.2.a.2.q.1. ad 3. Vid. *Baptismi qualitates*. n.25.
4. Fingere licet nomina ad explicationem rei, quando propria deficiunt; licet in Divinis cautè procedendum. l.1.d.26.dub.8.

*Ficus.*

1. Ficus qualis arbor, ejusque proprietates explicantur. in Io. cap.1.n.48. ad quid ejus fructus inferuit. V. *Fructus*. n.4.
2. Ficus mysticè applicatur homini. in Luc.c.13. n.6. Item legis litteræ. in Jo. c.1.n.49.
3. Ficus infructuosa est homo absque operibus. in Luc. c.13. n.16. & in Io. c.1.n.49. & serm.1. Dom.7. post Pent. Fructuosa est homo benè operans. in Luc. ibid. & in op. de 7. itin. ætern. itin. 6.d.7.
4. Fici maledictio facta à Christo expenditur, & applicatur non facienti fructus operationum bonarum, & malè operanti. serm.3. Dom.13. post Pent. V. *Christi varia*.
5. Ficus silvestris plantata juxta domesticam fructuosa fit. serm.10. de Apost.

*Fidelis.*

1. Fidelium aliqui sunt sola pietate credentes, non curantes rationem: alii ratione etiam approbantes: alii experientes etiam intelligentia purificatæ mentis. l.3. d.25.a.2.q.3.corp.
2. Fideles sunt palmites Christo viti adhærentes. in Jo. col.67. V. *Palmes*. n.2. Item sunt flores Ecclesiæ. serm.2. Dom.6. post Pent. Item sunt Oves. in Jo. col. 49. & c.10.n.9.
3. Fidelium congregatio est Ecclesiæ. Vid. *Ecclesiæ*. n.1.
4. Fidelis an cum infideli possit contrahere matrimonium. l.4. d.39. a.1. q.1. Vid. *Matrimonii conditiones*.
5. Fidelium triplex status: fidei genitæ per ba-

ptisimum: fidei roboratæ per Confirmationem; fidei multiplicatæ per Ordinem. op. Comp. Theol. l.6.c.7.

*Fidentia.*

1. Fidentia est fortitudinis, estque virtus per quam magnis, & honestis in rebus multum ipse animus se in fiducia collocavit. op. Cent. part.3. sec.43. & op. declar. term. Theol. & op. de dono fortitudinis. cap.3. V. *Fiducia*. Vid. *Confidentia*. V. *Fortitudo*. n.5.
2. Fidentia effectus quatenus est virtus humana quinam: item ut est donum Spiritus sancti quid operetur. op. de don. fort. c.3.
3. De fidelitate servanda auctorit S. Script. op. Bibl. paup. c.35. In hac consistit salus. in Luc. c.18. n.8.

*Fides.*

1. Fidei definitiones explicantur in ordine ad *Fidei ef-* genus proprium, ad finem ultimum, ad obje- *sentia &* ctum, & principium motivum, ad actum pro- *quidali-* prium, ad subjectum, & ad habitum dispa- *tas.* ratum, lib.3.d.23.dub.1. & reducuntur omnes ad traditam ab Apostolo. lib.3.d.23.a.1.q.5. & op. Comp.Theol. l.5. cap.19. & l.3. d.23.a.1.q.4. in arg. & d.24.a.3.q.1. & 2. & op. Cent.p.3. sec.36. & serm.3. Dom. 23. post Pent. Quid sit. lib.3. d.23. ibid. & op. declar. term. & op. diæt. sal. tit.5. cap.3. & l.2.d.23.a.2.q.3. corp. numquam deficiet in Ecclesia. Vid. *Ecclesiæ*. n.18.
2. Fides quomodò differat à fidelitate, & credulitate. l.3.d.9.a.2.q.4. ad 2. De fide, & fidelitate auctorit. S. Script.
3. Fides dicitur substantia, quia est fundamentum totius fabricæ spiritualis. l.3. d.23. art.1. q.5. ad arg.
4. Fides dicitur argumentum, quia sicut argumentum ratiocinativum mente arguit, & inducit ad assentiendum conclusioni: ita fides facit credere res non apparentes. lib.3. d.23. ibid. ad 2.
5. Fides qualis virtus, & habitus; & quomodò spectet principaliter ad intellectum, includens tamen operationem voluntatis. l.3.d.23.a.1.q.1. & 2. & l.3. d.31. a.2. q.1.
6. Fides est media inter scientiam, & opinionem, & quomodò l.3.d.23. a.1.q.1. & qualiter differat ab utraque. ibid. & q.4. & op. Comp. Theol. l.5.c.19. V. *Scientia*. n.53.
7. Fides pro materiali dicit instructionem intellectus, pro formali inclinationem ad assensum. l.3.d.23.a.2.q.2.
8. Fidei articulus est veritas de Deo, latens tamen. lib.3.d.24. a.2. q.1. corp. & d.31. a.2.q.1. ad 3. Et unde dicuntur articuli propositiones de fide. l.3.d.24. a.3. q.1. corp. & op. Cent. p.3. sec.38. Quinam sint. Pl. l.18.c.6.v.14.
9. Fidei subjectum tripliciter consideratur, scilicet, quoad potentiam intellectivam, affectivam, & interpretativam: prima stat in cognitione: secunda in devotione: tertia in constantia. l.3.d.25.dub.1. & l.3. d.26. a.1. q.5. & l.4.d.9.dub.1. V. *Parvulus*. n.6. seq.
10. Fidei subjectum proprium est liberum arbitrium, sed principaliter est intellectus, & voluntas, & quomodò. l.3.d.23.a.1. q.2. ob id dicitur esse in potentia rationali. lib.3. d.27. a.1.q.1. in arg.
11. Fides est habitus voluntarius, & amor ordinatus. l.3.d.23.a.1.q.2.corp.

Speclat

- Spestat tamen ad cognitionem primario. lib. 3. d. 23. ibid. & d. 26. a. 2. q. 1. ad 4.  
Sed principalius ad voluntatem. l. 1. d. 40. a. 1. q. 2. ad arg.
12. Fides est substantia rerum sperandarum non simpliciter, sed secundum statum viæ, quo expectantur bona æterna. l. 3. d. 31. a. 2. q. 1. ad 2.
13. Fides quid propriè dicitur in intellectu Ps. 118. num. 73. Consistit in corde, ore, & opere. Ps. 118. cap. 5. v. 2. alia informis, alia formata. l. 3. d. 28. a. 2. per tot.
14. Fides formata quid sit. Centil. p. 3. sec. 37. & l. 3. d. 23. infra cit. V. *infra*. n. 17. seq.
15. Fides informis quid. l. 3. d. 23. a. 2. q. 2. V. *infra*. n. 17. seq.
16. Fides sumitur aliquando pro sponsione, pro fidelitate, pro conscientia, pro Sacramento, pro assensu conclusionis probatæ per rationem, pro cognitione comprehensionis, pro habitu fidei formatæ & etiam informis, pro actu fidei, & pro objecto fidei: ad quæ membra fides est quid analogum. l. 3. d. 23. dub. 2. & l. 3. d. 9. a. 2. q. 4. ad 2. & l. 4. d. 39. dub. 1. & op. Comp. Theol. lib. 5. cap. 19. & op. Cent. p. 3. sec. 37. & Ps. 118. n. 57.
17. Fides alia est informis: alia formata, & quænam sit. l. 3. d. 23. a. 2. per tot.  
De fidei informi agitur ibid. a. 2. per tot. & l. 2. d. 43. dub. 3. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 4. ad 3. & op. Cent. d. 3. sec. 37.  
Item alia explicita, alia implicita, & quænam sit. l. 3. d. 25. a. 1. q. 3. corp. Vid. *Varia de fide*. num. 98.
18. Fides informis, licet careat forma gratiæ, tamen habet suam formam, & utilis est. l. 3. d. 23. a. 2. q. 1. & 2. Ubi de spectantibus ad fidem mutuam agitur, & q. 3. corp. & l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 1. ubi de fide informi in lege naturæ. Vid. *Suprà*. n. 15.
19. Fides informis propriè non est virtus Theologica: tendit enim in Deum semiplenè, & imperfectè. l. 3. d. 23. a. 2. q. 1. ad 2. & 3.
20. Fides, quæ habetur à discipulo de aliquo excedente proprium intellectum respectu Magistri, non est virtus, cum ei subesse possit falsum, nec de se est rectificativa mentis, sicut fides Christi. l. 3. d. 32. ibid. ad arg.
21. Fides informis, quæ habetur humana persuasionem, non est virtus infusa, sed tantum illa, quæ habetur per divinam illustrationem. l. 3. d. 23. a. 2. q. 2.
22. Fides, quæ habetur per auditum quænam sit, & quomodo sit quid materiale. l. 3. ibid. quid ei conferat cognitio Sacræ Scripturæ, & scientiarum. l. 3. d. 25. dub. 2.
23. Fides, quæ habetur Sacræ Scripturæ, si ei assentitur, ut est revelata, est virtus: si ut tradita à suis Patribus tantum, non est virtus, sed quædam assuetudo. l. 3. d. 23. a. 2. q. 2. ad arg.
24. Fides Hæreticorum circa aliquos articulos non est virtus, sed persuasio humana. l. 3. d. 23. ibid. V. *Hæresis* n. 7. seq.
25. Transiens de fide catholica ad hæresim non habet infusam virtutem respectu aliquorum articulorum, nec eam per acquisitionem. lib. 3. d. 23. a. 2. q. 2. ad 4.
26. Parvulus caret materiali fidei, non verò formali, quod potest amittere veniens ad ætatem adultam. ibid. q. 2. ad 5.
27. De fide Dæmonum agitur, & quomodo discrepat à fide malorum Christianorum. l. 3. ibid. q. 3. per tot. & serm. 1. de plur. Mart. Vid. *Dæmon*. num. 18.
28. Fides informis per adventum gratiæ non expellitur, nisi ratione defectus annexi, cui soli opponitur gratia. l. 3. ibid. q. 4. Sed fit formata per gratiam, sicut & cæteri habitus infusi, non autem eodem modo. l. 3. ibid.
29. Privatio visionis facit ad laudem, & fructum credulitatis, & quare. l. 3. d. 24. dub. 1. & a. 2. q. 1. ad 1.
30. Fides est ex auditu quidem exteriori, sed magis ex interiori: loquendo tamen quoad materiale. l. 3. d. 24. dub. 2.
31. Fides excludit humanum experimentum. l. 3. d. 12. a. 3. q. 3. ad 2.
32. Fides alia est explicita, alia implicita: hæc aliquando sufficit ad placendum Deo. l. 3. d. 24. a. 1. q. 3. corp. & ad 5.
33. Fides importat tria, scilicet credulitatem, habilitatem tendendi in Deum, & ipsam tendentiam: primum tollitur per infidelitatem: secundum per desperationem: tertium per omne peccatum: hinc est fides mortua. lib. 2. d. 43. dub. 3.
34. Fidei certitudo. V. *Fidei objectum*.
35. Fides Ecclesiæ. V. *Ecclesia*. n. 12. seq.
36. Fides parvulorum qualis. Vid. *Parvulus*. n. 6. sequent.
1. Fidei objectum est verum, cui non potest subesse falsum: licet enim credat aliqua, quæ de sui natura sunt contingentia: tamen quia subsunt divinæ præscientiæ, & revelationi, hinc non possunt non evenire. l. 3. d. 24. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. q. 1. proæm. ad arg. Quia habent omnes articuli unam rationem moventem, scilicet, summam veritatem continentur sub una virtute. l. 3. d. 24. ibid. & l. 3. d. 9. a. 2. q. 4. ad 2. Ad quatuor capita reducuntur credenda.  
Pro objecto respicit res sperandas, & timendas: pro fine res sperandas. lib. 3. d. 23. a. 1. q. 5. ad 4.
2. De certitudine fidei. Vid. *n. anteced.* & c. & quomodo prius creditur, quam intelligat in quo sensu. l. 3. d. 24. dub. 3. Est diversa hæc certitudo à certitudine spei. lib. 3. d. 26. art. 1. q. 5. corp. & Brev. l. 5. c. 7.  
Quare quis potest esse certus habere fidem, non verò charitatem. l. 1. d. 17. p. 1. a. 1. q. 3. ad 5.
3. Fides, & scientia materialiter habent idem objectum, scilicet, verum; sed discrepant quod verum scientiæ est visum: fidei autem est non visum, sed salutiferum: quare dicitur veritas secundum pietatem. lib. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 4. d. 6. p. 1. q. 5. ad arg. & op. diar. fal. tom. 8. cap. 5. Unde assentit primæ veritati propter se. lib. 3. d. 24. art. 1. per tot. & lib. 3. d. 27. art. 1. q. 2. in arg.
4. Differt etiam fides à scientia, quod scientia debet conformari objecto cognoscibili, sed fides conformatur lumini, per quod illud verum creditur. l. 3. d. 24. a. 1. q. 1. ad 2. Quid conferat scientia ad habitum fidei. l. 3. d. 35. dub. 2.  
Item sola fides est absque errore: omnes aliæ scientiæ humanæ continent varios errores; & si fidei permiscetur error, est ob defectum credentium. l. 3. d. 23. a. 1. q. 4. ad 4.
5. Fidei objectum est verum increatum; & quomodo

- modò potest etiam esse aliquid creatum. lib.3. d.24.a.1.q.2.& q.3.ad 2.
- Est verum invisibile ut invisibile. lib.3. d.26. dub.3.
6. Fidei objectum quomodò potest quid futurum. l.3.d.24.a.1.q.2.ad 3. & 5. ubi de prædictionibus prophetis. ibid. ad 5. & ibid. q.1. ad 3. quare dicatur res credenda articulus. Vid. *Articulus. n. 1. seq.*
7. Qui negaret quæ in Sacra Scriptura, quomodò diceretur Hæreticus, cum non habeant omnia rationem objecti proprii fidei. lib.3. d.24. ibid. ad 4.
8. Fides quantum ad suam substantiam respicit complexum, seu enunciabile præscindendo ab aliqua differentia temporis: fides verò explicita est sub differentia temporis, quod tamen non vertit rationem fidei. lib.3. d.24. a.1. q.3. corp.
9. Licet verum increatum sit objectum fidei, & hoc in se simplex, tamen ut tale objectum exigatur enuntiare hoc de hoc per modum complexionis. l.3.d.24.a.1.q.3.ad 2. & l.3. d.26.a.1. q.5.in corp. V. *Articulus. n.4.*
10. Quare cum objectum visionis in patria, & in via sit essentialiter in se idem: in via fides apprehendit per modum complexionis: non verò in patria. l.3. d.24.a.1.q.3. ad 3.
11. Fides, spes, & Charitas negotiantur circa idem objectum, sed quia fides id facit per intellectum, hinc ejus objectum est quid complexum: alia verò per affectum, & per consequens circa rem incomplexam. l.3.d.24.a.2.q.3.ad 4. & l.3. d.26.dub.3.
12. Fides, & visio sensibilis quomodò possunt esse circa idem objectum: Item opinio, & fides; Item scientia, & fides quomodò possunt stare simul. l.3.d.24.a.2.q.1.2.& 3. Item & visio beata non potest stare. l.3. ibid. a.2. q.1. ad arg. & q.3.corp. V. *Gloria. n.111.*
13. Fides quomodò stat cum libertate. lib.3.d.24. a.3.q.1.ad 5. & 6.
14. Fidei formatae, & informis quænam sint objecta, & quomodò differant. l.3. ibid. q.2. corp.
15. Fidei objectum quomodò potest recipere dignitatem majorem, vel minorem in uno articulo, quàm in alio. l.3. d.25. dub. 1.
16. Fidei objectum secundum se est semper idem, & respectu temporum, & respectu pluralitatis articulorum, & quantum ad primam veritatem. l.3.d.25.dub.1.&d.29.a.1.q.1. ad 3.
17. Fides, quo sensu dicitur aliquando magna cognitione, seu constantia, seu devotione. l.3. d.25. ibid.
18. Fidei quinam articuli credendi explicitè necessarii erant ante adventum Christi, & sub ejus adventu. l.3.d.25. ibid.
19. De missione facta à Joanne Baptista discipulorum ad Christum, & de interrogatione facta: Tu es, qui venturus es? agitur. lib.3. d.25. dub.3.
20. De sufficientia credendorum contentorum in symbolo Apostolorum agitur. lib.3. d.25. a.1.q.1. Sunt duodecim articuli fidei, si sumantur in ordine ad Apostolos, qui composuerant symbolum: si verò in ordine ad credenda, sunt quatuordecim. op. Brev. p.5. c.7. & op. Comp. Theol. l.5.c.21.& op. diæt. sal. t.5.c.3.
21. De symbolis Apostolorum, Concilii Nicæni, & S. Arhanasii agitur. lib.3. d.25. a.1.q.1. ad arg. & op. Cent. p.3. sec.38.
22. Fides mediatoris vel explicita, vel implicita omnibus in omni tempore fuit necessaria ad salutem. l.3.d.25.a.1.q.2. Quomodò hæc cognitio haberi poterat. lib.3. d.25. ibid. ad arg.
23. Fides explicita de mysterio sanctissimæ Trinitatis necessarii ab omnibus debet haberi, quia potest facile haberi cognitio ipsius ex ipsa con-signatione Crucis in nomine Patris &c. Item cognitio explicita Nativitatis, Passionis, Resurrectionis ex ipsarum celebratione. l.3. d.25. a.1.q.3. corp.
24. Fides explicita quibus necessaria est, & quibusnam implicita sufficit. l.3.d.25. ibid.
25. Fidem explicitam omnium articulorum fidei debent habere Parochi: Concionatores Doctores Sacræ Scripturæ, & alii docentes fidei veritatem. l.3.d.25. ibid.
26. Omnes tenentur credere in communi, quod credit Sacrosancta mater Ecclesia. ibid.
27. Fides in credendo in generali, & in particulari quomodò differt ab obedientia circa executionem mandatorum: & à charitate circa amorem proximi in universali, & in particulari. l.3. ibid. ad 3.
28. Omnes articuli fidei sunt æquales circa assensum quoad promptitudinem: non verò quoad instructionem, vel cognitionem. lib.3. ibid. ad arg.
29. Fides de redemptione quomodò imperfectè habebatur ante legem, & sub lege: licet minus perfectè, & saluabat antiquos. l.4.d.15. p.1.a.1. q.1. corp. & l.3.d.10.a.2.q.2.ad 2. Et quàm perfectè habetur sub gratia. l.3. d.25.a.2.q.1. tamen fuit semper una. op. Brev. l.5.c.7.
30. Fides qualiter profecerit ex statu legis naturæ, & scriptæ quoad expressionem articulorum, non verò quoad articulorum additionem: Item quoad luminis plenitudinem, & hoc ob veritatis maiorem exhibitionem, instructionem, & gratiæ diffusionem. l.3.d.25.a.2.q.1. & 2.
31. Fides respectu ipsius veritatis dictantis non potest crescere: bene autem respectu ipsius credentiæ tum quoad certitudinem: tum quoad clariorem cognitionem: tum ob maiorem devotionem, ut patet in Martyribus, & SS. Doctoribus. l.3.d.25.a.2.q.3. & op. Brev. l.5. cap.7. taleque augmentum fit extensivè, intensivè, & radicativè. l.3.d.25. ibid.
32. Fides illa est certior, in qua apertius cognoscitur, & deuotius acquiescitur. lib.3. ibid. q.3. corp.
33. Fidelium credentium alij, qui eligunt credere sola pietate non comprehendentes ratione an credendum sit, vel non: alij ratione approbant, quod fide iam credunt: alij quod Fide credunt, & ratione approbant purificatæ mentis intelligentia experiuntur. l.2.d.25. a.2.q.3. corp.
34. Finis, & obiectum fidei qualiter differant. l.3. d.25.a.1.q.5. ad 4.
35. Fidei finis duplex, scilicet quantum ad intentionem, & quantum ad assecutionem. l.3.d.23. a.1.q.5. ad arg.
36. Fides quomodò probat, scilicet articulus articulum. l.3.d.23. dub.5.
37. Fides essentialiter excitans in anima cognoscitur



- citur per suam essentiam. l. 3. de. 23. dub. 4. cognoscitur etiam per experientiam probans, an promptus quis sit ad sustinendam fidem. lib. 3. d. 23. dub. 4. & l. 1. d. 17. p. 1. q. 2. ad 3.
38. Fides credit Deo, Deum, & in Deum, & quomodo. l. 3. d. 23. dub. 3. & op. Cent. p. 3. sec. 36. & op. diat. sal. tom. 5. cap. 3. & Psalm. 118. n. 57.
39. Fides, licet habeat pro objecto summam veritatem, tamen quod credit, videt per speciem creatam: unde cognitio Sacræ Scripturæ, & æternorum in subiecta creatura plurimum confert ad promotionem ipsius fidei in se, & in aliis, sicque homo magnæ literaturæ facilius persuadet, & melius instruit quàm ignarus. l. 3. d. 35. dub. 2.
40. Cognitio scientiarum creaturarum quantum conferat ad promotionem fidei. l. 3. d. 35. dub. 2. & q. 3. ad arg.
41. Fides evacuatur in gloria, & tollitur & quoad habitum, & quoad actum, & quomodo. l. 3. d. 31. a. 2. q. 1. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 5. corp. & lib. 3. d. 36. a. 1. q. 1. ad 1. & l. 2. d. 27. a. 1. q. 3. ad 1. juncta enim est imperfectioni, sicut & spes. lib. 3. d. 26. & 31. ibid. & d. 13. a. 1. q. 3. ad 1. Qualiter non sunt in Christo. l. 3. d. 36. a. 1. q. 1. ad 1.
42. Fides quia unicum habet objectum, & finem est una virtus: credit enim Deo ut objectum est, & de Deo, & circa Deum ut rationem moventem, & in Deum ut in finem. lib. 3. d. 26. a. 1. q. 2. corp.
43. Fides non potest excedere in proprio actu: numquam enim actus potest esse nimis intensus; sic nec aliæ virtutes Theologicæ; Cardinales verò possunt excedere. l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad 1.
44. Fides potest esse sine charitate, quia sine gratia potest dare vigorem, & rectitudinem potentia, ut credat. l. 3. d. 26. a. 1. q. 4. ad 3.
45. Fides est virtus, & auriga omnium virtutum, principiumque nostræ salutis, & fundamentum omnium bonorum. l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. & l. 3. d. 13. a. 2. q. 1. ad 3. & l. 4. d. 39. a. 2. q. 3. ad 2. & in Io. cap. 4. n. 21.
- Et quomodo dicitur vita omnium virtutum. l. 4. d. 14. p. 2. dub. 5. & l. 4. d. 22. a. 3. q. 1. corp. & op. Brev. p. 5. cap. 7. & lib. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 3. corp. & ferm. 1. Hexaem & 8. 9. & 10. & in Luc. c. 18. n. 44.
46. Fides formata charitate ordinat ad amandum Deum, ad faciendum bonum, ad fugiendum malum, & ad diligendum proximum. l. 3. d. 23. dub. 3. & l. 2. d. 40. a. 1. q. 3. corp. & lib. 2. d. 41. dub. 1. est tam meritoria, quàm est charitas, & quomodo. lib. 3. d. 25. dub. 4. & op. Cent. p. 3. sec. 37. & op. diat. sal. tom. 5. c. 3.
47. Fides docet credere rationabilia, consona, scilicet rationi elevatæ à lumine supernæ virtutis: licet quoad rationem conversam ad sensibilia videantur multoties irrationabilia. l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad arg. & op. Brev. p. 5. c. 7.
- De effectibus moralibus fidei agitur. op. Brev. ibid. & op. Comp. Theol. lib. 5. cap. 20. & op. diat. sal. tom. 5. cap. 3. & Psalm. 103. & in Luc. cap. 1. n. 44. & in Ioan. procem. & c. 1. n. 12. & 50. & c. 3. n. 15. & in Ioan. col. 45. & 46. & ferm. 2. in oct. Pasch. & ferm. 1. de plur. Mart. & op. de dono piet. c. 3.
48. Fides duo facit præcipue, scilicet rectificat potentiam, & eam vigorat ad credendum: unde aliquis discredens unum articulum solum, non habet fidem, sed tantum aliquam habilitatem, quæ tamen non est virtus, cum non faciat illa duo in ejus anima. l. 3. d. 23. a. 2. q. 1. ad 4. & op. Brev. l. 5. c. 7.
49. Fides impetrat à Deo virtutem miraculorum, non charitas: In prima enim est prima elevatio hominis supra se, & per hoc impetrat à Deo, ut etiam agat aliquid supra vim naturæ. lib. 3. d. 27. a. 2. q. 1. ad arg. Idque verum, licet sit informis: mereturque & aliis sanctatem. l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 1. & l. 4. d. 43. a. 1. q. 5. in arg.
50. Fides disponit ad actum charitatis secundum statum viæ. l. 3. d. 31. a. 3. q. 1. ad 2. estque prior omnium virtutum. lib. 4. d. 14. p. 1. art. 2. q. 3. corp.
51. Fides habilitat ad assentiendum Deo in articulis, quos si non vidit in se, vidit tamen in creatura cognoscendo quid est, quod per nomen dicitur, sic vidit Trinitatem, quia vidit quid est ternarium in creatura. l. 3. d. 35. a. 1. q. 3. ad arg.
52. Fides de Christi Nativitate est fundamentum aliorum omnium articulorum de Christo: de ejus passione provocat ad amorem: de ipsius Resurrectione sublevat ad spem: de ejus Adventu ad Iudicium, ad timorem. lib. 3. d. 25. dub. 2.
53. Fides de Christo, ut mediatore reducitur ad quatuor capita, ad personam satisfaciens, ad modum, ad præmium ejus, & modum præmiandi. l. 3. d. 25. dub. 2.
54. Ad fidem pertinet cogitare, ad ejus proprietates illuminare, rationem reformare, & intellectum captivare, cui succedit videre. l. 3. d. 23. a. 1. q. 2.
55. Fides potest stare absque spe, & quomodo. l. 2. d. 43. dub. 3.
56. Infidelitas in quo sensu sit gravius peccatum cæteris. l. 2. d. 43. a. 2. q. 1. ad arg.
57. Fides quomodo differat à charitate, ejusque actus est facilius actu charitatis. lib. 3. d. 27. a. 1. q. 1. & a. 2. q. 1. ad arg.
58. Fides, & cætera dona gratuita semper dantur à Spiritu sancto; sed non semper cum Spiritu sancto. l. 1. d. 18. a. 1. q. 1.
59. Fides de Deo est non tantum respectu essentia, sed & modi essendi: ideo credens in unam Personam, non satis credit. lib. 1. d. 19. p. 2. a. 1. ad arg.
60. Fides informis quid operabatur in lege naturæ, & qualiter erat remedium pro parvulis. l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 1. & 2.
61. Fides informis disponit de congruo ad gratiam. l. 4. d. 1. ibid.
62. Fides habet aliquid infusum, & aliquid acquisitum. l. 4. d. 4. p. 2. a. 2. q. 2. ad arg.
63. Fides est medicamentum intellectus quo fortificatur ad credendum. lib. 4. d. 12. p. 1. a. 1. q. 2. ad arg.
64. Fides necessaria ad Sacramenta qualis. lib. 4. d. 3. p. 1. a. 1. q. 2.
- Stabilitur per baptismum. op. Brev. p. 6. c. 3.
65. Fides Ecclesiæ numquam deficiet, sicut nec sanctitas, quæ non infit in aliqua persona speciali. lib. 4. d. 4. p. 1. dub. 2. Ejus stabilitas unde, ferm. 9. Hexaem.
66. Fidei motus quomodo dicitur motus liberi arbitrii.

- arbitrii ab aliquibus in materia gratiæ. lib.4. d.14.p.1.a.2.q.3.corp.
67. Fidei meritum quando humana ratio aufert meritum, & quando non. lib.1.in Prol.quæst.2. ad arg.
68. Fides quomodò dirigit intentionem, illuminatque intellectum: charitas verò affectionem. l.2.d.41. dub.1.
69. Fides in ordine ad spem, & Charitatem: primò negotiantur circa idem objectum, sed diversimodè. l.3. d.24.a.2.q.3.ad 4.& d.26.dub.3. secundò quantum ad habitum simul omnes virtutes infunduntur, scilicet, fides, spes, charitas: quantum ad actum prior est fides, quia hæc facit præcognoscere quod speratur, & amatur. l.3.d.23. dub.6. tertio quomodò differant fides, & spes. l.2.d.43. dub.3. & l.1.d.17. p.1.a.1.q.2. ad 3. & op. Comp. Theol. lib.5. c.22. Item & charitas. in Luc. cap.17: n.20. & cap.21. n.28. quartò quomodò differat à charitate. lib.3. d.24.a.2. q.3. ad 4. & d.26. dub.3. & l.1. d.17. p.1. art.1. q.2. ad 3. quinto in ratione merendi sunt æqualia. l.3.d.25. dub.3.
70. Fidei mysteria in quo casu liceat ponere in disputationem. l.4. d.11.p.1. dub.1.
71. Fides est fundamentum totius Theologiæ, omniumque illustrationum, & mensura totius nostræ cognitionis de rebus cælestibus. op. Brev. procem.
72. Ad quid inserviunt auctoritates S. Scripturæ fidei. op. Brev. l.5. c.7.
73. Triplex status fidei datur, scilicet, fidei genitæ per baptismum, roboratæ per Confirmationem, & multiplicatæ per Sacramentum Ordinis. op. Brev. p.6. c.6.
74. Fides spectat ad vitam Christianam, tamque regit, sicut & cæteræ virtutes Theologicæ, & Cardinales. op. Cent. p.3. sec.36.
75. Fidei laudes per varias comparationes traduntur. op. diæt. sal. t.5.c.3. Fidei laudes, effectus, & bona enarrantur. ser.1. 8.9. & 10. Hexæm.
76. Fides est mystica arca: stella: petra: fundamentum: speculum mundum: annulus sponsæ: vexillum: scutum: & radius solaris. op. diæt. sal. tom.5. cap.3. & tom.8. cap.5. est scala Paradisi. op. diæt. sal. tom.8. cap.5. & serm.3. ser.2. Pasch. V. *infra*. n.101.
77. Fides ad hoc ut sit non mortua, quid requirat. op. diæt. sal. ibid.
78. Fides mortua facit hominem chymeram. op. diæt. sal. tom.5. c.3. In quo consistit. op. medit. vit. Chr. cap.58. & ser.3. Dom. 23. post Pent. & ser.1. Dom.24. post Pent. & serm.1. de plur. Mart. V. *infra* n.90.
79. Fidei fructus elucentes in gloria enarrantur. op. diæt. sal. tom.10.c.5.
80. Fides Trinitatis non potest rectè explicari nisi ab eo, qui habet elevatissimas cogitationes cælestes. op. dec. præc. ser.2.
81. Fidei contraria sunt hæsitatio, hæresis, schisma, & error, sortilegium, superstitio, apostasia, & idololatria. op. spec. an c.1. Quando nam possit quis credere oppositum fidei. l.1. d.27. p.1.q.4.
82. Fidei magnificentia in tribus consistit: primò si in solo Deo confidat: secundò si in adversitate non deficiat: 3. si perseverat op. diæt. sal. t.5.c.3.
- Est mysticum firmamentum. Vid. *Firmamentum*. num.7.
83. Fides dicitur de Deo altissimè sentiendum. op. Brev. p.1. c.2.
84. Fides comparatur lapidi Jaspidis, Saphiri & Calcedonii. op. diæt. sal. tom.10. c.5.
85. Fides quid conferat ad justificationem. Ps. 110. & l.2.d.26.dub.3.
86. Fidei condiciones quales. Ps. 115. & in Luc. c.9.n.18. & c.17.n.5.6. & 7. & in Ioan. cap.20. num.28.
87. Fides facit credere articulos ad fidem spectantes. Ps. 118.n.73. Vid. *Articulus*. n.1. seq.
88. Defectus credendi unde oriatur. Psalm. 118. c.6.v.2.
89. De fidei remuneratione agitur. Ps. 118. ibid. & in Ioan. c.17. n.24. & c.20. n.28. quantum valet ad misericordiam consequendam. in Luc. c.5.n.20.
90. Fides sola non salvat. Psalm. 118. cap.6.v.14. Exigit opera. in Luc. c.12. n.8. & in Ioan. c.3. n.15. & serm. 2. Dom. Pas. & serm. 1. Dom.2. post Epiph. & serm.3. & 4. Dom. Pas. Vid. *Supra*. n.78.
91. Fidei mediatio est secundum mysterium allegoricum, tropologicum, & anagogicum. Ps. 118. c.7.v.1.
92. An sit licitum discutere articulos fidei, & quomodò. in Eccles. c.7.
93. Fidei semen qualiter seminandum in horto voluptatis. in Luc. c.13. n.19.
94. Fidei donum multis datur, sed pauci salvantur. in Luc. c.14. n.16. Et hoc quia licet fides credulitatis sit in multis: in paucis tamen est fidelitatis. in Luc. c.18. n.8.
95. Fides est primum donum à cælo nobis datum. in Luc. c.18. n.43.
96. Fides quomodò stet cum Dei filiatione. in Io. c.1.n.12.
97. Fidei meritum excludit experimentum. in Io. c.6.n.36.
98. Fides quomodò est vita animæ; ejus defectus est mors. in Io. c.11.n.27.
99. Fides qualiter comparatur grano synapis. in Luc. c.17.n.6. & serm.1. in Circumc.
100. Fidei radius quomodò obnubilitur in mente. serm.1. Dom.1. Adu.
101. Fides est stella ad Christum ducens. serm.5. in Nat. Dom. V. *Supra*. n.76.
102. Fidei profectus requirit operationem virtuosam. serm.1. Dom.5. post Pasch. & serm.10. Pent. & serm.2. de Trin.
103. Fidei signaculum imprimitur à Spiritu sancto, & quodnam illud sit. serm.1. Pent.
104. Fidei articuli figurati in duodecim lapidibus filiorum Israel: Item per duodecim Lapidem pretiosos. op. diæt. sal. tom.5. c.3. Sunt stellæ coronantes animam, & Ecclesiam. ser.3. Pent. & serm.3. ser.3. Pent. & serm.4. Dom. 24. post Pent.
105. Fides Catholica est altare maximum, nobilissimumque. serm.1. Dom. Infr. oct. Ascens.
106. Fidei formatæ signa quænam sint. serm.1. in Pent.
107. Fidei veritas infusa est à Spiritu S. in Apostolis, & ab ipsis seminata per Orbem. ser.9. Pent.
109. Fides beatum facit. serm.12. Pent.
108. Fidei de Trinitate effectus mirabiles in corde nostro. serm.2. Dom. Trin. & serm.3. in intellectu,

- tellectu, in voluntate, & in opere exteriori. ser. 1. de plur. Mart.
110. Fidei veritas unde oriatur. serm. 1. Dom. 7. post Pent.
111. Fidei lux quomodo habeatur, augeatur, & etiam deperditur. serm. 1. Dom. 14. post. Pent. & ser. 3. Dom. 23. post Pent.
112. Modus traditur exercendi fidem de cælestibus. serm. 4. Doir. 14. post Pent.
113. Fidei veritates quam veraces; qua securitate amplectendæ; & quam necessariæ ad salutem. serm. 2. Dom. 19. post Pent. & serm. 1. Dom. 22. post Pent.
114. Fides facit adoptare animam in filiam Dei. serm. 3. Dom. 23. post Pent. ubi multa mirabilia fidei.
115. Fidei meritum in quo consistat. serm. 1. de S. Thom.
116. Fides est altissimum omnium donorum; & quare. serm. 1. de plur. Mart.
117. Fidei vis in superando Diabolum, mundum, & carnem. serm. 1. de plur. Mart.
118. Fidem frangenti fides frangatur, quomodo id practicandum. l. 4. d. 35. a. 1. q. 1. corp.
119. Fidei malæ possessor quis l. 4. d. 15. p. 2. a. 2. q. 1. ad 4.
120. Si quis ex conjugibus sit Cristianus eorum filii, si sunt ante adultam ætatem, debent sequi parentem fidelem: si verò sunt adulti, possunt liberè sequi quem voluerint. l. 4. d. 39. dub. 4.
121. Fides Abrahæ qualis. V. *Abraham*. n. 3. & 5.
122. Fides dicitur Cælum. V. *Cæli varia*. n. 7.
123. Fides Centurionis. V. *Cornelius*.
124. Errores circa fidem unde. V. *Error*. n. 13.
125. Fidei mysterium Eucharistia. Vid. *Eucharistia essentia*. n. 49.
126. De Hæresi. Vid. *Hæresis*.
- Fiducia.*
- Fiducia. V. *Fidentia*. V. *Confidentia*.
- Est certâ spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. op. declar. term. Theol. Vid. *Fortitudo*. n. 5.
- Fieri. Vid. *Fiat*.
- Figere. Vid. *Filio*. *Figulus*.
- Figulus est qui fingit, & fabricat vasa. l. 4. d. 48. a. 2. q. 3. ad arg.
- Figura.*
1. Figura dicitur tripliciter: primo modo dicitur dispositio ex clausione linearum: quo modo dicitur aliquid esse figuræ orbicularis: secundo dicitur exterior rei facies, seu pulchritudo: tertio dicitur fictio vel fragilitas à fingo, qua figulus format vasa lutea. l. 4. d. 48. a. 2. q. 3. corp. Vid. *Generatio*. n. 15.
- In corporibus est clausio terminorum: in spiritualibus est similitudinis impressio, seu assimilatio. l. 4. d. 6. p. 1. a. 1. q. 2. ad 1.
2. Figura dicit dispositionem qualitatis in quantitate, & quia principaliter dicit dispositionem, est in genere qualitatis. lib. 4. d. 49. p. 1. a. 1. q. 1. ad 5. & l. 4. d. 6. p. 1. a. 1. q. 1. fund. & Centil. p. 3. sec. 24. V. *Forma*. n. 3.
3. Figura orbicularis est magis idonea ad motus velocitatem, est & capacior, nobilior, & simplicior: Hinc Cæli sunt orbicularis figuræ. l. 2. d. 14. p. 1. a. 2. q. 1. in arg. & serm. 1. de Apost. Quare magis aptatur corporibus homogeneis, quam etherogeneis. op. Comp. princ. in lib. sent. V. *Circulus*.
4. Terra non est omninò figuræ orbicularis. l. 4. d. 48. a. 2. q. 3. corp.
5. Figura quæ adhibetur in locutionibus est vitium ratione aliqua excusatum. lib. 3. d. 11. dub. 4.
6. Figura debet ita respondere figurato, quod tamen non sit necesse, quod in omnibus respondeat. l. 3. d. 22. a. 1. q. 3. ad 1.
7. Figura antropopethon quæ sit. lib. 2. d. 26. a. 1. q. 1. ad 4.
8. Figuratum perfectissima est circulus. V. *Circulus*. n. 1. seq. Vid. *Supra*. n. 3.
9. Figura Epignome. Vid. *Epignome*. num. 1. Vid. *Epigramos*. n. 1.
10. Figuræ adventus Verbi Dei in carnem proponuntur ex veteri testamento. op. princ. S. Script.
11. Figuræ variæ de Sacra Cruce Domini Jesu proponuntur. op. Expof. Mill.
12. ¶ Figuræ B. Virginis. V. *Maria*.
13. Figuratio Eucharistiæ. V. *Eucharistia figura*.
14. Figura dictionis. Vid. *Fallacia*. n. 10.
15. Figura hujus Mundi quomodo dicitur transire. V. *Mundus*. n. 25.
- Filiatio, Filius.*
1. Filiatio propriè est productio passiva similis naturæ ex simili Patre. lib. 1. d. 5. a. 1. q. 2. & l. 1. d. 9. a. 1. q. 1. & l. 3. d. 8. a. 2. q. 3. Unde generatio sola est causa filiationis. ibid. & lib. 3. d. 8. a. 2. q. 2. ad 1. dicitque ortum, & imitationem. l. 1. d. 26. dub. 6. V. *Generare*. V. *Pater*.
2. Filiatio naturalis est duplex, scilicet, vel productio Patris ex se toto, vel ex parte sui: prima est in Divinis, quia essentia una ibi potest esse in pluribus: secunda est in creatis, est enim cum transmutatione, & discissione generantis. l. 1. d. 9. a. 1. q. 1. corp. Differt à Nativitate Christi. V. *Christi locutiones*. n. 22. & 24. V. *infra*. n. 7.
3. Differentia qualis inter generationem increatam, & creatam. l. 4. d. 9. ibid.
4. Filiatio alia naturalis, alia legalis: prima facit filios naturales per generationem genitos. Vid. *Adoptio*. n. 1. & seq. secunda per adoptionem. l. 4. d. 42. a. 2. q. 1. Qualis differentia inter utramque. l. 3. d. 8. a. 2. quæst. 3.
5. Filiatio adoptiva ad quid inventa est, & quid importet. l. 4. d. 42. ibid. & l. 4. ibid. pertinetque ad Patrem adoptare, non è converso: ejus enim est adoptare, cujus est generare. l. 4. ibid. & l. 3. d. 1. a. 2. q. 3. ad arg. & l. 3. d. 10. dub. 2.
6. Filiorum quatuor genera sunt quædam ex patre, & matre, & hoc per generationem naturalem: quædam sine patre, & matre, sed ex terra, ut Adam: quædam ex patre solum, ut Eva: quædam ex matre sine patre, ut Christus: prima, & ultima solum est propriè per generationem. Ps. 126.
7. Filiatio plus dicit, quam nativitas: illa enim importat expressam similitudinem cum habitudine originis ad patrem: at nasci importat tantum emanationem ab alio: ob id vermes nascentes ex carne hominis non dicuntur filii: ob id etiam fideles dicuntur filii Ecclesiæ. l. 3. d. 4. dub. 2. Ob id Christus dicitur bis natus, non bis Filius: filiatio enim respicit Personam: nativitas verò ipsam actionem, ut mensuratam tempore. l. 3. d. 8. a. 2. q. 1. & 2. V. *Christi locutiones*. n. 22. & 24.

8. Filius respectu Patris duplicem habet proprietatem : una attenditur quantum ad emanationem : altera quantum ad possessionis hæreditatem : prima antecedit : secunda consequitur : sic mali dicuntur filii gehennæ ratione secundæ, per quam imitantur Diabolum. l.3. d.4. dub.3.
9. Filius partem accipit à Patre, & partem à Matre, & hoc virtute seminis, in quo est vis activa, & productiva similis in natura. lib.3. d.4. a.1. q.2.
10. Filiatio est relatio, quæ habet comparationem ad tria, scilicet, ad subjectum in quo est, ad terminum ad quem est, & ad principium à quo est : multiplicatur secundum speciem autem similis relatio ratione principii à quo est : secundum numerum verò ratione subjecti in quo est : hinc in Christo non potest dici quod sint duæ filiationes. l.3. d.8. a.2. q.2.
11. Filiationis relatio non multiplicatur multiplicatis terminis solum. l.3. d.8. ibid.
12. Filiatio importat formaliter relationem, generatio actionem. lib.3. d.8. ibid. ad 4. & q.1. Unde filiatio respicit propriè Personam. lib.3. d.8. ibid. & d.13. a.1. q.1. ad 2.
13. Filiatio quatuor modis potest esse : primò emanatione naturali in unitatem essentiæ : secundò per conformitatem imaginis, sicque homo dicitur Filius Dei creatione : tertio addendo imagini etiam similitudinem, estque per gratiam : quartò per naturam imaginis, sed cum deordinatione, sic peccator, & Diabolum dicitur filius Dei luncupativè. l.3. d.10. dub.4. & l.1. d.26. dub.6.
14. Filius masculus, licet in sexu non assimiletur Matri, sed Patri : tamen non degenerat ab ipsa in similitudine naturali. lib.3. d.12. art.3. q.1. ad 4.
15. De Filio Dei. V. *Dens Filius. V. Dei generatio. V. Verbum.*  
Ejus multa nomina exponuntur. op. declar. term. Theol.
16. Filius generatur de substantia Patris, vera est locutio in Divinis : quia, ly, de, dicit consubstantialitatem. l.1.
17. Filius Dei est ars plena omnium rationum viventium. l.1. d.6. a.1. q.3. corp. & l.1. d.31. p.2. dub.5.
18. Filii generatio, productio, & processio an differant. l.1. d.13. a.1. q.2. V. *Dei generatio, & processio.*
19. De Filii Dei missione. l.1. d.15. p.2. dub.4. & q.1. & d.16. dub.1. & q.3. & d.18. a.1. q.1. ad arg. & d.2. a.1. q.2. ad 1.
20. Filius Dei dicitur filius, quia est ex vi naturæ : imago, quia est per modum expressionis, & Verbum quia est aliis expressivum. lib.1. d.18. a.1. q.5. ad 4. & op. declar. term. Theol. Vid. *Imago. n.31.*
21. Filii alii sunt legitimi naturales, qui sunt procreati ex legitimo matrimonio : alii legitimi, sed non naturales, scilicet adoptivi : alii naturales, sed non legitimi, scilicet ex adulterio, vel fornicatione. l.4. d.39. a.1. q.3. ad arg. V. *Adoptio. n.1. seq.*
22. Filii quare magis assimilantur Patribus. l.4. d.40. a.1. q.1. & l.4. d.36. a.1. q.3. ad arg.
23. Filiorum obedientia, ad quæ se extendit respectu Patris. l.4. d.29. a.1. q.3. & Præceptum honorandi Patrem explicatur. ser.5. de dec. præc. & l.3. d.37. per tot. Vid. *Decalogus. V. Mater. n.6. & 13. & seq. V. Infra. n.52.*
24. Filii in quibus sequuntur conditiones Matris, & Patris. l.4. d.36. a.1. q.3.
25. Filii non possunt vendi à Patre absque maxima necessitate. l.4. d.36. dub.3.
26. Filius, qui nascitur ex Patre infideli, & Matre fideli, & è contra, si est adultus est liber in sequenda religione : si ante adultam ætatem sequi debet parentem fidelem : id enim exigit favor fidei, & bonum prolis, & matrimonii. l.4. d.39. dub.4.
27. Filii familias non possunt eleemosinas facere, nec alienare. l.4. d.15. p.2. a.2. q.1. in arg.
28. Filius, servus, & Mercenarius qualiter differant. in Luc. c.15. n.19. & Ps.28.
29. Filii prodigi parabola exponitur. in Luc. c.15. n.19. & ser.1. Dom.1. post oct. Pent.
30. Filii debent imitari bona exempla Patrum, sicut fecit Christus. in Io. cap.5. n.20. & cap.8. num.39.
31. Filii Diaboli, & ejus filiatio in quo consistit. in Io. c.8. n.40. V. *Diaboli varia. n.2. V. Hominis dignitas. n.27. fit per imitationem. Vid. Imitatio. n.1.*
32. Filius dicitur aliquis dupliciter vel nativitate, vel imitatione. in Io. col. 24.
33. Filii alii nascuntur mense septimo : alii octavo : alii nono : alii decimo, & hi aliis perfectiores, sic Christus, & Salomon. in Sap. cap.7. num.1.
34. Filiorum occisor quali pœnitentia plectendus. op. Confessionale. p.17.
35. Quatuor filia misericordiæ Dei in peccatorum sunt immisso amaritudinis : subtractio opportunitatis : virtus resistendi : & sanitas affectus. op. Phar. l.1. c.1.
36. Filii erudiendi à Patribus. op. Bibl. paup. cap.55. Vid. *Parens. num.15. & 16. 25. & 26. Eorum educatio qualiter facienda. op. Bibl. paup. c.55.*
37. Filia Babylonis, Hierusalem, & Sion quænam sint. in Thren. Hier. c.2.
38. Filiorum bonitas est gaudium Matris. serm.1. Dom. infr. oct. Epiph. ipsis obedientibus qualis benedictio præparatur. ser.4. Dom. Trin.
39. Filii venundantur quando à Patre Diabolo relinquuntur. serm.2. Dom.13. post Pent.
40. Filiorum educatio spernitur à multis : quàm grave malum. ser.2. de S. Ant.
41. Filii Israel quomodo licitè abstulerunt Ægyptiorum res. l.4. d.15. p.2. a.2. q.1. ad 1. & lib.2. d.40. dub.2.
42. Filius non debet puniri ob peccata Patris. l.3. d.12. a.1. q.1. ad 3.
43. Filii adoptivi Dei sunt homines dupliciter, vel per remotionem à malo, idque in baptismo : vel per ordinem ad bonum, & hoc est dupliciter, scilicet, vel in ordine ad intellectum per fidem : vel in ordine ad affectum per charitatem : timor verò, & humilitas disponunt ad hanc filiationem. l.3. d.10. a.2. q.2. ad 2. & in Io. cap.1. n.12. Unde gratia facit filios Dei. l.3. d.10. ibid. & d.4. a.1. q.2. ad 5. V. *Homo ad Deum. n.67. V. Gratia effectus. n.47.*
44. Filiatio Dei competit nobis per Christum : unde quodammodo Christus potest dici noster Pater ratione redemptionis. l.3. d.10. a.2. q.2. & 3.

- & 3. & l. 3. d. 1. a. 2. q. 3. & d. 4. a. 1. q. 3. ad 2.
45. Filiatio adoptionis est à tota Trinitate. lib. 3. d. 10. a. 2. ibid.
46. Filiatio, pro ut est communis Christo, & nobis non est univoca, nec æquivoca, sed potius analogica. l. 3. d. 10. dub. 5.
47. Filiatio adoptiva importat extraneitatem, & imperfectionem. l. 3. d. 10. per tot. sparsim. & d. 13. a. 1. q. 1. ad 2. V. *Adoptio*. n. 1. seq.
48. Quare dicitur Deus Pater noster: non verò Filius, & Spiritus sanctus noster. l. 3. d. 10. a. 2. q. 3. ad 4. V. *Dei varia*.
49. Filius Dei nuncupatione dicitur peccator. l. 3. d. 10. dub. 4.
50. Filiis non imputantur peccata actualia Parentum, sed tantum originale; intellige tamen quoad culpam: quoad pœnam enim aliquando transit ad posteros. l. 2. d. 33. a. 1. q. 1.
51. Filii à Parentibus in quibus casibus, & finibus possunt desiderari, & in quibus non absque peccato. l. 4. d. 31. dub. 1.
52. Filij contumaces, & inobedientes quomodo puniebantur in veteri lege. l. 4. d. 38. dub. 8. Vid. *Supra*. n. 23.
53. Filii familias an vivere possint. lib. 4. d. 38. a. 1. q. 3.
54. Filii postponendi sunt Parentibus. l. 3. d. 29. a. 1. q. 4.
55. Filii plus amantur naturaliter à Parentibus, quam vicè versa. l. 3. d. 29. a. 1. q. 4. ad arg.
56. Filius non portabit iniquitatem Patris, quomodo sit verum. l. 2. d. 30. a. 1. q. 2. ad 1.
- Fimbria.*
- Fimbria in Scriptura significat finem, vel minimum mandatum Evangelii, vel humanitatem Christi, vel virtutem. Pl. 44. V. *Christi varia*. n. 13. Fingere. Vid. *Filio*, & *Figura*.
- Finis.*
1. Finis dicitur tripliciter, scilicet, terminus alicujus rei, vel quantitatis: 2. idem est ac perfectio: 3. id propter quod unum quodque finitur. op. Comp. Theol. l. 1. c. 15. sic ex opposito: primo modo Deus dicitur infinitus: secundo materia: tertio malum. ibid. Item alius est finis loci, alius temporis, alius perfectionis. Pl. 4.
2. Idem est finis, & propter quod est finis. l. 1. d. 1. dub. 15.
3. Finis duplex est quatenus est causa: uno modo propriissimè, estque ultimus, in quo est status: alio modo finis sub fine, diciturque terminus; eodem modo dicitur propter quod; uno modo excludit finem ultimū: alio modo includit finem sub fine. l. 1. d. 1. dub. 15. & l. 2. d. 15. a. 2. q. 1. corp. & l. 2. d. 38. a. 1. q. 3. & l. 1. d. 43. q. 2. ad 1. & l. 3. d. 28. per tot. Finis principalis creaturæ, est solus Deus. l. 2. d. 15. a. 2. q. 1. corp.
4. Omne bonum aut est finis, aut ad finem. l. 1. d. 1. a. 1. q. 3. in arg. & l. 2. d. 34. a. 1. q. 2. in arg. & l. 2. d. 38. a. 1. q. 2. corp. Hinc finis de sui ratione dicitur excessum bonitatis respectu ejus, quod ad finem: ob id in Divinis non cadit ratio finis respectu Personarum, sed tantum respectu creaturæ. l. 1. d. 29. a. 1. q. 1. corp. & ad 4.
5. Finis quomodo imponat necessitatem ad ea, quæ ad finem sunt. l. 2. d. 2. p. 2. a. 1. q. 1.
6. Cujus finis bonus ipsum quoque bonum, quomodo intelligendum. lib. 2. d. 38. a. 1. q. 1. per tot. V. *Maxima*. n. 5.
7. Finis voluntas potest esse aut sicut objecti, aut sicut finis est. l. 2. d. 38. dub. 4. 1. finis est quo, scilicet quiescitur: 2. est in quo, scilicet quiescitur: 1. est creatū: 2. est Deus. l. 2. d. 38. a. 1. q. 2. ad 3.
8. An, & quando eodem vel diverso motu voluntas feratur in finem, & in ea, quæ sunt ad finem. l. 2. d. 38. dub. 4.
9. Quænam requirantur ad hoc, ut bonitas finis det bonitatem actui. lib. 2. d. 38. a. 1. q. 1. per tot. Ubi de bonitate operis, & operantis agitur: seu de fine operis, & operantis. l. 2. ibid. & in Io. c. 1. n. 27. & quid facit charitas ad bonitatem operis. l. 2. ibid. ad arg. & q. 2.
10. Beatitudo vera est finis bonæ voluntatis: falsa est finis malæ voluntatis. l. 2. d. 38. a. 1. q. 1. ad arg. V. *Beatitudo fallax*. n. 1.
11. Quomodo sit verum, quod nemo malum operatur intendens ad malum. l. 2. d. 38. ibid. Vid. *Malum*. n. 17.
12. Licet finis omnium bonorum sit æqualiter bonus: tamen non æqualiter ad ipsum approximantur, sed in hoc est diversitas graduum. l. 2. d. 28. ibid.
13. Charitas increata est finis, in quo quiescit voluntas: charitas cõsummata creata est finis, quo increata perfecte quiescit, estque beatorum: Charitas inchoata creata est finis, quo in charitate increata quiescit, ut in via. ibid. l. 2. q. 1. corp.
14. Finis naturæ operantis est perfectio totalis formæ. l. 2. ibid. q. 2. in arg.
15. Quomodo charitas, & Christus sit finis, in quo quiescit voluntas. l. 2. ibid. q. 2. ad 1.
16. Quomodo charitas potest esse simul finis nostrarum operationum, & causa efficiens, & formalis. l. 2. d. 38. ibid. q. 2. ad 6.
17. Voluntas bona unicum principalem finem potest habere: potest tamen habere plures fines non oppositos, & fines sub fine, & in quibus casibus. l. 2. d. 38. a. 1. q. 3.
18. Mercenarius bonus, & malus quos fines sibi præfigunt. l. 2. d. 38. ibid.
19. Finis concupiscibilis potentia, irascibilis, & rationalis, quomodo possunt esse boni, & mali. l. 2. ibid. q. 3. ad 4.
20. Voluntates bonæ plures fines, licet eligant media, & per actus differentes: tamen habent unicum objectum formale, & finem ultimum: malæ autem plures fines formales, quia unaqueque quærit quod suum est. ibid. q. 4.
21. Finis intentio est in omnibus rebus tam naturalibus, & sensitivis, quam rationalibus, sed diverso modo; quia naturalia à regimine, seu appetitu, seu intentione naturali passivè reguntur: sensualia partim regunt partim reguntur: rationalia regunt, cum habeant cognitionem, & libertatem: prima operantur necessarid: secunda ex quadam impetuositate, quæ est supra necessitatem, & infra libertatem: non enim possunt se reprimere: possunt tamen tendere ad oppositas partes. l. 2. d. 38. a. 2. q. 1. Vid. *Intentio*.
22. Casualia, & fortuita fiunt præter intentionem, licet fiant secundum intentionem divinam. l. 2. d. 38. a. 2. q. 1. corp.
23. Finis intentio pro ut dicit lumen, per quod est collatio intellectus, & tendentia in Deum, solum est rationalium: quæ verò dicit ordinem, tendentiam, & directionem appetitus ad finem, est etiam beatorum. l. 2. d. 38. a. 2. q. 1. ad arg.
- G g 24. Intentio

24. Intentio : hoc vocabulum quot sensus respectu finis possit habere. *ibid.* q.2.corp.
25. Intentio finis spectat ad intellectum, & ad voluntatem : per fidem enim dirigitur intellectus, & per charitatem voluntas in finem. l.2. d.38.a.2.q.2.
26. Intentio bona vel mala ad finem qualis sit, & quid utraque conducatur ad bonitatem, vel malitiam operis, & quas conditiones exigit. l.2. d.40.a.1.q.1.
27. Tantum facit quis quantum intendit est verum ; si ly, tantum, & quantum sint adverbia : sic enim dicunt quantitatem intendendi : si verò sint nomina, aliquando est falsum. l.2. d.40. a.1.q.2. per tot.
28. Quomodo, & quando sola intentio absque opere sufficiat ad vitam æternam promerendam. l.2.d.40.a.1.q.3.
29. Finis est dignior iis, quæ sunt ad finem. lib.2. d.29.a.1.q.1. ad arg. & q.2. in arg. Vid. *Infra.* n.49. Imponiturque necessitatem iis, quæ sunt ad finem. ser.2. de S. Lucia.
30. Finis est prior in intentione, & posterior in executione. ser.2. de S. Agnete.
31. Finis unitas non excludit multitudinem eorum, quæ sunt ad finem. l.3.d.37.a.2.q.1. ad 1.
32. Finis duplex rei : unus qui est terminus ; alius qui est utilitas, sic est duplex intentio. l.4. d.6. p.2.a.2.q.2.
33. Finis ratio, & ejus quod est ad finem non potest cadere in Divinis inter Personas, sed tantum ratio principii, quia ratio finis dicit excessum bonitatis respectu ejus, quod est ad finem : principium verò, & principiatum dicunt originem. l.1.d.29.a.1.q.1.corp. & ad 4.
34. Deus solus est finis creaturæ, quia ratio finis dicit excessum bonitatis &c. lib.1. d.29. *ibid.* Propriè tamen Deus est solus finis creaturæ rationalis : cæterarum verò creaturarum est bonum infra naturam : ob id homo viribus naturæ non potest illum attingere, sicut aliæ creaturæ. l.2.d.29. *ibid.* q.2. ad 4.
35. Finem habere, & non principium est impossibile. l.1.d.41.dub.4.
36. Finis creationis rerum primarius est gloria Dei, manifestatio, ampliatio, & communicatio : secundarius est utilitas nostra. lib.2. d.1. p.2.a.2.q.1.
2. Inanis gloria quid sit: ejus gradus, & partes, & effectus. op. Cent. p. 1. sec. 18. & op. Phar. lib. 2. c. 7. & op. declar. term. & op. Comp. Theol. l. 3. c. 15. & in Ioan. c. 7. n. 18. & c. 5. n. 44.

*Inanimata.*

Inanimata quomodo sint benedicta, & maledicta à Deo respectu animatorum in Sap. c. 14. n. 7. & 8. Incestus. Vid. *Incestus*.

*Incantatio.*

Incantatio est præstigium factum oculis intuentium. op. Cent. p. 1. sec. 29. Vid. *Præstigium*. Incarcerare. Vid. *Carcer*.

*Incarnatio.*

1. Incarnatio est assumptio carnis à Divinitate: & unio Divinitatis cum carne in unitate Personæ, scilicet Verbi. op. Brev. p. 4. c. 2. & l. 3. dist. 1. a. 1. q. 1. corp. & q. 2. & 4. Vid. *Christi Conceptio*, & *Incarnatio*.
2. De Incarnatione. op. Brev. p. 4. c. 1. seq. & op. Comp. Theol. l. 4. c. 6. seq. & l. 6. c. 14. & lib. 3. d. 1. & seq. ad d. 4. & op. Cent. p. 3. sec. 27. & op. Itiniment. c. 6. & op. Amatorium. & op. Collat. oct. col. 1. & op. medit. vit. Chr. c. 2. & 4. seq. Mysterium magnum, imperscrutabile, & admirabile ostenditur. in Luc. c. 1. n. 49. V. *Dei causalitas ad gratiam*. n. 62.
3. Incarnatio, creatio, & transubstantiatio quomodo se habeant ad invicem. l. 3. d. 6. dub. 1. & l. 3. d. 1. dub. 4. & op. Comp. Theol. l. 4. per tot.
4. Incarnatio ut dicitur assumptionem est à tota Trinitate; ut dicitur unionem est à Verbo: 1. enim dicitur opinionem: 2. terminationem. lib. 1. d. 2. q. 1. ad 3. & l. 3. d. 4. a. 1. q. 1. ad arg.
5. Incarnatio quare non potius dicitur animatio. l. 3. d. 2. a. 2. q. 2. ad arg. & op. Brev. p. 4. c. 2.
6. Incarnatio non spectat ad complementum universi, & quare. l. 3. d. 1. a. 2. q. 4. ad arg. & d. 2. a. 1. q. 1. ad arg.
7. Incarnatio est fundamentum totius meriti. l. 3. d. 4. a. 2. q. 1.
8. Incarnationem an meruerit B. Virgo, & alii SS. PP. l. 3. d. 4. a. 2. q. 1. & 2. corp. V. *Maria meritum*. Vid. *Meritum*. n. 12.
9. Incarnationis tempus cur plenitudinis dicatur. l. 3. d. 1. dub. 1. V. *Plenitudo*. n. 2.
10. Incarnationis opus summum Dei potentia, sapientia, &c. argumentum. l. 3. d. 1. a. 2. q. 1. ad arg. Item bonitatis, & justitiæ. in Luc. c. 2. n. 14.
11. Incarnationis mysterium an sciverint Angeli. l. 3. d. 2. dub. 4. V. *Angelorum cognitio*. an Adam. Vid. *Adam*. n. 16.
12. Incarnatio quomodo fuerit opus meræ gratiæ. l. 3. d. 4. a. 2. q. 1.
13. Incarnationem an jure Angelus nuntiare debuerit. l. 3. d. 2. dub. 4.
14. Incarnatum esse quale prædicatum sit, scilicet an relativum, an absolutum. l. 3. d. 1. a. 1. q. 2. ad argum.
15. Incarnatus, ingenitus, improcessibilis, quæ nomina. l. 1. d. 22. q. 4. ad arg.
16. Incarnatio cur attribuitur Spiritui sancto. op. Brev. p. 4. c. 3.
17. Incarnatio tria mirabilia maximè continet, scilicet occultationem Angelis, devotionem populi expectantis, & humilitatem Verbi. Pf. 114.
18. Incarnatio est festum Angelorum. V. *Angeli varia*. n. 43.
19. Incarnatio quantum sublevaret hominem. Vid. *Homo ad Deum*. n. 73.
20. Incarnatio an fuerit facta præcisè ob peccatum. Vid. *Christi incarnatio*. n. 1.

*Incendere.*

1. Incendiarius quali pœna plectendus ex sacris Canonibus. op. Confession. p. 42. c. 3. & p. 2. c. 4.
2. Incendere est non ignem generare, sed pabulum igni ministrare, vel applicando combustibili igni. l. 2. d. 8. p. 2. a. 1. q. 5. corp.
3. Incendium animæ igne concupiscentiæ fit: subministratur pabulum per cogitationes, & affectiones pravas. lib. 2. dist. 8. p. 2. q. 5. corp. Vide *Ignis*.

4. Incen

4. Incendium amoris qualiter fiat. op. Incend. am. *Incessus.*
- Incessus qualis debeat esse in Religioso. op. Spec. discipl. p. 1. c. 23.
- Incestus.*
1. Incestus est coïtus commissus contra consanguinitatem, affinitatem, vel compaternitatem. op. Cent. p. 1. sec. 24. & sec. 32. Vid. *Luxuria.*
  2. Incestus an impediatur Matrimonium. l. 4. d. 34. a. 3. q. 2. Vid. *Matrimonii impedimenta.*
- Incipiens.*
1. Incipientium munus quale. op. Phar. l. 1. c. 33.
  2. Incipientes indigent ductore spirituali. op. de al. Seraph. c. 1.
  3. Quadruplici cautela debent uti. op. de reform. ment. p. 1. c. 2.
  4. Incipientium status instruitur. serm. 2. Domin. infr. oct. Epiph.
- Incipit.*
- Incipit, hoc verbum quid significet. l. 3. d. 11. a. 2. q. 2 & 3. V. *Destino.* n. 1. seq. V. *Modus.* n. 5.
- Inclinatio.*
1. Inclinatio ad malum unde fundetur in homine. l. 3. d. 39. a. 1. q. 1. ad 3. Vid. *Appetitus.* n. 1. & seq.
  2. Inclinatio naturalis ad bonum sibi conveniens quænam sit. l. 2. d. 38. a. 2. q. 1. & seq.
  3. Inclinatio animæ ad corpus qualis. Vid. *Anima ad corpus.* n. 36. & seq.
- Incolatus.*
- Incolatus multiplex mysticè exponitur. Pf. 55.
- Incommunicabilitas.*
- Incommunicabilitas non est pura negatio, sed positio cum negatione. l. 1. d. 25. a. 2. q. 2. ad arg. Vid. *Communicabile.* n. 19. seq. V. *Contradictoria.*
- Incomprehensibilitas Dei. Vid. *Dei cognoscibilitas.*
- Incongruum.*
- Incongruum, seu incongruitas in sermone alia est ex discorhærentia adjacentium, ut Catonis est: alia est intellectuum, ut plures Petri: 1. tollit veritatem, & falsitatem: verum enim supponit congruum: 2. non. l. 1. d. 4. a. 1. q. 3. ad 2. V. *Congruum.*
- Inconsideratio.*
- Inconsideratio est filia luxuriæ, estque voluntas prævidere renuens agenda inferiora. op. Cent. p. 1. sec. 24. Vid. *Luxuria effectus.*
- Inconstancia.*
- Inconstancia in spiritualibus qualis sit. in Sap. cap. 4.
- Incontinentia.*
1. Incontinentia est filia inanis gloriæ, estque voluntas per conformationem sui ab his qui mali sunt laudari appetens. op. Cent. p. 1. sec. 18. Vid. *Concupiscentia.*
  2. Incontinentia item est fructus carnalis concupiscentiæ circa actus venereos, ex qua oriuntur multa mala. op. Spec. an. c. 3.
  3. De incontinentia auctorit. S. Script. op. Bibl. paup. c. 91.
  4. Incontinentia consistit in interiori, & exteriori. serm. 1. de S. Andr.
  5. Incontinentia major in hominibus, quàm in brutis. serm. 1. ibid.
- Inconveniens.*
- Inconveniens an sit possibile apud Deum. l. 3. d. 1. a. 1. q. 4. ad arg.
- Incorporatio.*
- Incorporatio cibi qualiter fiat. Vid. *Cibus.* n. 8.

*Incorporeum.*

- Incorporeum, in quo sensu dicitur non esse in loco. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. ad 1.
- Incorruptibilitas.*
1. Incorruptibilitas est propria Dei, sed nõ propriè, quia in aliqua creatura inest per naturam, scilicet simplicibus: alii per gratiam, ut in Beatorum corporibus. lib. 1. d. 8. p. 1. art. 1. q. 2. Vid. *Corruptio.*
  2. Incorruptibilitas, & corruptibilitas unde oritur, & quando variat essentiam rei. lib. 2. d. 27. a. 1. q. 3. ad 4. & d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. ad 3.
- Incredulitas.*
- Incredulitas S. Thomæ quantum nobis profuerit. serm. 2. in oct. Pasch.
- Increpatio.*
- Increpatio triplex, punitionis, reprobationis, & contritionis. Pf. 17.
- Incubus.*
- Incubus quid sit. l. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 1. corp. & l. 4. d. 44. p. 2. dub. 1. V. *Diaboli potestas.* n. 6.
- Incuria.*
- Incuria quid sit. op. Spec. an. c. 1.
- Incurvatio.*
- Incurvatio quot modis fiat. Pf. 118. n. 74.
- Indefinitum.*
- Indefinita propositio affirmativa æquipollet particulari. l. 1. d. 33. q. 4. in arg.
- Indemonstrabile. Vid. *Demonstratio.*
- Independens. Vid. *Dependens.*
- Indeterminatè. Vid. *Determinate.*
- Indevotio. Vid. *Devotio.*
- Index.*
- Index. Vid. *Digitus.* n. 1.
- Indifferens.*
1. Indifferens in ordine ad bonum quale sit. l. 4. d. 38. a. 1. q. 2. ad 3.
  2. Indifferens opus est duplex, aliud quod potest fieri bonum per votum, vel directionem intentionis: aliud nequaquam. l. 4. d. 38. ibid. & l. 2. d. 41. a. 1. per tot.
  3. Indifferens actio datur, quæ nec est bona, nec mala ex sui natura tam in generali, quàm in particulari. l. 4. d. 41. a. 1. q. 3.
  4. Indifferentia iudicii quid. Vid. *Dubitatio.* n. 1.
- Indigentia.*
1. Indigentia alia est omninò privativa: alia est disponens, talisque est indigentia hominis respectu beatitudinis, lib. 4. dist. 49. art. 1. q. 2. ad argum.
  2. Indigentia hominis respectu actionum, passionum, & contemplationis est septiformis, quæ suppletur per septem dona Spiritus sancti. op. Brev. p. 5. c. 5.
  3. Indigentia item spiritualis est triplex in homine, scilicet respectu virtutis cognitivæ, quia est cæcus, quia infirmus: & operativæ, quia malignus. serm. 14. Hex.
- Indignatio.*
1. Indignatio est voluntas se vindicans per signum molestiæ exteriori declarans, filiaque iræ. op. Cent. p. 1. sec. 20.
  2. Indignatio in oratione, & Rhetorica quænam sit. in lam. Hier. prolog.
  3. Indignatio, & invidia oritur ex præsumptione propriæ iustitiæ. in Luc. c. 15. n. 26.
- Indignitas.*
1. Indignitas in recipiendo Eucharistiam quænam sit. l. 4. d. 8. p. 2. dub. 5.
  2. Inter

2. Inter indignum, & dignum an detur medium. Vid. *Dignus*.  
Indispensabile. Vid. *Dispensatio Individuum*.
1. Individuatio est existentia formæ naturalis in materia. l.2.d.3.p.1.a.2.q.2.
2. Individuationis ratio quoad veritatem est ex principiis constituentibus: quoad notitiam est ex qualitatibus. l.2. d.3. p.1. a.2.q.2.& 3.& l.3. d.10.a.1.q.3.& l.2.d.18.a.1.q.3.& l.1. d.19. p.2. a.1.q.1.& 2.  
Alia est in esse phisico: alia metaphisico. l.1. d.25.a.2. q.1. ad 1. & lib.3. d.5.a.2.q.1. Vide *Angeli individuatio*, n.1. seq. Vid. *Anima individuatio*.
3. Individuatio unde oriatur, & quid operetur, & quid fit. l.2.d.3.p.1.a.2.per tot.& l.3. d.5. art.2. q.2.ad 1.& l.3.d.10.a.1.q.3.per tot. & l.1. d.25. a.1. quæst.2.ad 1.  
Animæ rationalis unde oriatur. Vid. *Anima ad corpus*. num. 81. Vid. *Materia ad formam*. num.52.
4. Individuatio tribuit esse hic, & nunc; limitatio esse hic solum, idest in uno hic. lib.2. d.2. p.2.a.2.q.2.corp.  
Differentia individualis, & specifica differunt. l.1.d.25.a.1.q.2.ad 5.
5. Individuum cum dicat limitationem non potest convenire Deo. l.2.d.2. ibid.
6. Sicut diversa sunt principia individuantia, ita sunt diversæ qualitates.
7. Individuationis principium quare non potest esse forma per se, nec materia per se. l.2. d.3. p.1.a.2.q.3.
8. Individuatio fit per additionem contrahentem: specificatio per complementem. l.1. d.25. a.1. q.2. ad 1.
9. Individuum qualem divisionem importat. l.3. d.5.a.1.q.2.ad 2.& l.3.d.10.a.1.q.3.corp. & d.5. a.2.q.2.ad 1.
10. Individua omnia habent diversos gradus perfectionis. ferm.1.de B.Virg.
11. Individuum definitur. l.3.d.10.a.1.q.3.
12. Individuum qualiter dici possit de natura humana Christi. l.3. ibid. q.3. corp.
13. Individuum, suppositum, & Persona quomodo differant. l.3. ibid.
14. Individuatio animæ est à propria materia, & forma secundum tamen corporis indigentiam. l.2.d.18.a.2.q.1.ad 1.
15. Individuum est communis intentio habens communitatem & secundum rationem, & secundum similitudinem relationis analogam. l.1. d.25.a.2.q.1.ad 4.& q.2.
16. Individuatio actionum, & motuum successorum venit ex duratione: rerum verò permanentia ex principiis essentialibus. l.4. d.43. a.1. q.4.ad ult.
17. Individuatio actionis oritur ex subjecto, tempore, & termino. l.2. d.41. a.1. q.2. ad 1. & l.3. d.27.a.2.q.3. in arg.
18. Individui conservatio. Vid. *Cibus*. n.7.
19. Individuum, ut sic, dicit communitatem rationis supponentem distinctionem in suppositis. l.1. d.20.a.2.q.1.ad 4. & l.1. d.25. a.2. q.1. corp.  
*Indivisibile: Indiviso: Indivisum*.
1. Indivisibilia duo immediata in continuo non dantur: sed bene in contiguis. l.4. d.11. p.1. a.1. q.5. ad 4. V. *Continuum*. n.8. V. *Punctus*.
2. Non componitur individuum ex indivisibilibus. V. *Continuum*. n.1. seq.
3. Quomodo indivisibile non potest moveri super planum. Vid. *Imparibile*.  
*Inductio*.
- Inductio qualis species argumentationis. l.3. d.23. a.1. q.5. ad 2. Vid. *Argumentatio*. Vid. *Ratiocinatio*. n.3.
- Induere*.
- Indumentum: Vestes Sacerdotales in Missa quales debent esse. op. *Expos. Mis.*
- Indulgentia*.
1. Indulgentia est relaxatio pœnæ debitæ peccatis, quæ fit vel per contritionem: vel per confessionem: vel per indulgentiam concessam ex meritis Christi. lib.4. dist.20. part.2. a.1. quæst.2. corp.
2. Indulgentiarum concessio est apud Ecclesiam; primarioque & propriè est penes Summum Pontificem. l.4. d.20. p.2. a.1. q.2. & 3. Vid. *Ecclesia*. n.25. V. *Thesaurus*. V. *Papa*.
3. Indulgentia exigit non solum clavium potestatem, sed etiam potestatem jurisdictionemque dispensandi thesaurum. lib.4. d.20. p.2. a.1. q.3.
4. De indulgentia in ordine ad dispensantem, ad causam, & ad effectum, recipientemque. l.4. d.20. p.2. per tot. & op. *Brev. p.5. c.10*.
5. De indulgentia concessa vivis, & mortuis. l.4. d.20. p.2. q.5. Et quomodo, & quid sit per modum suffragii. l.4. d.20. ibid. & op. *Comp. Theol.* l.7. c.6.
6. Indulgentiæ profunt vivis tum per modum communicationis, tum per modum iudicii. l.4. d.20. p.2. q.5. corp.
7. Indulgentia concessa pro elemosyna non est simonia. l.4. d.20. p.2. q.4. ad 1.
8. Indulgentia debet concedi maximè pro actibus exterioribus. l.4. ibid. q.4. corp.
9. Indulgentiæ relaxatio quo sensu possit dici sacramentalis. l.4. ibid.
10. Indulgentiæ quantitas mensuratur secundum rectum iudicium Summi Pontificis. lib.4. ibid. a.1. q.6.
11. De Indulgentiæ quantitate agitur. lib.4. d.20. p.2. q.6.
12. Indulgentia an major conceditur magis distanti ab Ecclesia, cui concessa est. l.4. ibid.
13. Indulgentia, scilicet remissio peccatorum à Christo promittitur accipienti suam crucem. ferm.2. Dom. Pass.
14. Indulgentia à Christo pro peccatoribus publicata expenditur. ferm.10. in Rogat. Vid. *Christi varia*. n.247. V. *Cruce signatus*. n.4.
15. Abbas non potest concedere Indulgentiam. l.4. d.20. p.2. a.3. q.3. ad arg. Vid. *Abbas*. n.3.  
Indumentum. V. *Induere*.
- Induratio*.
1. Induratio in corporibus causat triplicem proprietatem, scilicet inhabilitatem ad suscipiendum, stabilitatem ad permanendum, & fortitudinem ad resistendum. lib.1. d.40. a.4. q.1. corp. Vid. *Durities*.
2. Induratio animæ seu spiritualis tres huiusmodi proprietates causat. l.1. d.40. ibid. V. *Obduratio*. Vid. *Obstinatio*. V. *Peccati effectus*. n.5.
3. Induratio quomodo est peccatum in Spir. Sanct. l.1. ibid. q.1.
4. Induratio spiritualis animæ quomodo est culpa simul, & pœnæ. l.1. ibid.
5. Indu

5. Induratio est pœna non contracta, nec inflicta, sed acta. l. 1. ibid. q. 1. ad arg.
6. Induratio quænam est à Deo, & quænam non, sed à libero arbitrio. lib. 4. ibid. q. 2. corp. & ad argum. & op. Sum. de essentia; & in Ioan. c. 12. n. 40. Vid. *Obstinatio*.
7. Induratio ut pœna dicit ineptitudinem animæ. l. 1. ibid.
8. Induratio in corporibus est quid positivum, & habitus, & potentia: in spiritibus dicit privationem. l. 1. d. 40. a. 4. q. 2. ad arg.

*Indi.*

Indorum uxores sepeliébantur vivæ cum viro mortuo. ferm. 1. de S. Agatha.

*Industria.*

1. Industria in tribus consistit in provida consideratione, in labore conatus, & in perseveranti diligentia. op. de prof. relig. l. 1. c. 24. & op. de reformat. ment. c. 4. p. 2.
2. Industria spiritualis quantum valeat ad extirpanda vitia, & ad acquisitionem virtutum. opusc. de prof. relig. l. 1. c. 24. & opusc. de reform. ibid.
3. Industriæ tres gradus cum natura, & actu, scilicet ducentes ad cognitionem: nuntiatio sensuum: dictatio, vel deliberatio: & ductio, vel executio. ferm. 22. Hex.

Inebriari. Vid. *Ebrietas*.

*Inebriatio.*

Inebriatio spiritualis. Vid. *Homo ad Deum*. n. 87.

*Ineptitudo.*

Inepta læticia quid sit. opusc. Cent. p. 1. sec. 23. Vide *Lætitia*. n. 2. seq.

*Inæqualitas.*

1. Inæqualitas reducitur ad æqualitatem: omnis enim multitudo reducitur ad unitatem. l. 1. d. 19. p. 1. q. 1. in arg. Vid. *Æqualitas*.
2. Inæqualitas est propria passio quantitatis. l. 1. ibid. q. 1. corp.
3. Inæqualitas consistit in majori, vel minori quantitate respectu alterius ætate, vel magnitudine, vel extensione, vel valore, vel potentia. l. 1. d. 19. p. 1. q. 2. in arg.

*Inesse.*

Inesse naturaliter, & accidentaliter alicui quomodo differant. l. 2. d. 39. dub. 1.

*Inevitabilitas.*

Inevitabilitas ex præscientia divina qualis sit. l. 1. d. 38. a. 2. per tot.

*Infamia.*

1. Infamia quale malum. op. Phar. l. 4. c. 40.
2. Qualem inferat peccatum. Vid. *Peccati varia*. num. 173.

*Infans.*

1. Infantibus quo jure imputatur peccatum originale in demeritum, & reatum pœnæ æternæ. l. 2. d. 32. a. 3. per tot.
2. Infans quomodo possit esse martyr. Vid. *Baptismi differentia*. n. 27. seq.

*Infectio.*

Infectio est duplex, scilicet univoca, & æquivoca. l. 1. d. 37. dub. 5.

Infelix: infelicitas. Vid. *Felicitas*.

*Inferior.*

1. Inferior quis se reputare potest, vel quoad meritum, & hoc est proprius effectus humilitatis: vel quoad officium, hoc non decet Prælatos. l. 4. d. 24. p. 1. a. 2. q. 1. ad 1.
2. Inferiori multiplicato an superius multiplice-

tur. l. 2. d. 42. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 4. d. 24. p. 1. a. 2. q. 4. ad arg.

3. Inferior, superiorque pars rationis an sint duæ potentia in anima. l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 2.
4. In inferiori, vel superiori parte rationis an sit peccatum. l. 2. d. 24. p. 2. per tot.
5. Inferius de quocumque prædicetur, an & superius prædicetur. l. 3. d. 11. a. 2. q. 1. ad arg.
6. Inferior quomodo possit superiorem absolvere. l. 4. d. 19. a. 3. q. 2.

*Infernus.*

1. Infernus in S. Scriptura aliquando importat pœnam: aliquando locum pœnæ. l. 3. d. 22. a. 1. q. 4. corp. Vid. *Damnatio*.
2. Infernus dicitur locus pœnarum tum ratione status, quia vilis: tum ratione situs, quia est infimus. l. 4. d. 45. a. 1. q. 1. corp. Quarè locus subterraneus. l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. q. 2. & op. Comp. Theol. l. 7. c. 21. In medio mundi, & quarè. ibid. ut supra. & ferm. 3. in Resur.
3. Infernus est triplex, scilicet locus damnatorum, purgandorum, & puerorum: 1. dicitur proprie infernus: 2. Purgatorium: 3. Lymbus. l. 4. d. 45. a. 1. q. 1. & d. 45. per tot. p. 2. & op. Cent. p. 2. sec. 4. & op. Comp. Theol. l. 4. c. 22. locus Dæmonum post judicium tantum. Vid. *Diaboli locus*. num. 1. & 3.
4. De Inferno. l. 4. d. 44. & 45. per tot. & op. Brev. p. 7. c. 6. & op. Cent. p. 2. sec. 4. seq. & op. diæt. sal. 1. 10. c. 1. & op. fascicul. c. 3. & op. Comp. Theol. l. 7. c. 22. & op. Phar. l. 3. c. 50. & op. Solil. cap. 3. Vid. *Desertum*. n. 1. Quomodo agere possit ignis materialis in animam. l. 4. d. 44. & d. 45. per tot. & l. 4. dist. 50. p. 2. a. 2. q. 1.
5. Infernus duo importat, scilicet locum, & vilitatem: 1. debetur naturæ substratæ: 2. deformitati peccati. l. 1. d. 46. dub. 2.
6. Inferni ignis non potest lædere animam purificatam. l. 3. d. 16. a. 2. q. 2. ad 5.
7. De inferni pœna quoad qualitatem agendi. l. 4. d. 44. p. 2. a. 2. per tot. & a. 3. per tot. & op. Brevil. p. 7. c. 6.
8. De Inferni pœna multiplici, scilicet ignis, frigoris, vermis, &c. aliarumque pœnarum. lib. 4. d. 44. p. 2. a. 2. q. 2. & d. 43. a. 3. q. 3. corp. & l. 4. d. 50. p. 1. a. 2. q. 1. & op. Brev. part. 7. c. 6. & Centil. p. 2. sec. 5. & 7. & op. diæt. sal. tit. 10. c. 1. De fletu. Vid. *Fletus*. n. 11. Quomodo est corporeus ignis, & an insint in inferno alia instrumenta. l. 4. d. 44. p. 2. per tot. & op. Brev. p. 7. c. 6. & Comp. Theol. l. 7. c. 22.
9. De Inferni pœna quoad durationem, & æternitatem. l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. per tot. & a. 3. per tot. & d. 48. dub. 1. & 2. & a. 1. q. 2. & l. 4. d. 21. p. 1. a. 3. q. 1. ad 1. Hæreticum est ponere eam tantum temporalem, & limitatam, sicut posuit Origenes. l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. q. 2. corp. & op. Brev. ibid. & Centil. part. 2. sec. 7. & op. diæt. sal. tit. 10. c. 1. & Pl. 118. c. 1. v. 3. & c. 9. v. 14. & in Luc. c. 6. n. 38. & in Luc. c. 12. n. 58. & ferm. 1. Dom. 1. Quadrage. & ferm. 2. Dom. 8. post Pent. Debita divitibus. Vid. *Dives*. n. 6.
10. Infernus capiet omnes damnatos: erit enim locus satis capax, & quomodo. l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. q. 2. ad 4.
11. Inferni pœnæ erunt ex uno tormento in aliud. l. 4. d. 44. p. 2. a. 2. q. 2. ad arg.



13. In Inferno erunt quatuor elementa agentia in damnatos. l.4. ibid. & serm. 1. Dom.8. post Pent.
14. In Inferno corpora damnatorum quomodo torquentur. l.4. ibid. a.3. q. 1.
15. Suffragia non possunt prodesse damnatis. l.4. d.46. a. 1. q. 1.
16. Inferni pœna non habet proportionem cum culpa: est enim semper pœna minor: ob id habet tantum proportionalitatem. l.4. d.46. a. 1. quæst. 2.
17. Infernus quare iuste debetur morienti in peccato mortali. op. Brev. p.7. c.6.
18. Inferni pœnæ sunt gravissimæ, acerbissimæ, æternæ, & intollerabiles. op. diæt. sal. tit. 10. c. 1. & op. fascicul. c. 3.
19. Inferni pœnæ absorbent totum corpus, & animam. op. diæt. ibid.
20. In quo membro Deus offenditur, in eo magis cruciabitur damnatus. op. fascicul. c. 3.
21. De Inferni memoria habenda methodus traditur. op. fascicul. c. 3.
22. Inferni via quam sit. op. de 7. itin. ætern. prol.
23. Inferni pœnæ expenduntur respectu immensitatis, numerositatis, & perpetuitatis. Pl. 48. & 49.
24. Infernus dicitur exterminium, sicut & peccatum. in Sap. c. 1. n. 14.
25. An quis damnatus possit magis velle non esse, quam non esse in inferno. in Ecclen. cap. 4.
26. Inferni pœnæ quare exprimentur per calorem, & frigus. in Luc. c. 13. n. 28.
27. Inferni pœnæ sunt æternæ tam pro gravibus, quam pro levibus peccatis. in Luc. cap. 12. num. 58.
28. In inferno qualis fletus erit. in Luc. cap. 13. num. 28.
29. In inferno qualibus pœnis dives cruciatur. in Luc. c. 16. n. 27. seq.
30. In inferno anima affligitur imaginibus, quas traxit de corpore. in Luc. c. 16. n. 24.
31. In Inferno ignis nomine veniunt aliæ corporales pœnæ. in Luc. c. 13. n. 28.
32. Inferni pœnæ damnatis reservatæ expenduntur. ser. 2. Dom. 4. Adu. & ser. 3. Dom. 1. post oct. Epiph. & ser. 2. Sexag. & ser. 2. Dom. 2. Quadrag. & ser. 2. Dom. 5. post Pasch. & serm. 2. ser. 3. Pent. & ser. 2. Dom. 2. post Pent. & ser. 4. Dom. 6. post Pent. & ser. 1. Dom. 7. post Pent. & l. 3. Dom. 10. post Pent. & serm. 1. Dom. 12. post Pent. & ser. 4. Dom. 15. post Pent. & ser. 2. de S. Iacob. & ser. 1. in festo S. Matth. & ser. 1. de S. Laur. & serm. 3. Dom. 10. post Pent. & op. Phar. l. 3. c. 50.
33. In Inferno sunt multæ mansiones, in quibus ligati manent damnati. ser. 3. Dom. 4. post Epiph. & ser. 1. Dom. 5. post Pent.
34. Infernus potius eligendus, quam habere cor immundum. ser. 2. ser. 2. Pasch.
35. Infernus est clibanus: imò damnatus erit vt clibanus, quia erumpunt flammæ per os, oculos &c. ser. 1. Dom. 3. post Pent.
36. Infernus est carcer. ser. 4. Dom. 22. post Pent.
37. In Inferno Christiani collocantur sub Paganis. ser. 1. de Cathedr. S. Petri.
38. In Inferno erit pulcherrimum carmen respectu decoris iustitiæ. ser. 1. Hex.
39. Infernus aliquando dicitur peccatum, & quare. Pl. 118. c. 3. v. 13. V. Peccati effectus. n. 9.
40. In Inferno innocens non arderet. V. *Anima varia*. n. 14.
41. Infernus est Civitas. V. *Civitas*. n. 2.
42. Infernum semper portant secum Dæmones. V. *Diaboli pœna*. n. 8.
43. In Inferno Christiani sunt sub infidelibus. V. *Macharius*. n. 2.
- Infidelis. Infidelitas.*
1. Infidelitas duo exigit, scilicet consensum rationis cum iudicio vniuersali: vnde fornicans, licet consentiat illi delectationi, tamen non habet iudicium vniuersale contra fidem. lib. 2. d. 5. a. 1. q. 1. ad 5. V. *Angeli peccatum*. n. 14. Vid. *Fidei effectus*. num. 76. Vid. *Peccatum mortale*. num. 52.
- Ducitur dupliciter, vel quia caret fide: vel baptismo: primus est hæreticus: secundus gentilis. l. 4. d. 39. a. 1. q. 1. corp.
2. Infidelitas non ponitur in vno ex septem capitalibus vitijs, quia non cadit primò in animæ appetitum: ob idque non est primò motiuium aliorum. l. 2. d. 42. dub. 3.
3. Infideles dum non operantur contra fidem, vel bonos mores non peccant. l. 2. d. 41. dub. 2.
4. In quo sensu dicitur, quod opera omnia infidelium sint mala, idest non sine peccato. lib. 2. d. 41. dub. 2. & l. 4. d. 39. a. 1. q. 3. ad 1.
5. Infidelitas in quo opponitur fidei. lib. 2. d. 43. dub. 3.
6. Infidelitas quomodo est gravius peccatum cæteris omnibus. l. 2. d. 43. a. 2. q. 1. ad 5.
7. Infideles possunt habere aliqua Sacramenta, & quomodo. l. 4. d. 39. a. 1. q. 2. in arg. & q. 3. ad 3.
8. Infidelium continentia ad quid valeat. lib. 4. d. 39. a. 1. q. 3. corp.
9. Infidelium Matrimonium, & infidelis cum fidei, & è conuerso exponitur, & quæ obseruanda. l. 4. d. 39. ibid. a. 1. per tot. V. *Matrimonium*.
10. Infidelis verè potest baptizare. l. 4. d. 39. art. 1. q. 3. ad 4. & q. 4. in arg.
11. Infideles quomodo possunt cognoscere suos etrores in Sap. c. 15.
12. Infidelitas destruit omnia bona spiritualia. in Luc. c. 19. n. 45.
13. Infideles resurgent non in iudicium, sed in damnationem. in Io. c. 5. n. 30.
14. Infidelitas excæcat mentem. l. 3. in Quinquag. *Infinitum.*
1. Infinitum dicitur tripliciter, scilicet negativè, privativè, & contrariè. op. Comp. Theol. lib. 1. c. 15. Item positivè, & privativè. l. 1. d. 1. a. 3. q. 1. ad 3. & l. 1. d. 19. p. 2. q. 3. ad 4. Item dupliciter aliquid infinitum dicitur. l. 1. d. 3. p. 1. art. 1. q. 1. ad 3. & l. 1. d. 35. q. 5. ad arg. & l. 1. d. 2. art. 1. q. 3. & l. 1. d. 43. q. 2. corp. & in Sap. c. 11.
2. Infinitum in quo sensu dicitur Deus, materia, & peccatum. op. Comp. ibid. & l. 1. d. 2. art. 1. q. 3. corp. & l. 1. locis cit. & d. 37. p. 1. q. 1. ad 3. proprium Dei. V. *Dei essentia*. n. 27. V. *Finitum*. Vid. *Quantitatis proprietates*.
3. Infinitum in genere dari potest, quod tamen non est in actu. l. 1. d. 17. p. 2. q. 2. ad 2. hoc enim non est factibile. l. 1. d. 43. a. 1. q. 3. corp.
4. Infinitum in actu, & in potentia quodnam. l. 1. d. 43. q. 3. corp. & ad arg.
5. Infinitum est tale, quod ei addi nihil potest. l. 2. d. 1. a. 1. q. 2. in arg. & l. 4. d. 49. p. 2. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 43. a. 1. q. 1. ad arg.
6. De infinito hæc tenenda sunt: primò quod ei nihil addi potest: secundò Infinita non

- possunt ordinari: tertio nec pertransiri: quarto nec potest comprehendi à finito, scilicet nec possunt infinita simul esse. l. 2. d. 1. p. 1. art. 1. q. 2. in arg.
7. Infinitum actu non datur in creatis solum secundum potentiam. l. 2. d. 34. a. 2. q. 1. ad 3. & l. 3. d. 1. a. 2. q. 1. in arg. & l. 3. d. 13. a. 1. q. 2. Quare repugnat creaturæ. l. 3. d. 13. ibid. & lib. 1. d. 37. a. 1. q. 1. corp.
8. Infinitas qualis in quantitate continua, & discreta. l. 2. d. 34. a. 2. q. 1. ad 3.
9. Infinito nihil maius. l. 3. d. 13. a. 1. q. 2. in arg. & l. 1. d. 43. a. 1. q. 1. ad arg.
10. Infinitum aliquid potest esse, vel absolute in se, vel comparative, vt est gratia Christi. l. 3. d. 13. a. 1. q. 2. corp. & l. 1. d. 43. a. 1. q. 1. ad arg.
11. Infinitum dicit vel quantitatem virtutis, vel molis. l. 3. d. 14. a. 1. q. 2. corp.
12. Infinitum durationis, & immensitatis quodnam, & quomodo differunt. lib. 1. d. 37. a. 1. q. 1. corp. & p. 2. q. 2.
13. Infinitas durationis quare in creatura non ponat actualem infinitatem. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 2. corp.
14. Infinitas divinæ potentiæ in quo manifestetur. l. 1. d. 43. a. 1. q. 3. ad arg.
15. Infinitas an repugnet simplicitati. l. 3. dist. 14. a. 1. q. 2. corp.
16. Infinitum quomodo dicatur passio rei materialis. l. 1. d. 43. q. 1. ad arg.
17. Infinitum quomodo est, quod non finit. l. 1. d. 43. q. 2. ad arg.
18. Infinitum quodnam nobilius finito, & è contra. l. 1. d. 43. q. 2. ad arg.
19. Infinitum à parte ante est æternum quomodo verificetur. l. 1. d. 44. a. 1. q. 4. ad arg.
20. Infinitum, & finitum sunt propriæ passionis quantitatis in quo sensu sit verum. l. 1. dist. 43. a. 1. q. 2. ad 1.
21. Infinitas quomodo est à materia. l. 1. d. 43. a. 1. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 19. p. 2. q. 3. ad arg.
- Infirmaria.*
1. Infirmaria est locus, in quo facile Christus invenitur. op. Stim. p. 2. c. 7.
2. Infirmariam frequentare quam Deo carum. op. Stim. ibid. & op. reg. Novit. c. 7.
- Infirmitas Infirmus.*
1. Infirmitas corporalis qua de causa contrahitur in corpore. op. de trib. tern. c. 3. V. *Cholera*. n. 1. V. *Languor*. V. *Morbus*.  
Est visitatio Dei animam excitans ad penitentiam, per quam intonat ei Adam anima vbi est? l. 4. d. 22. a. 2. q. 1.
2. Infirmitas multiplex corporalis proponitur. op. trib. ternar. pec. V. *Homo ad Deum*. n. 102.
3. Infirmitas alia est corporis, alia est animæ, & vtraque est triplex. op. de sex al. Seraph. c. 4. V. *Homo ad Deum*. n. 102.  
Spiritualis crescit ad incrementum temporis in natura humana, & quomodo. l. 4. d. 2. a. 1. q. 2. ad 2.
4. Infirmitati spirituali cura maior adhibenda, quam corporali. op. de prof. relig. l. 2. c. 7.
5. Infirmorum visitatio suadet. op. Stim. p. 2. c. 7. & op. Reg. Novit. c. 7.
6. Infirmities cooperantur bono, & profectui spirituali. l. 1. d. 46. dub. 3.
7. Virtus in infirmitate perficitur. l. 3. d. 15. a. 1. q. 1. ad arg.
8. Infirmus quærit in medicina suavitatem, & salubritatem. lib. 4. prol.
9. Infirmittatis corporalis curatio tria exigit. op. Brev. p. 6. c. 3. & in Io. col. 24.
10. Infirmittates corporales veniunt propter peccata. op. medit. vit. Chr. c. 23. V. *Paralysis*. n. 4.
11. Infirmus an teneatur consulere medicum. l. 4. d. 17. p. 2. a. 2. q. 3. ad 3.
12. Infirmittas spiritualis triplex in mente. op. de sex al. Seraph. c. 4. multiplex enarratur. V. *Homo in ordine ad peccatum*. n. 27.  
Ex ipsa quæ peccata oriuntur. V. *Peccati causa*. num. 11.
13. Infirmittates spirituales omnes curantur per Sacramenta Ecclesiæ. l. 1. prol. & l. 4. d. 17. part. 1. dub. 4. vbi de contritione sacramentali. & op. Brev. p. 6. c. 3.
14. Quid sit peccare infirmitate, & ignorantia. l. 2. d. 43. dub. 4.
15. An magis excuset impotentia, & infirmitas, quam ignorantia. l. 2. d. 22. a. 2. quæst. 3. ad arg.
16. Infirmittas spiritualis animæ est tertia plaga animæ inflicta per peccatum: seu est impotentia discrasia. op. de trib. tern. pec. cap. 3. Hæc consistit in impotentia resistendi malo, & difficultate in bonum agendo. op. Cent. part. 2. sec. 1.
17. Infirmittas multiplex proponitur. Ps. 93. & in Io. c. 11. n. 3.  
Earum causæ, effectus, & remedia quænam. serm. 1. Dom. 4. Quadrag. & serm. 2. de vno Confes.
18. Infirmittas spiritualis qualiter curetur à Christo. op. de sex al. Seraph. c. 4. & in Luc. c. 14. n. 4. & ser. 10. in Rogat. & ser. 2. Dom. 11. post Pent. & serm. 4. Dom. 16. post Pent. & ser. 1. Dom. 18. post Pent.
19. Triplex infirmitas spiritualis proponitur faciens difficultatem ad bonum, scilicet negligentia, impatientia, & diffidentia. serm. 22. Hex.
20. Deus sanavit quinque genera infirmorum, scilicet curvos, cæcos, languidos, surdos, & claudos. Ps. 87.
21. Infirmittates spirituales secundum numerum vitiorum septem capitalium expenduntur. ser. 1. & 2. Parasc.
22. Infirmittas spiritualis qualis sit nocens proximo. ser. 1. Dom. 20. post Pent.
23. Infirmittas à Domino proveniens, quam desiderabilis. serm. 1. de S. Agath. & serm. 3. de plur. Mart.
- Inflammare.*
1. Inflammatum junctum inflammabili quando nam inflammet. l. 2. d. 10. a. 2. q. 1. ad arg.
2. De inflammationibus Angelorum respectu nostri. l. 2. d. 10. ibid.  
Inflexibile. V. *Diaboli obstinatio: voluntas*.  
Infligere. V. *Pæna*.
- Influere. Influentia.*
1. Influere est proprium causæ. V. *Causa*.
2. De influentijs cælorum. l. 2. d. 2. p. 2. V. *Calorum influentia*. & op. Brev. p. 2. c. 4.
3. Influentia cælorum est vel manifesta per diaphanum corpus, vel occulta etiam per opacum: item vel mediata, vel immediata. l. 2. d. 2. p. 2. a. 1. q. 2. ad arg. Vid. *Cælorum influxus*. num. 1. seq.
4. Influentia corporum cælestium est per motum, & lucem. op. Brev. p. 2. c. 4. exigit unionem corporum. ser. 1. Hex.
5. Influen

Influentia spiritualis est duplex, per modum meriti, & per modum principij effectivi. l. 3. d. 13. a. 2. q. 3. ad 5.

6. Influxus, motus, & sensus factus per Christum est causatio fidei, & amoris. l. 3. d. 13. art. 2. q. 3. corp.

7. Influxus gratiarum à Christo requirit unionem membrorum cum capite. serm. 1. Hex. & ser. 2. ibid. & op. Cent. p. 3. sec. 28.

*Informatio.*

1. Informatio, & informare est dare vitam alteri: diciturque perfectione mixtam cum imperfectione. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. ad ult.

2. Informantis, & principiantis ratio quomodo recipiatur in Divinis. l. 1. d. 5. dub. 3.

Infusum: Infusio. V. *Qualitas*. V. *Gratia*.

*Ingeminatio.*

Ingeminatio verborum in S. Scriptura captat attentionem. in Luc. cap. 10. n. 41. V. *Geminatio*.

Ingenerabile. V. *Ingenitus*.

*Ingenitus.*

1. Ingenitus quot modis potest sumi. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1. corp.

2. Ingenitus importat non esse ab alio, & alium esse ab ipso: ob id in Divinis non dicitur de essentia. l. 1. d. 13. dub. 7. V. *Personarum din. proprietates*. n. 30. seq.

Non est pura negatio, sed proprietas in Divinis. l. 1. d. 26. dub. 4.

Quid propriè importet. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1.

3. Ingenitus scriptus cum duo. N. apud Græcos quid differat à scripto cum vno: apud Latinos verò scriptus cum duo. N. est vox non significativa. l. 1. d. 13. q. 4. corp.

4. Ingenitus quomodo verificetur de Spiritu S. l. 1. d. 13. q. 4. corp.

Quomodo excludatur à Filio, à Spiritu S. & ab essentia. l. 1. d. 28. a. 1. q. 1. corp.

5. Ingenitus, & Pater quomodo alter alterum inferat. l. 1. d. 28. dub. 1.

*Ingenium.*

Ingenium quid sit. op. Cent. p. 3. sec. 22.

*Ingeniositas.*

Ingeniositas est qualitas. V. *Qualitas*.

*Ingratitudo.*

1. Ingratitudo si sumitur negativè, scilicet qua quis non est gratus Deo ut debet, est circumstantia omnium peccatorum: privativè verò qua, scilicet quis parvipendit positivè beneficium, vel benefactorem est speciale peccatum. l. 2. d. 5. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 4. d. 22. dub. 3. V. *Angeli peccatum*. n. 14. V. *Peccatum mortale*. n. 51.

2. Ingratitudine maiori quis peccavit Lucifer, an Adam. l. 2. d. 29. a. 2. q. 1. ad arg.

3. Ingratitudo quomodo faciat redire peccata. l. 4. d. 22. dub. 1.

4. Ingratitudo ut non contrahatur, sufficit actio gratiarum de beneficijs in communi. lib. 4. d. 22. dub. 2.

5. Ingratitudo qualis circumstantia antecedens peccatum. op. Cent. p. 1. sec. 33. & serm. 1. Dom. 8. post Pent.

6. Ingratitudo quàm noxia. op. Phar. l. 3. cap. 21. & op. Amator. & op. Bibl. paup. c. 65. & in Sap. c. 16. & ser. 2. Dom. 6. post Pent. & op. medit. vit. Chr. c. 63. & 64.

7. Ingratitudo meretur perdere beneficia à Deo collata. op. de prof. relig. l. 2. c. 62. & op. de proc. relig. proc. 7. c. 6.

8. Ingratitudo quàm displiceat Deo: gratitudo

quàm cara. in Luc. cap. 17. num. 16.

9. Ingratitudo qualiter à Deo puniatur. in Luc. cap. 19. n. 24.

*Ingressus.*

1. Ingressus, & egressus ovium Christi quis sit. in Io. c. 10. n. 9. V. *Egressus*.

2. Ingressus Dei in animam. V. *Dei varia*. n. 204.

*Inhabitatio.*

Inhabitatio Spiritus S. est duplex. l. 1. d. 16. q. 2. corp.

*Inhære.*

1. Inhære propriè dicit subiectari in re alterius generis: ob idque est propriè tantum accidentium. l. 4. d. 12. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3.

2. Inhærentia actualis non est de essentia accidentis, sed tantum aptitudinalis. l. 4. d. 12. p. 1. a. 1. q. 1. V. *Accidens*. n. 28. seq.

*Inhonestum.*

Inhonestum, seu inhonestas est inverecundia in verbo, in gestu, in facto, & in habitu. op. Spec. an. c. 3.

*Inimicus. Inimicitia.*

1. Duplex inimicus noster: alius est Ecclesiæ: alius Personæ nostræ, uterque diversè tractandus. op. Comp. Theol. l. 5. c. 32. & l. 3. d. 30. art. 1. quæst. 4. ad arg.

Multiplèx inimicus noster proponitur. Pl. 12. & Pl. 30. & Pl. 118. c. 7. v. 2.

2. De dilectione inimicorum agitur. op. Comp. Theol. ibid. & l. 3. d. 30. per tot. & op. de 7. itin. et. it. 4. d. 4. a. 4. & op. Bibl. paup. cap. 47. & op. de prof. relig. l. 2. c. 28. & op. Phar. l. 2. c. 25. & Pl. 118. c. 8. v. 1. & in Luc. c. 23. n. 34. & serm. 4. Dom. 16. & ser. 3. Dom. 5. post Pasch. & ser. 3. Dom. 5. post Pent. & ser. 4. Dom. 21. post Pent. & l. 3. Dom. 22. post Pent. & ser. 1. de S. Agnete. & l. 3. de Apost. & op. Comp. Theol. l. 3. c. 17. & ser. 5. Hex. & l. 4. Dom. 10. post Pent. & ser. 4. Dom. 21. post Pent. V. *Coniunctio*. n. 1. V. *Dilectio*. n. 15. V. *Dimittere*. V. *Iniuriarum remissio*.

3. Inimicum odians an tuta conscientia possit dicere orationem Dominicam. l. 3. d. 30. dub. 3. & l. 4. d. 16. p. 2. dub. 5.

4. Inimicitia naturæ inducit pugnam, ut inter elementa: Inter homines verò est contra naturam. l. 3. d. 30. q. 5. ad arg.

5. Inimicitia virtuosa est in peccatum. l. 3. ibid.

6. Inimicorum dilectio quomodo est perfectior dilectione amicorum, & è converso. l. 3. d. 30. q. 6. corp.

7. Inimicorum dilectio est minus debita dilectione amicorum. l. 3. d. 30. q. 6. ad arg.

8. Inimicus reputandus, qui retrahit à Dei servitio, sic fathanam Petrum vocavit Christus. op. medit. vit. Chr. c. 40.

9. Inimicorum dilectio qualis gradus charitatis. op. de grad. virt. c. 1.

10. Inimicis benefacere, & orare quàm Sanctum, & utile. op. Stim. p. 3. c. 17.

11. Inimici ruina aliquando nos iuste lætificat. op. Phar. l. 3. c. 22.

12. Inimici Dei quinam sint. Pl. 118. cap. 9. v. 11. & ser. 1. Dom. 3. post Pent.

13. Inimicitia qualis est cum Deo, cum Angelis, & cum irrationabilibus. ser. 2. ser. 3. Pasch.

14. Inimicus familiaris quàm noxius. ser. 5. de vno S. Mart.

15. In quo gradu tenemur inimicis remittere iniurias. op. Comp. Theol. l. 3. c. 17.

16. Inimicorum dilectio est eleemosyna spiritualis. l. 4. d. 16. p. 2. dub. 4.

17. Ipsorum dilectio quàm necessaria.V.*Dei varia*.n.194.

*Iniquitas Iniquus.*

1. Iniquitas quid sit , & quomodo nihil sit.lib.2. d.37.dub.4.& Pf.91.
2. Iniquitatis tres species sunt, scilicet suggestio, voluntas , & consuetudo.Pf.91.
3. Iniquitas dicit ordinem ad animam : peccatum verò ad corpus : sumitur tamen vnum pro alio.Pf.91.
4. Iniquorum viæ quàm difficiles.in Sap.c.3.
5. Iniquitas odio habenda ob plures causas.Pf.118. c.11.v.3.
6. Iniquitas damnatorum qualis. Pf.118.c.1.v.3.

*Initium.*

1. Initialis : Initium , & initiatum propriè importat durationem : ideò non accipitur in Divinis , nisi largè , & impropiè pro principio. l.1.d.29.a.1.q.1.V.*Exordium*.n.2.
2. Initium , & principium qualiter differant.l.1. d.29.ibid.& l.1.d.9.a.1.q.3.ad arg.item & exordium.Pf.101.V.*Exordium*.n.2.
3. Initium , & radix quomodo differant.lib.2. d.42.dub.4.
4. Initium peccatorum quomodo est insipientia. op.Cent.p.1.sec.16.  
Quomodo est superbia.op.Brev.p.3.c.9.

*Iniuria.*

1. Iniuria in proximum qualis prohibetur in secundo præcepto secundæ tabulæ.lib.3.dist.37. dub.5.  
In triplici præcepto vetatur iniuria proximi, vel in propria Persona : vel in coniuncta : vel in re temporali.ferm.6. op.de dec. præcept.
2. Iniuria est filia iræ , & in quo consistit. op. Comp.Theol.l.3.c.17.
3. Iniuriarum remissio qualiter facienda , & sub qua obligatione.op. Comp. Theol. l.3. cap.17. & in Luc.c.17.n.4. & ser.3. in Pent.& ferm.1. Dom.1.post oct. Pent. & ferm.2. Dom.11. post Pent.& ser.3.de Apost.& in Luc.c.6.n.28. V.*Bibulus*.V.*nimicus*.V.*Dimittere*.Vid.*Dilectio*.n.15.
4. Iniuriarum remissio obtinet remissionem peccatorum.in Luc.cap.11.n.3. & in Luc.c.6.n.28.
5. Iniuriæ quomodo vincantur. ferm.4. Dom.3. post Pent.
6. Iniuriarum remissionis exemplum rarum in M.Bibulo senatore Romano.fer.1. de S.Agnete
7. Iniurias sufferre est bibere venenum absque nocumento.fer.1.in Pent.

*Iniustitia.*

1. Iniustitia est fructus, seu filia avaritiæ , quæ committitur cum proximo occulto , vel manifestè.op.Spec.an.c.2.
2. Iniustitiæ fructus sunt furtum , vsura , rapina, iniqua sententia , aliaque mala.op. Spec.an.c.2. & Centil.p.1.sec.10.V.*Acceptio Personarum*.n.6.
3. Iniustitia est fructus Principatus Diaboli.fer.2. Dom.3.post Pasch.
4. Iniustus de Iusto quomodo fiat. Vid. *Iustus*. num.2.

*Innascibilitas.*

1. Innascibilitas est proprietas Patris , dicitque positionem cum privatione. l.1.d.26.a.1.q.3. & d.27.a.1.q.2.ad arg. & l.1.d.28.a.1. q.2.3. & 4. & l.1.d.31.p.2.dub.7.& l.1.dist.13.dub.3.& op. Brev.p.1.c.3.& op.Cent.p.3.sec.2. & op. declar. term.Theol.V.*Dei proprietates*.n.30.seq.

2. Innascibilitas est idem , quod primitas.lib.1. dist.11.q.2.corp.

*Innobedientia.*

Innobedientia fuit principale peccatum Adæ. l.2. d.22.a.2.per tot. V. *Adam*. n.62. & 65.V. *Obedientia*.

*Innocens,& Innocentia.*

1. Innocentia dicitur dupliciter , vel pro vt privat culpam : vel pro vt ponit iustitiam.lib.2. dist.19.a.3.q.1. ad 3. Est pars iustitiæ : estque puritas animi , omnem iniuriam abhorrens.op. Cent.p.3.sec.44.& op.declar.term. Theol. Vid. *Benignitas*.n.3.
2. De statu innocentia.lib.2.d.19.& 20.V. *Adam in statu innocentia*.V.*Decisio*.num.2. Vid. *Error*. num.4.seq.  
Animalia in illo statu non nocerent.V.*Animal*. n.39.V.*Fœmina*.n.4.
3. Innocentia est medium inter gratiam , & culpam.l.4.d.17.p.1.a.2.q.1.ad 3.
3. Innocens non debet damnari , & iniustus absolvi.l.3.d.20.q.5.ad 2.
4. Innocentes quomodo fuerunt Martyres cum eis defecerit voluntas.l.4.d.4.p.2.dub.1.
5. Innocentia non est causa meritoria immortalitatis , nec culpa mortalitatis. l.4.d.4.p.1.art.1. q.2.ad arg.
6. Innocens non solum non infert alteri malum , sed etiam illud vetat , impedit , vel relevat , & quomodo id intelligendum.l.1.d.47.q.3.ad arg. & l.2.d.32.a.3.q.2.ad arg.
7. Innocentiæ species duæ , id est non nocere alicui : 2. non nocere , ei qui tibi nocuit. Pf.87.
8. Innocentia debet esse in ingressu , in progressu , & in egressu vitæ.Pf.100.
9. Innocentia vitæ quàm æstimanda.op. Phar. l.4.c.5.
10. Quàm proximus innocentia statui S. Franciscus.V.*Franciscus*.n.16.

*Innotescere.*

Innotescere , & distinguere habent eandem rationem.l.1.d.26.q.4.corp.

*Innovatio.*

Innovatio est duplex , scilicet per abiectionem , & per additionem , seu meliorationem : primo modo post iudicium innovabuntur elementa, diciturque purgatio : secundo modo cœli. l.4. d.47.a.2.q.3.ad arg. & op. Comp. Theol.lib.7. cap.15.

*Inobedientia.*

1. Inobedientia est voluntas fugiens minorationem potestatis , nolens subiacere superiori in debitis.op.Cent.p.1.sec.18.& op.Spec.an.cap.1. & op.declar.termin.
2. Inobedientia est filia inanis gloriæ , & superbiæ.op.Cent.p.1.ibid.& op.Spec.ibid.
3. Inobedientia quàm grande malum.op. Phar. l.2.c.44.& ser.1.Dom.8.post Pent.
4. Ex inobedientia oriuntur multa mala , scilicet impatientia contra Deum , & proximum murmuratio , obstinatio , pertinacia , infidelitas. op.Spec.an.c.1.
5. Ob inobedientiam navicula Ecclesiæ , seu religionis quassatur. sermone 3. Dom.3. post Epiph.
6. Ob inobedientiam eicitur homo à fidelium merito , sicut Adam de Paradiso gratia : à fidelium numero , sicut Ionas de navi Ecclesiæ , & à fidelium præmio , sicut Saul de regno

regno. ser. 3. Dom. 3. post Epiph.

7. Inobedientium pœnæ à Deo inflictæ quantæ.  
ser. 2. Dom. 21. post Pent.

*Inopia.*

Inopia duplex voluntaria, & involuntaria. op.  
— de paup. Chr. a. 1. V. *Paupertas.*

*Inordinatio.*

Inordinatio est triplex in ore, opere, & corde:  
scilicet per locutionem, inobedientiam, &  
cogitationem malam. in Eccles. c. 4. n. 17.

*Inquietudo.*

Inquietudo mentis est fructus avaritiæ, op.  
Cent. p. 1. sec. 21.

Item fructus accidiæ. V. *Accidia.* n. 4.

*Inquinatio.*

Inquinatio alicuius rei supponit communicatio-  
nem in materia, vel dependentiam: ob id ra-  
dius non inficitur in fœcibus, nec spiritus in  
corpore. l. 1. d. 37. p. 1. dub. 6. V. *Lux.* n. 43.

*Insanabile.*

1. Insanabile aliquid dicitur, vel ex conditione  
morbi, vel infirmi. l. 2. d. 43. a. 2. q. 1. ad 1.
2. Insanabilitas peccati vnde proveniat. l. 2. d. 43.  
ibid.

Insparabile. V. *Separare.*

*Insidia.*

Insidiæ sunt fructus invidiæ, suntque quando in-  
vestigatio factorum alterius possit accusari de-  
prehensus in malo. op. Spec. an. c. 1.

*Insipientia.*

Insipientia quomodò est initium omnium pecca-  
torum. op. Cent. p. 1. sec. 16.

*Insomnium.*

1. Insomnium est opus Phantasiæ, estque id,  
quod se ingerit dormienti, quodque in vigilia  
fatigando viderat. op. Cent. p. 3. sec. 23. & op. de-  
clar. term. Theol. V. *Phantasia.*
2. Insomnium quomodò differt à somnio, ab  
oraculo. op. Cent. ibid.
3. Insomnium quare diversificatur in Phantasia.  
op. Cent. ibid.

*Inspirabilitas.*

Inspirabilitas an sit notio Patris æquè ac innas-  
cibilitas. l. 1. d. 28. q. 4.

*Inspiratio.*

1. Inspiratio quid. V. *infra.* n. 6.  
Inspirare: Inspiratio divina quando sub præ-  
cepto debet impleri. l. 1. d. 48. a. 2. q. 1. Est spiri-  
tui nostro spiritualiter immittere affectionem,  
seu cognitionem, estque à tota Trinitate. l. 1.  
d. 10. a. 2. q. 3. ad arg. & dub. 3. ibid.
2. Inspirationes bonæ sunt Angeli, & nuntij  
Dei: sicut malæ sunt Diaboli. op. de 7. don. c. 6.  
& op. de 7. itin. & itin. 2. dist. 5. Vid. *Nuntius.*
3. Inspirationes bonæ, & malæ quomodò dis-  
cernendæ. op. de 7. itin. et. ibid.
4. Inspiratio bona quomodò dicitur ignota pec-  
catoribus. Ps. 80.
5. Inspirationes divinæ admittendæ, & quale  
periculum in ipsarum negligentia. in Luc. c. 13.  
n. 9. V. *Dei causâritas ad gratiam.* n. 69. V. *Homo  
ad Deum.* n. 14.
6. Inspirare est dupliciter, vel pro vt dicit spira-  
tionem Spiritus Sancti, estque propria Patris,  
& Filij: vel pro vt dicit immissionem in ani-  
mam, estque totius Trinitatis. l. 1. d. 10. a. 2. q. 3.  
ad arg.

*Instabilitas.*

Instabilitas filia Accidiæ. V. *Accidia.* n. 4.

*Instans.*

1. Instantaneum, & successivum quomodò sta-  
re possunt simul. lib. 1. distinct. 11. p. 1. a. 1. q. 5. ad  
arg. Qualiter differunt. l. 2. d. 1. p. 1. a. 3. q. 1.
2. Instantanea mutatio quomodò fiat. l. 4. dist. 11.  
p. 1. a. 1. q. 5. ad arg.
3. Instans copulat præteritum, & futurum. lib. 4.  
dist. 11. ibid.
4. Instantanea organizatio corporis Christi  
facta in Vtero B. Virg. l. 3. d. 3. p. 2. a. 3. q. 1. & 2.

*Instinctus.*

Instinctus naturalis quid operetur. op. Comp.  
Theol. l. 2. c. 49.

*Institor.*

Institor. V. *Christi attributa.* n. 120.

*Instrumentum.*

1. Instrumentum, seu organum est duplex, sepa-  
ratum, & unitum. l. 4. d. 43. art. 1. q. 1. ad arg. &  
l. 4. d. 15. p. 2. a. 2. q. 2. ad 4. V. *Corpus.* n. 68. V. *Causa*  
n. 66. seq.
2. Instrumentum omne in virtute manus est. l. 4.  
d. 24. a. 1. q. 4. ad 3.
3. Manus est organum, & instrumentum instru-  
mentorum. l. 4. d. 24. ibid. in corp.

*Insufflatio.*

Insufflatio Christi quid significaverit. in Io. cap. 20.  
num. 22.

*Intellectus. Intellectio. Intelligentia.*

1. Intellectus est quædam vis, & potentia ani-  
mæ, per quam intelligit, apprehenditque res  
imateriales, & intelligibiles, vt animam,  
Denique. op. Cent. p. 3. sec. 20. & 24. & lib. 1.  
d. 17. part. 1. quæst. 2. ad arg. V. *Anima potentia.*  
V. *Cognitio.* & op. declar. term. & lib. 1. distinct. 3.  
part. 1. art. 1. quæst. 1. corp. & lib. 1. distinct. 28.  
dub. 1. & lib. 1. quæst. 3. prol. & lib. 2. dist. 39. a. 1.  
quæst. 1. corp. & lib. 3. distinct. 9. art. 2. quæst. 1. ad  
arg. & op. de 7. itin. et. it. 3. d. 4. art. 3. Aliquando  
sumitur pro potentia, aliquando pro habitu,  
aliquando pro principio. lib. 2. distinct. 39. art. 1.  
quæst. 1. corp. & op. de don. intel. & lib. 2. d. 25.  
part. 1. art. 1. quæst. 4. corp. V. *infra.* n. 3.  
In quo sensu dicitur tabula rasa. lib. 2. dist. 39.  
art. 1. quæst. 2. ad 1. & quomodò nihil possit in-  
telligere, quin prius id fuerit in sensu. lib. 2.  
distinct. 39. ibid. & lib. 2. distinct. 24. part. 2. art. 2.  
quæst. 1. ad 4. & lib. 3. distinct. 37. dub. 1. & lib. 4.  
dist. 50. p. 2. a. 2. q. 1. in arg. & lib. 2. d. 39. art. 1. q. 2.
2. Intelligentia est vis animæ, quæ immediatè  
supponitur Deo. op. Cent. part. 3. sec. 24. & op.  
Cent. p. 2. cap. 29. & lib. 2. dist. 25. part. 1. art. 2.  
q. 1. corp.  
Multiplex exponitur. ser. 3. Hex. & serm. 5. ibid.  
Quomodò differat à cognitione sensitiva. op. de  
don. intel. c. 2.  
Eius operationes explicantur. op. Itin. ment. c. 3.
3. Intellectus quid sit, & qualiter differat ab  
intelligentia, imaginatione, à sensu, & ratio-  
ne. op. de 7. it. et. it. 3. d. 3. & op. Cent. p. 3. sec. 24.  
& l. 4. d. 50. p. 2. a. 1. q. 1. corp. & l. 1. d. 3. p. 1. art. 1.  
in arg.  
Habet in se lumen inseparabile, insufficiens  
tamen per se ad ipsius directionem. l. 3. dist. 6.  
p. 1. q. 1. corp. & op. Itin. ment. c. 3. V. *Suprà.* n. 1.  
aliquando stat pro potentia, vel habitu, vel  
actu, vel obiecto. l. 3. d. 24. a. 3. q. 2. ad 2. & l. 3.  
d. 35. a. 1. q. 4. corp. & l. 4. d. 50. p. 2. a. 1. q. 1. corp.  
& l. 1. d. 28. dub. 1. & l. 1. in prol. q. 3. corp. &  
lib. 3. d. 4. a. 2. q. 1. ad arg. & lib. 2. d. 25. p. 1. q. 4.  
corp.

4. Intellectus perficitur in se ab habitu speculativo. in ordine ad opus ab habitu practico, & in ordine ad affectum ab habitu affectivo, qui est sapientia. l. 1. prol. q. 3. corp. Quomodo ex intellectu, & re intellecta fit unum. l. 2. d. 18. a. 2. q. 1. ad 4. & 5.
5. Intellectus quare non corrumpitur ab excellenti sensibili. l. 1. d. 1. a. 3. q. 1. ad arg.
6. Intellectus objectum est ens sub ratione veri. l. 2. d. 39. dub. 1. & l. 2. d. 37. dub. 1. & l. 1. d. 19. p. 1. dub. 8. & l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad 1. & l. 1. d. 1. dub. 6. & l. 2. d. 3. p. 1. a. 2. q. 2. ad 5. & l. 1. d. 39. p. 1. q. 2. ad arg. & lib. 2. d. 18. a. 2. q. 1. ad 4. & l. 2. d. 17. a. 1. q. 2. ad 4. & lib. 2. d. 7. p. 2. a. 1. q. 3. ad 4. & l. 2. d. 16. a. 1. q. 1. ad 5. & lib. 2. d. 39. a. 2. q. 3. ad 4. & l. 1. d. 9. dub. 7. & l. 1. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp. & lib. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. in arg. & q. 2. corp. Unde intelligibilitas rei est ipsa entitas ut vera. l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. ad 4. Quare potest omnia cognoscere, non sic sensus: ille enim est potentia indeterminata: iste determinata. l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. ad 2. & l. 1. d. 19. p. 1. dub. 8. Ejus objectum est ens in tota latitudine. l. 2. d. 16. a. 1. q. 1. ad 5. Quomodo cognoscit contingentia. l. 3. d. 24. q. 1. ad arg.
7. Intellectus quomodo possit intelligere, & quomodo fiat cognitio. l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. in arg. & ad 5. & l. 3. d. 14. a. 1. q. 1. corp. & l. 3. d. 14. a. 2. q. 1. ad arg. & lib. 4. d. 50. p. 2. a. 1. q. 1. & l. 2. d. 18. a. 2. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 39. a. 1. q. 2. ad arg. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 42. seq. Quidquid cognoscit, id vel per speciem, vel per essentiam, vel per effectum. l. 1. d. 3. cit. & l. 3. d. 25. dub. 4.
8. Intellectus est cæcus, & quomodo. lib. 1. d. 1. dub. 5. V. *Supra*. n. 1.
9. Intellectus quomodo illuminatur à vero. lib. 1. prolog. dub. 6.
10. Intellectionis difficultas est vel à parte potentia, vel objecti. l. 1. d. 8. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
11. Intellectio qualiter fiat. l. 1. d. 9. dub. 7. & l. 1. d. 39. a. 1. q. 1. ad arg. & q. 2. ad arg.
17. Leges , & Canones pullularunt ex lege naturali , quod tibi vis , &c. serm. 5. Hex.
18. In legibus humanis quæ adversantur legi divinæ abroganda sunt. opusc. Princ. ibid. leges civiles continent quædam ab Ecclesia approbata : quædam tolerata : quædam reprobata. l. 4. d. 37. a. 2. q. 1. ad 2.
19. Leges humanæ sunt in hac vita duriores divinis , & hoc est ad cautelam , & terrorem. l. 4. d. 22. a. 1. q. 2. ad arg.
20. Legum imperialium , & divinarum transgressor quali pœna puniendus. opusc. diæt. sal. t. 3. c. 9. & 10.
21. Lex Civilis unde ortum habeat. V. Civilis. n. 1.
22. Lex quomodo se habeat ad gratiam , & ad acquisitionem salutis. serm. 2. Hex.
23. Lex Dei quomodo est S. Scriptura. op. Princ. S. Script. A solo Deo instituta , confirmata signis mirabilibus. op. Princ. ibid.
24. Lex Dei est eminentissima , affluentissima , efficacissima , speciosissima , & clarissima. op. Princ. ibid.
- Est columna , & virtutis stabilimentum. serm. 1. & 14. Hexaëm.
25. Lex , & laus Dei in tribus consistit : in benedictione ; in magnificentia : & in bonorum prosecutione. Ps. 33. Non est maculosa , fabulosa , nec periculosa. Ps. 118. c. 11. v. 3.
26. Lex divina est desuper infusa in corde hominis. op. Cent. p. 1. sec. 7. Vid. *Lux mentium*.
27. Lex Dei retrahit ab amore sædo , & privato , præcipitque bonum commune , & spirituale. serm. 1. Hex.
28. Lex est talis , qualis est Rex , scilicet Deus eam ferens. Ps. 118. c. 11. v. 5.
29. Legis divinæ auctoritas , promulgatio , qualitas , nobilitas , aliæque circumstantiæ ostenduntur. op. Princ. S. Script.
30. Lex Dei quid præcipiat , & à quibus retrahat. serm. 1. Hex. in princ.
31. Legis Decalogi præceptorum numerus , ordo , obligatio , & perfectio expenditur. opusc. Brev. p. 5. c. 9. Vid. *Decalogus*.
32. Lex strictè sumpta significat scriptam , & gratiæ. l. 2. d. 35. dub. 4.
33. Lex strictè sumpta dividitur in veterem , & in novam , scilicet in scriptam datam Moyſi , & in Evangelicam secundum duplicem radicem , scilicet timoris , & amoris : & ad has reducitur lex naturæ. l. 4. d. 37. a. 2. q. 1. ad 2. & l. 3. d. 40. a. 1. q. 1. & op. Brev. p. 5. c. 9. & l. 4. d. 4. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4. & l. 4. d. 2. a. 1. q. 1. ad arg.
34. Lex vetus , & Mosaica quare dicitur lex timoris : Evangelica quare dicitur lex amoris. lib. 3. d. 40. a. 1. q. 1.
35. Lex vetus non reducebat ad perfectionem : bene autem lex Evangelica. l. 3. d. 40. ibid. ob id dicitur sterilis. Ps. 34. & in Luc. c. 20. n. 10.
36. Lex vetus continebat promissa temporalia , quæ erant primò monentia : 2. præcepta exterius regulantia : 3. Sacramenta figuralia : sicque deerat ibi justificatio. lib. tertio , distinct. 40. artic. 1. quæst. 2.
37. Legis veteris , & scriptæ qualitates enarrantur. l. 3. d. 40. per tot. nec ipsa , nec sacerdotium ejus habebant Spiritum sanctum , nisi ratione novi testamenti in ea figurati. in Luc. c. 1. n. 67.
38. Lex vetus , & nova , scilicet naturæ , scripta , & Evangelii comparantur ad invicem. lib. 3. d. 40. per tot. & serm. 16. Hex. & Psalm. 104. & Ps. 118. n. 33. & op. Brev. p. 5. c. 9. & op. Cent. p. 3. sec. 32. & op. de paup. Chr. a. 1. & Comp. Theol. l. 5. c. 69. & l. 4. d. 19. a. 1. q. 1. ad 1. utraque comparatur ligno vitæ. serm. 16. Hex.
39. Lex antiqua quomodo fuit à Christo moderata. op. Princ. S. Script.
40. Leges cæremoniales , judiciales , & morales quomodo respondent legi gratiæ. serm. 16. Hex. & in Luc. c. 2. n. 21. & op. Brev. p. 5. c. 9. Quid in eis evacuatum fuerit , & quid remanserit per Evangelicam legem. in Luc. c. 16. n. 16. & 17.
41. Lex nova continetur in veteri , sicut rota in medio rotæ. Psalm. 118. n. 33. & l. 3. d. 25. a. 2. q. 1. ad 1.
42. Lex vetus quædam præcipiebat : quædam permittebat , ut libellum repudii. l. 4. d. 33. a. 3. q. 3. ad argum.
43. Lex vetus non obligabat puellas de genere sacerdotali ad suscipiendum virum de genere suo : ob id Mater Virginis Mariæ erat de genere sacer



- Sacerdotali. lib. 4. dist. 30. art. 1. quæst. 2.
44. Lex divina est origo legis civilis. V. *Civilis*. n. 1.
45. Legis Evangelicæ, & gratiæ perfectiones enarrantur. l. 3. d. 40. per tot. & op. Brev. p. 5. c. 9. & op. Cent. p. 3. sec. 3. 2. & l. 4. d. 2. a. 1. q. 1. ad arg.
46. Lex Evangelica habet primò promissa æterna inducentia : 2. præcepta dirigentia : 3. Sacramenta adjuvantia ad justificationem. l. 3. d. 40. a. 1. q. 2.
47. Lex Evangelica qualiter vivificat animas. l. 3. d. 40. ibid. ad 4. elevat animam ad cœlum, faciliat omnia difficilia ad modum pennæ, rotæ, & navis. l. 3. ibid. q. 3.
48. Lex Evangelica dicitur libertatis, quia liberat à servitute peccati. l. 4. d. 44. a. 3. q. 1. ad 2. & l. 4. d. 4. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4.
49. Lex Sacræ Scripturæ procedit de sede Dei per Verbum increatum, inspiratum, incarnatum, & autentatum per promulgationem. op. Princ. S. Script.
50. Lex dupliciter se habet ad gratiam. ser. 2. Hex.
51. Lex Evangelica est lex amoris, & mansuetudinis. l. 3. d. 40. per tot. & l. 4. d. 37. a. 2. q. 1. ad 2.
52. Lex exosa & odiosa cupido, & carnali, qui sunt veluti porcus, & canis: Item invidio, & iracundo: ser. 1. Hex. V. *Canis*. n. 10. V. *Civilis*. n. 3.
53. Lex Dei ordinat bonum commune, & spirituale, & retrahit ab amore carnali, & privato. ser. 1. Hex.
54. Lex conscientiæ quænam. V. *Conscientia*. n. 5. & 7.
55. Legi carnis opponitur lex conscientiæ. V. *Conscientia*. n. 12.
56. Lex conscientiæ habet suprâ se aliam legem. V. *Conscientia*. n. 15.
57. Lex quare dicitur amara. Pf. 97.
58. Legis perfectio multiplex Pf. 67. & Pf. 118. c. 3. v. 1. & seq. per tot.
59. Legem habere in corde, est cognoscere veritatem: cor in lege est diligere eam. Pf. 118. n. 33.
60. Legis verus executor quis sit. Pf. 118. n. 33. & ibid. c. 1. v. 6. & c. 3. v. 12.
61. Legis mediationis fructus exponitur. Pf. 118. n. 97. & ibid. c. 5. v. 13. & ser. 17. Hexaem.
62. Legis divinæ observantiæ fructus enarrantur. Pf. 118. c. 1. v. 4. & ibid. c. 3. v. 12. & c. 4. v. 7. & c. 8. v. 14. & ser. 1. Dom. 4. Adv.
63. Legis inobservantia quot modis fit. Pf. 118. c. 2. v. 13. & c. 5. v. 3. & c. 8. v. 14. Legis divinæ, & imperialis transgressio qualiter puniatur. op. diæt. sal. t. 3. c. 1.
64. De lege Dei perfectiones, & attributa enarrantur. Pf. 118. c. 3. per tot. & c. 4. v. 5. & c. 5. v. 8. seq. & c. 6. v. 6. & c. 7. v. 14. & in Sap. cap. 18. n. 4. & in Thren. c. 3. & ser. de S. Luca Evang. & ser. 7. de Apost. V. *Dei varia*. n. 224.
- Dicitur lux, & dux. Pf. 118. c. 5. v. 8. & c. 8. v. 1.
65. Lex Dei ligat cor, os, & manus. Pf. 118. c. 5. v. 13.
66. Lex Dei fabulis Iudæorum opposita. Pf. 118. c. 6. v. 6. & ser. 17. Hexaem.
67. Lex scripta alia est posita, alia disposita, alia perfecta. Pf. 118. c. 7. v. 9.
68. Lex diligenda, & quomodo. Pf. 118. c. 8. v. 1.
69. Lex iniquitatis dominatur in Curia concupiscentiæ: Iustitiæ in curia conscientiæ: clementiæ in Curia gratiæ; & quælibet habet proprium iudicem, & sententiam. Pf. 118. c. 10. v. 10.
70. Lex alia est loquens: alia instruens: alia consulens. Pf. 118. c. 11. v. 14.
71. Lex vitæ alia est interior: alia exterior: alia superior. Pf. 118. c. 10. v. 9.
72. Legis oblitio solet accidere vel ob prosperitatem: vel ob adversitatem; vel ob infidelitatem. Pf. 118. c. 10. v. 9.
73. Lex Dei docet vitia fugere, utilia eligere, & gravia pro Domino sustinere. Pf. 118. c. 5. v. 6. & in Thren. c. 3.
74. Quomodo dicitur lex non esse posita iusto. in Pf. prolog.
75. Lex procedit narrando, præcipiendo, prohibendo, comminando, & promittendo. op. Princ. S. Script.
76. Lex inferior à summa, & æterna lege emanat. op. Princ. S. Script.
77. Legem quomodo servaverit, temperaverit, adimpleverit, & elucidaverit. op. Princ. ibid.
78. Christus ostenditur factus sub lege cæremoniali, morali, & Sacramentali in sui oblatione in templo, in Dei honoratione, & in Circumcisione. in Luc. c. 2. n. 21.
79. Lex, & Prophetæ quomodo continent totam perfectionem hominis. op. Brev. in proœm.
80. Legis scriptæ, & naturæ Sacramentorum vis expenditur. op. Brev. p. 1. c. 2.
81. Lex iustitiæ exigit universale iudicium. op. Brev. p. 7. c. 2.
82. Lex quomodo violatur. op. Cent. p. 1. sec. 9.
83. Lex respicit honestum, quod vi sua nos trahat ad observantiam. op. Cent. p. 1. sec. 9.
84. Lex Moysis quomodo fuerit causa majoris transgressionis. serm. 14. Hex.
85. Lex divina portanda in corde, in ore, & in manu. ser. de S. Luc. Evang.
86. Legis divinæ perfectio est dilectio. ser. de Apost. V. *Charitas*. V. *Dilectio*.
87. Esse sub lege stat multipliciter. l. 3. d. 1. dub. 3.
88. Legis naturæ Sacramentorum vis. l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 3.
89. Lex dicitur levis propter charitatem, quæ omnia facit levia. l. 4. d. 37. a. 1. q. 3. ad 2.
90. Lex se habet ad gratiam, ut virtus apprehensiva ad motivam, & instrumentum ad operativam: per illam habetur cognitio veritatis: per istam exercitatio virtutis. ser. 2. Hex.
91. Lex divinitatis perducit ad purgationem, illuminationem, & perfectionem. l. 4. d. 19. a. 3. q. 1.
92. Legis impletio est amor. V. *Dilectio*. n. 18.
- Leve.*
- Levium, & gravium motus. Vid. *Motus*. n. 48.
- Lia.*
1. Lia an verior uxor fuerit Iacob quàm Rachel. l. 4. d. 3. dub. 5. V. *Matrimonii varia*. n. 5.
2. De Lia descendit Christus, non de Rachel. V. *Christi varia*. n. 405. *Libanus*.
- Libanus interpretatur Candidatio. Pf. 71. & ser. 1. de uno Mart. significatque statum meriti. ser. 1. de una S. Virg. *Liber*.
1. Liber duas proprietates habet: alteram respectu sui, scilicet, scientiæ retentionem: alteram respectu nostri, scilicet, repræsentationem præteritorum, & obliorum. l. 4. d. 43. a. 2. q. 1.
2. Liber sententiarum totalis versatur circa nostræ reparationis mysterium: ad eum enim diriguntur ea, quæ tractantur in quatuor libris. l. 3. prol. & l. 3. d. 23. in Expos. text.
3. Liber sententiarum dividitur in quatuor partes, seu libros: & quænam sit quadruplex causa ipsorum. l. 1. proœm.
4. Liber primus sent. agit de Deo uno, & Trino: 2. de productione creaturarum: 3. de Christo Redemptore: 4. de Sacramentis. l. sent. proœm. & op. Princ. Comp. in lib. sent. & op. sent. sentent.
- Mythicè est cœlum: & girus quadruplex spherælis. op. Princ. Comp. ibid. Item isti quatuor libri assimilantur quatuor animalibus. op. sent. sentent.

5. Libri S. Scripturæ excellentia, ejus lectionis fructus. op. Princ. S. Script. & totus liber serm. Hex. V. *Scriptura Sacra*. & op. diæt. sal. tit. 6. c. 3. multos habet intellectus, & sensus. ser. 13. Hex. Veteris & novi testamenti divisio, & coherentia exponitur. op. Princ. S. Script. & op. Brev. procem. & op. Cent. p. 3. sec. 32.
6. Liber quadruplex mysticè proponitur scriptus, scilicet, ab æterno, estque Divinitas, scriptusque solum est ab intus: 2. in Paradiso, estque ratio hominis: 3. in deserto in libro legis: 4. in homine, scilicet, in Christo, ejusque actione. Pf. 68. V. *Mundus*. n. 48. V. *infra*. n. 15. Item liber vitæ, mortis, conscientiæ, legis, & Chr. expositus est omnibus. ser. 3. Dom. 2. Adv. Christus liber in quo semper debemus legere. Pf. 68. & ser. 3. Dom. 2. Adv.
7. Duo libri propositi sunt à Deo, scilicet Sacra Scriptura, & clericorum status: In primo debent legere Clerici: in secundo Laici, scilicet bonorum exempla. Pf. 103.
8. Liber triplex assignatur, scilicet creaturæ, seu mundi; conscientiæ, & S. Scripturæ. in Luc. c. 12. n. 59. & op. diæt. sal. tit. 6. c. 3. & ser. 12. Hex. & ser. 13. ibid. & op. Brev. p. 2. c. 11. & op. *Imm. ment.* c. 6. Conscientiæ liber quisnam. p. 7. cap. 1. & serm. 3. Dom. 2. Adv. V. *Conscientia*. n. 34.
9. Liber in quo leguntur magnalia Dei est mundus. in Sap. c. 13. & op. Brev. p. 2. c. 11. & p. 3. c. 3. Item homo. V. *Homo*. n. 40.
10. Liber vitæ quisnam sit, & mortis, & an sint indelebiles. in Luc. c. 10. n. 20. & ser. 12. & 13. Hex. & Pf. 68. & 1. 3. d. 31. dub. 2. & 1. 4. d. 43. a. 2. q. 1. & q. 2. & 3. & 1. 4. ibid. a. 3. q. 1. & 2. & op. Brev. p. 1. c. 8. & p. 7. c. 1. & op. *Expos. term. Theol.* & Pf. 68. & in Luc. c. 10. n. 21. & op. Cent. p. 2. sec. 5. & op. *Comp. Theol.* 1. 1. c. 30.
11. Liber Dei, & Angelorum quisnam sit. Pf. 68.
12. Librorum apertio qualis erit in die judicii. op. Cent. p. 2. sec. 25. & 1. 4. d. 43. per tot. & op. Brev. p. 7. c. 1. & op. diæt. sal. tit. 9. c. 1. & in Luc. cap. 10. n. 21. & ser. 3. Dom. 2. post Pent. V. *Christus Index*. num. 11.
13. Liber intus scriptus est ars Dei æterna: foris verò est mundus sensibilis. op. *declar. term. Theol.*
14. Librum Sacræ Scripturæ dedit Christus legendum suis discipulis post resurrectionem. op. diæt. sal. tit. 6. c. 3.
15. Christus est liber scriptus intus, & foris. Angelus solum intus: mundus foris. op. Brev. p. 2. c. 11. V. *Christi attributa*. n. 19. V. *Hominis dignitas*. n. 40. V. *Suprà*. n. 6.
16. Libri plicatio facta à Christo quid significet. in Luc. c. 4. n. 20.
17. Libri omnes S. Scripturæ ordinantur ad Christum. V. *Christi attributa*. n. 19.
18. Christus est subjectum librorum Theologiæ, & Evangelii. V. *Christi attributa*. n. 14.
19. Clerici sunt libri, in quibus Sæculares debent legere virtutes. Pf. 103. V. *Clericus*. n. 16.
20. Librorum impudicorum lectio est vitanda. ser. 2. de *Invent. S. Cruc.*
21. Librorum custodia qualiter habenda. op. *Spec. ad Novit.* p. 2. c. 4.
22. Liber Job erat tantæ auctoritatis apud Judæos, quod poneretur ab eis in Arca cum virga. ser. 14. *Hexæm.*
23. Libri Philosophorum à primitiva Ecclesia comburebantur: Nunc autem legendi sunt cum magna cautela. ser. 19. *Hex.*
24. Librorum veteris, ac novi testamenti divisio
25. Libri quatuor sententiarum quæ contineant. V. *Abcondita*. n. 3.
26. Librorum corrector quis sit. V. *Correctio*. n. 10. *Liberalitas*.
1. Liberalitas quid sit, estque pars justitiæ. op. *Cent.* p. 3. sec. 44. De liberalitate. op. *Bibl. paup.* c. 72.
2. Liberalitas in Deo importat duplicem modum emanandi, scilicet intrinsecum, quo producitur Spiritus sanctus; & extrinsecum, quo producuntur creaturæ. 1. 1. d. 10. a. 1. q. 1. ad 1.
3. Liberalitas B. Virginis qualis. op. *Spec. B. Virg.* cap. 13.
4. Liberalitas qualis servanda in usu gratuitorum donorum. ser. 2. *Hex.*
5. Habet duos actus dat enim danda, & retinet retinenda: unde est opposita avaritiæ, & prodigalitati. op. *Cent.* p. 1. sec. 22. *Liberatio*.
- Liberatio à peccatis qualiter fiat. in *Io.* col. 43. *Libertas: Liberum arbitrium*.
1. Libertas est facultas rationis, & voluntatis confurgens ex deliberatione præambula, & voluntate adjuncta: diciturque communiter liberum arbitrium. op. *Cent.* p. 3. sec. 24. & op. *declar. term. Theol.* Vid. *Voluntatis libertas*. Vid. *Anima. potentia*.
2. Liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente: quæ definitio est respectu actus, objecti, & finis. op. *usc. Cent.* p. 3. sec. 24. & 1. 2. d. 25. p. 1. dub. 2. & a. 1. q. 3. corp. Dicitur facultas pro potentia, & pro habilitate: item pro dominio sui actus. *lib.* 2. d. 25. p. 1. q. 3. corp. Variè item definitur. op. *Cent.* p. 3. sec. 24. & 1. 2. d. 25. p. 1. dub. 1. 2. & 3. & 1. 2. d. 24. p. 1. a. 1. q. 2. in arg. & op. *Brev.* p. 2. cap. 9. & op. *Comp. Theol.* 1. 2. c. 56. & op. *declar. term. Theol.* & in *Io.* col. 43.
3. An voluntas, & potentia deliberativa sint diversæ potentiæ elucidatur. 1. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 3.
4. Liberum arbitrium, ut est appetitus naturalis, immutabiliter inclinatur ad beatitudinem: ut est deliberativum, & operans secundum judicium rationis, vult hoc, vel illud, & contrarium pro libito. 1. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 3. corp. & ad 2.
5. Liberum arbitrium potius dicitur secundum Theologos, quàm liberum judicium secundum Philosophos. 1. 2. d. 25. p. 1. dub. 1.
6. Liberum arbitrium pro ut dicit ipsam potentiam substantialem, dicit facultatem liberam à coactione, sicque reperitur in Deo, & in creatura secundum analogiam: pro ut dicit habilitatem, sic est in sola creatura, quia potest obligari. 1. 2. d. 25. p. 1. dub. 3.
7. Libertas est solum in solis substantiis rationalibus: quæ solæ ab intrinseco dominantur super actus suos: ob id sunt liberæ à servitute, & coactione, & ratione libertatis, & ratione arbitrii. *lib.* 2. d. 25. p. 1. a. 1. quæst. 1. liberi arbitrii dominium in quo stet. 1. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 3. & 1. 2. d. 25. ibid.
8. Unde in brutis non potest esse libertas: licet enim reprimant se ab actibus suis, id provenit ex vi extrinseca, & licet provideant, id est ratione instinctus naturalis, non est ex actu deliberationis, & præcognitionis. 1. 2. d. 25. p. 1. a. 1. q. 1.
9. Liberum arbitrium non dicit potentiam distinctam à ratione & voluntate secundum rem; sed

- sed secundum rationem tantum. lib. 2. d. 25. p. 1. q. 2. & 3. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 56.
- Unde est una facultas existens in duabus potentiis. l. 2. d. 25. ibid. q. 3. ad 6.
10. Liberum arbitrium principaliter nominat habitum, scilicet facultatem voluntatis, & rationis: minus principaliter nominat ipsas potentias: aliquando etiam ipsarum actus. l. 2. d. 25. p. 1. q. 4.
11. Liberum arbitrium quomodo nihil addit secundum essentiam rationi, & voluntati. lib. 2. d. 25. ibid. q. 5. & l. 4. d. 17. p. 1. a. 1. q. 2. ad arg. & Pf. 118. c. 11. v. 13.
12. Liberum arbitrium residet in utraque potentia, sed principaliter in voluntate. lib. 2. d. 25. ibid. q. 6. Unde ratio est ut consiliarius: voluntas ut Imperator. op. Comp. Theol. l. 2. c. 56. Unde secundum rem comprehendit vim rationalem, irascibilem, & concupiscibilem: sic recte dicuntur virtutes esse in his potentiis, quia sunt in libero arbitrio. l. 2. d. 25. p. 1. a. 1. q. 6. ad 2. & l. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 1. ad 1.
13. Libertas sumi potest privative respectu cuius dicitur libertas à quo; & positive ad quod: Privative dividitur in libertatem à necessitate, à culpa, & à miseria: Positive est vel respectu actus volendi: vel actus volendi ad finem relati, qui dicitur usus: vel actus volendi quietari, qui dicitur actus fruitionis. l. 2. d. 25. p. 2. dub. 2. & lib. 2. d. 3. a. 1. q. 2. in arg. & l. 2. d. 44. a. 3. q. 1. corp. & l. 2. d. 3. p. 1. dub. 3. & d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. & 3. & op. Comp. Theol. lib. 2. cap. 56. & l. 2. d. 19. a. 3. q. 2. ad 3.
14. Libertas arbitrii tria includit, scilicet, immunitatem à coactione: excellentiæ dignitatem super actum suum, & facultatem servandi rectitudinem: primæ duæ conditiones sunt æqualiter in omnibus creaturis rationalibus, & in Deo, licet respectu Dei analogicè: tertia autem inæqualiter est in creaturis. l. 2. d. 25. p. 2. dub. 1. 2. & 3. & a. 1. q. 1. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 1. & seq. An verò aliquando possit cogi. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 4. & lib. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 56.
15. Libertas alia est à se, estque solius Dei: alia facta, & accepta, estque hominum, & Angelorum. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 1. corp.
16. Libertas, ut dicit, deliberationem est solum contingentium; ut dicit libertatem, est etiam necessariorum necessitate, scilicet, immutabilitatis, ut est in Deo, in Angelis, & Beatis. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 2. & lib. 3. d. 12. a. 2. q. 2. ad arg.
17. Liberum arbitrium ut tale habet solum bonum pro objecto: sicque est commune Deo, & creaturæ: ut verò deficiens, potest etiam in malum: Imò numquam eligit hoc nisi sub ratione boni. l. 2. d. 25. ibid. q. 3.
18. Quomodo sit verum, quod liberum arbitrium possit in actus oppositos. l. 2. d. 25. p. 2. q. 3. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 1. 2. & 3.
19. Liberum arbitrium potest induci, & mutari: non verò proprie cogi. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 4. & 5. & l. 2. d. 7. ibid.
20. Deus numquā violentat liberū arbitrium; licet ipsum moveat immittendo affectionē ad aliquid, per quā movetur liberè ad omne quod Deus vult, sicut pila ad omnem motum. l. 2. d. 25. ibid. q. 5.
21. Liberi arbitrii usus tollitur propter corporis ineptitudinem: & quare prius tollitur usus rationis, quàm aliarum potentiarum. l. 2. d. 25. ibid. q. 6. corp. Item per obstinationem aliquan-
- liter. lib. 2. d. 7. p. 1. art. 2. q. 1. 2. & 3.
22. Quomodo stet libertas animæ cum motione gratiæ, & prædestinatione. lib. 2. d. 26. a. 1. q. 6. & l. 1. d. 40. a. 2. q. 1. corp. & l. 2. d. 28. per tot. & op. Brev. p. 1. c. 8. & in Io. col. 43. & in Ioan. c. 6. n. 44. & c. 3. n. 27.
23. Libertas stare potest cum necessitate immutabilitatis: non verò coactionis. lib. 1. d. 6. q. 1. corp. & l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 2. & l. 3. d. 12. a. 2. q. 1. ad 5. & l. 4. d. 7. a. 3. q. 1. 2. & 3. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 56. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 1. ad arg. & q. 2.
24. In Deo est libertas cum immutabilitate, non tamen cum vertibilitate. l. 1. d. 6. a. 1. q. 1. corp. & l. 3. d. 12. a. 2. q. 1. & 2.
- Quænam libertas sit in Angelis, & Beatis. l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 2. & l. 3. d. 12. a. 2. q. 2. ad arg. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 56.
25. Liberum arbitrium, licet non potest cogi, tamē infirmatū est debilitate, & pusillanimitate: unde indiget sustentante. lib. 4. d. 7. a. 3. q. 2. ad 2.
26. Libertas peccandi est defectus libertatis: unde magis est liber, qui non potest peccare: sic & qui potest se defendere à peccati servitute, ut est qui sustentatur suffragiis Ecclesiæ: & minus liber est excommunicatus. l. 4. d. 18. p. 2. dub. 1. & l. 2. d. 25. p. 2. a. 1. q. 3. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 1. 2. & 3. & op. Cent. p. 1. sec. 17. peccare tamen non est sine libertate. l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. ad 2. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 56. & in Io. col. 43.
27. Libertas non computatur inter bona fortunæ: præponderat enim omnibus aliis. l. 4. d. 36. a. 1. q. 2. ad 2.
28. Diabolus per obstinationem quomodo amittit aliquantulum usum libertatis nō respectu actus sui, sed ordinationis in finē. l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 1. 2. & 3.
29. Liberum arbitrium quid possit absque gratia. l. 2. d. 28. per tot. & in Io. cap. 3. n. 27. & cap. 6. n. 44. & in Io. col. 43.
30. Liberum arbitrium inflexibile per naturam non potest dari à Deo ipsi creaturæ; & quare. l. 2. d. 24. p. 1. a. 1. q. 1.
31. Liberum arbitrium quomodo dicitur potentissimum sub Deo. l. 2. d. 28. art. 1. q. 2. ad arg.
32. Liberum arbitrium quomodo suscipiat magis, & minus. V. *Supra*. n. 26.
33. Liberi arbitrii motus quomodo concurrat ad justificationem sui. l. 4. d. 17. p. 1. a. 1. q. 2. ad arg. & l. 2. d. 28. per tot.
34. Liberum arbitrium facit hominem excellere super omnes creaturas. op. Brev. p. 2. c. 4. & Pf. 114.
35. Liberum arbitrium est principium omnis meriti, & demeriti secundum electionem boni, & mali. op. Brev. p. 2. c. 9. & ob id omnis peccati. op. Brev. p. 3. c. 1.
36. Libertas perfecta est non posse peccare: unde in hac vita non potest esse talis. in Io. col. 43. V. *Homo ad Deum*. n. 146.
37. Libertas ligatur à charitate ad maiorem libertatem. V. *Charitatis effectus*. n. 59.
- Libido.*
1. Libido est improba voluptas, qua anima delectatur in creatura: estque radix omnium malorum, quia avertit animam à summo bono. op. Comp. Theol. l. 3. c. 15. Dicitur à libando; estque in omni peccato. l. 3. d. 38. dub. 2. & l. 2. d. 36. a. 1. q. 2. ad arg.
2. Libido dicitur tripliciter: primò improba voluptas: secundò delectatio immoderata: tertio corruptio vitiosa: 1. est in omni peccato maxime carnis: 2. in coitu: 3. in femine, & in virtute genera

generativa ; & ratione hujus tertiæ caro inficitur , per quod causatur peccatum originale. lib.2.d.31. a.2. q.3. & op. Brev. p.3. cap.6. Vid. *Luxuria*.

3. Libido duplex potest esse in peccato : vel secundum majorem voluptatem carnis : vel secundum majorem improbitatem voluntatis : hæc secunda aggravat culpam , non prima. lib.2. d.43. art.2. quæst.1. ad 4. & lib.3. d.38. dub.2.
4. Libido quæ est objectum principale Matrimonii cum exclusione finis ejus dirimit Matrimonium : absque exclusione , vitiat Matrimonium , non dirimit. l.4.d.30.a.1.q.3.
5. Omnis actus in quo regnat libidinis pruritus adeo quod absorberetur ratio, fitque homo totus caro, est deordinatus , & deordinans regnum animæ. l.4.d.31.a.2.p.1.corp.
6. Libidinis fluxus, seu seminis effusio, & pollutio quando est cum peccato : & quando est sine peccato ; & circa eam qua cautela vivendum. op. de purit. consc. c.10.
7. Libido item est improba voluntas vel principiandi , vel delectandi , vel possidendi. ser.21. Hexaem.

#### *Libra.*

Libra est perfecta mensura : libra unguenti quid sit. in Io. col.55.

#### *Licitum.*

Licitæ , & illicitæ scientiæ quænam sint. opusc. Princ. S. Script.

#### *Ligamen.*

1. Ligamen quale inter uxoratos. op. Cent. p.3. sec.55. V. *Matrimonii impedimenta*.
2. Ligamen multiplex obligans hominem , scilicet, præcepta naturæ, Dei, votorum, Decretorum, Patrum, consuetudinis , & conscientiæ. op. Comp. Theol. l.5.c.59.

#### *Lignum : Ligneum.*

1. Triplex lignum , seu arbor continebatur in Paradiso terrestri : primum pro alimento hominis : secundum pro probatione obedientiæ erat lignum scientiæ : tertium erat lignum vitæ, faciens ad perpetuitatem vitæ. lib.2. d.17. dub.4. & 5. & Psalm.1. Est materia fabri V. *Faber*. n.3.
2. Ligna scientiæ , & vitæ erant proxima loco, ut accenderent hominem ad amorem, & timorem. l.2.d.17. dub.4.
3. Lignum vitæ qua virtute conferebat ad immortalitatem. lib.2. d.19. dub.4. & lib.2. d.29. dub.4.  
Ejus comestio an debuisset esse unica, vel multiplicata : utrumque probabile. l.2.d.29. dub.4. & l.4. d.26.a.1.q.1. ad arg.
4. Lignum vitæ conservat vitam Enoch , & Eliæ usque ad judicium, l.2. d.19. a.2. q.2. ad arg. & ser.1. de Invent. S. Cruc. V. *Eliæ*. n.3.
5. Lignum vitæ restaurasset humidum radicale deperditum per actionem caloris naturalis. l.2. d.19.a.2.q.2. ad arg. & l.4.d.26.a.1.q.1. ad arg. & l.2.d.29. dub.4.  
Et hoc non ut causa principalis , sed dispositiva, ut est medicina respectu sanitatis. lib.2. d.29.dub.4.

6. Lignum vitæ post peccatum non reddidisset immortalem hominem, sed bene vigoraret naturam , ut diutius viveret. l.2.d.29.a.2. q.2. & serm.1. de Invent. S. Cruc.

7. Quarè Deus vetuit Adæ ne comederet de ligno scientiæ. l.2.d.17. dub.5.
8. Lignum vitæ mysticè est Christus Crucifixus in Ecclesia tamquam in Paradiso. lib.2. d.17. dub.4. & Pf.1. & op. Princ. S. Script. & serm.1. Hexaem & opusc. lignum vitæ. & ser.1. ser.3. Pasch. & serm.2. ser.2. Pent. Ejus fructus multiplex enarrantur secundum varia mysteria à Christo expressa in suo cursu. opusc. lignum vit. Vid. *Cristi attributa*. num.61. Vid. *Christi varia*. n.331. seq.
9. Item est Eucharistia. l.2.d.19. dub.4. V. *Eucharistiæ varia*. n.1.
10. Item est tota Trinitas in gloria cœlesti. Psalm.1.
11. De ligno vitæ comedere est se reficere ex consideratione mysteriorum Sacræ Scripturæ. ser.17. & 18. Hexaem.
12. De ligno vitæ à Seth plantato extra Paradisum facta fuit Crux Christi. ser.1. de Invent. S. Cruc.
13. Lignum vitæ est Crux Christi.
14. Lignum vitæ triplex, scilicet, in Paradiso terrestri materiale : in Ecclesia Christus, seu Crux, & in Cœlo tota Trinitas, seu gloria. Psalm.1. & ser.1. de Invent. S. Cruc.
15. Lignum dicitur peccatum veniale. Vid. *Opus*. num.37.

#### *Lilium.*

1. Lillii natura qualis. in Luc. cap.12. n.27. Est Ecclesia lilium inter spinas. V. *Ecclesia*. num.144.
2. In Lilio sunt sex folia candida , & sex grana aurea , per quæ figurantur circumstantiæ necessariæ ad pudicitiam , & modus diligendi Deum. op. diæt. fal. tit. 4. c.4.
3. Lilium est B. Virgo. V. *Mariæ epitheta*.

#### *Limbus.*

1. Limbus duas partes habet : unam superiorem, in qua erant SS. PP. ante Resurrectionem Christi : aliam inferiorem, in qua pueri sunt decedentes cum culpa originali. op. Cent. p.2. cap.4. & lib.3. d.22. a.1. quæst.4. & q.5. ad 1. & lib.4. d.45. a.1.q.1. corp. & op. Comp. Theol. l.4. cap.22.
2. Limbus dicitur etiam Infernus , scilicet, locus inferior. l.4.d.44.a.1.q.2. corp.
3. Ubi sit limbus per Scripturam sacram non exponitur. l.4.d.45. ibid.
4. Existentes in limbo consolabantur à supervenientibus tempore Christi. opusc. de don. Sap. cap.8.
5. Limbus quarè dicitur sinus Abrahæ. in Luc. cap.16. n.22.
6. Animæ, quæ erant in limbo ascenderunt in cœlum tertia die post Ascensionem Domini. l.3.d.2.a.1.q.6. fund.

#### *Limitatio.*

Limitatio in aliqua natura venit per additionem , & ob id importat compositionem cum materia. lib.1. dist. 19. part. 2. art.1. quæst.4. corp.

Limus. Vid. *Humus*. Vid. *Lutum*.

#### *Linea.*

1. Linea est species quantitatis continuæ, habens suam quantitatem : tamen respectu superficiæ est indivisibilis. l.4.d.16. p.2. a.3. q.1. ad 6. & l.1.d.37.p.1.a.3. q.2. corp.

2. Linea

2. Linea attingit totum punctum secundum substantiam : non verò secundum virtutem. lib.1. d.3.p.1.a.1.q.1. ad 3. V. *Punctus*.
  3. Linea in infinitum excedit punctum. l.3.d.29. q.2.ad 5. tamen in se est finita. lib.2. d.27. a.2. q.5.ad 3.
  4. Linea quomodo generatur à puncto. Vid. *Generatio*. n.15.
  5. Linea est ordinata collectio personarum consanguinitate junctarum ex eodem stipite descendunt varios gradus continens. lib.4. d.40.a.1.& op. Cent. p.3. sec.57.
- Lingua.*
1. Lingua Dei est Spiritus Sanctus. op. sum. de essentia, ser.3. Dom.2. Adv. Et Scriptura Sacra. ser.12. Hexæm.
  2. Lingua est organum organorum in exprimendo, sicut manus in operando : hinc per hæc duo confertur Sacramentum Ordinis. l.4. d.24. p.2. a.1.q.4.corp. Lingua erant septuaginta duæ : sed tres principales ; scilicet Hebraica, Græca, & Latina. in Luc. c.23. n.38.
  3. Lingua alia est vera corporalis : alia imaginativa, qualis erat in divite Epulone in Inferno existente. l.4.d.50.p.2.a.1.q.1. ad 1. Vid. *Dives*. num.4.
  4. Lingua animæ est feruor devotionis : Verbi divini lingua est favor dignationis : & quales fructus, & verba ex his habeantur. op. de 7. itin. ætern. itin.2. dist.4. V. *Os*. n.6.
  5. Lingua bona, & mala est signum cordis boni, & mali. in Luc. c.6. n.42. & Psalm.118. cap.3. v.10. & v.11. Cælestis, & terrena quænam sint. in Io. cap.3. n.31. & Ps.118. c.11. v.12.
  6. Lingua committuntur viginti duo peccata. Blasphemia : murmuratio : defensio peccati : perjurium ; mendacium : detractio : accusatio : multiloquium ; verbum otiosum : scurrilitas : indiscretio : convicium : contentio : bonorum derisio ; pravum consilium : zizaniæ seminatio : maledictio : adulatio : peccatum bilinguium : rumor, iactantia : & secreti revelatio. op. diæt. sal. t.3. cap.7. & op. Phar. l.3. cap.3. & sequent. & op. de perfect. vit. cap.4. & op. Comp. Theol. lib.3. cap.31. & op. purit. conficent. cap.15. & in Luc. cap.16. num. 23. & serm.3. in Sexag. & serm.1. Dom.5. post Pent. Vid. *Multiloquium*.
  7. Lingua officium quale. opusc. Phar. lib.4. cap.34. & op. de perfect. vit. cap.4. & serm.5. de upa S. Virg.
  8. Lingua peccatorum variæ comparationes. op. diæt. sal. tit.3. cap.7.
  9. Lingua frænnum initium est Religionis. opusc. spec. ad Nov. p.2. cap.2. necessarium ad recipiendum Spiritum Sanctum. ser.3. ser.3. Pent. V. *Silentium*. Qualiter frænanda, & custodienda. opusc. de prof. relig. l.2. cap.10. & op. de Instit. Nov. p.1. cap.17. seq. ad 25.
  10. Lingua peccata quomodo confitenda. op. de purit. confc. cap.15.
  11. Lingua ut frænanda. op. Phar. lib.3. c.3. & seq. & op. de perfec. vit. c.4.
  12. Lingua peccata qualiter puniantur in Inferno. in Luc. cap.16. n.23.
  13. Lingua est inquietum malum, plena mortifero veneno. ser.1. in Pent. & in Sap. c.14.
  14. Lingua bonorum est lingua Canum : malorum verò est serpentium. ser.3. Dom.2. post oct. Epiph. & ser.11. Pent.
  15. Lingua mala est instrumentum Diaboli, & quantum Deus eam oderit. & serm.2. & 3. in Sexag. à Deo maledicta. serm.1. in oct. Pasch. benè loquens est à Spiritu Sancto dictante : malè verò à Diabolo. serm.11. Pent.
  16. Lingua Dei, & Diaboli quænam sint. serm.1. Dom.11. Pent. & ser.2. de S. Laur.
  17. Lingua disposita super Apostolos quid significant. ser.5. in Pent.
  18. Lingua offendens proximum quale peccatum committit. ser.4. Dom.21. post Pent.
  19. Lingua mala, & immunda quàm pernitiosa. serm.4. de Apost.
  20. Lingua quomodo impeditur à loquendo corporaliter, & spiritualiter. serm.2. Dom.11. post Pent.
  21. Lingua maledica, malefica, & blasphema quænam. Psalm.118. cap.3. v.10.
  22. Lingua discretus usus exigit tardiloquium, dulceloquium, breviloquium, & rectiloquium. Ps.118. c.3. v.10.
  23. Lingua charitatis qualis. in Psalm.118. c.11. v.12. V. *Charitatis effectus*. n.60.
  24. Linguis noxis loqui quid sit. Vid. *Christianus*. n.14.
  25. Lingua Eucharis. V. *Eucharis*. n.1.
- Linteus.*
- Linteus significat penitentiam. serm.2. Dom.2. post Epiph.
- Liquefactio.*
- Liquefactio animæ qualiter fiat. opusc. de proc. relig. proc.7. cap.15. & opusc. de prof. relig. lib.2. c.
- Lis.*
- Lis qualiter fugienda. op. Bibl. paup. cap.5.
- Litania.*
- In Litanis quare dicitur Christe audi nos, & non ora pro nobis. lib.4. d.45. art.3. quæst.1. ad arg.
- Litostrotos.*
- Litostrotos interpretatur Judicium. in Ioan. cap.19. n.14.
- Littera.*
1. Littera Hebræorum à Moysè inventa primò fuerunt : deinde post reparationem templi ab Esdra faciliores proposita ad pronuntiandum. Ps.118. n.1.
  2. Littera à Moysè inventa procedebant à dextera in sinistram : sed littera Esdræ à sinistra ad dexteram : sicut latinæ, & quare. Psalm. ibid.
  3. Littera Hebraica quare sunt antepositæ in aliquibus libris Sacra. Scripturæ. In Thren. prolog.
  4. Litterarum falsificatio qualiter fiat, & quale peccatum. op. spec. an. c.2. & 4.
  5. Littera Dei, & Diaboli quænam sint. serm.8. Pent. V. *Dei varia*. n.180.
  6. Litterarum Dei, & Diaboli sigillum quale sit. ser.8. Pent.
  7. Littera venientes ad nos de patria cælesti sunt verba S. Scripturæ. ser.3. Dom.2. Adv.
  8. Litterati multoties minùs cognoscunt veritatem, quàm simplices, & quare. op. de prof. relig. l.2. c.73. Litterati sunt Justi, & Angeli ; & quomodo. op. de Eccles. Hier. l.1. c.1.

9. Litteratura triplex : prima Philosophorum : secunda Iudæorum : tertia Christianorum. Ps. 70.  
10. Christi Litteratura quænam. V. *Christi varia*. num. 30.

*Lixivium.*

1. Lixivium fit cum cinere, & aqua : mysticè cum memoria mortis, & aqua lachrymarum ad abluendas sordes peccatorum. op. diæt. sal. tit. 2. c. 4. & tom. 7. c. 5. & ser. 2. in die Cin. V. *Cinis*. n. 5. V. *Abluere*. V. *Lavare*. V. *Peccati remissio*. n. 51. seq. V. *Pœnitentia varia*. n. 8.

Locale : Locare. V. *Locus*.

*Locus.*

Loculos quare habebat Christus. opusc. de paupert. Chr.

*Locus : Locale.*

1. Locus est quantitas continua divisibilis. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 1. in arg.  
2. Loci proprietates sunt continere, mensurare, conservare, & terminare. l. 1. d. 37. ibid. q. 1. & 2. & l. 2. d. 2. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3. & ibid. p. 2. a. 2. q. 1. & op. de trib. ternar. pec. cap. 7. & l. 1. d. 15. p. 2. dub. 5.  
Immobilitas loci desumitur ex partibus fixis universi. l. 2. d. 14. p. 1. a. 2. q. 2. corp.  
Quænam competunt Deo. V. *Dei essentia*. n. 49. sequent.  
3. Loci prima passio est mensurare, seu dimensio. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 1. Unde non potest esse punctus. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 3. corp.  
4. Esse in loco est quatuor modis : scilicet circumscriptivè : definitivè : Sacramentaliter : & immensivè : primum est corporum : 2. spirituum : 3. Corporis Christi in Sacramento : 4. Dei. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. & l. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 4. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 17. V. *Angelorum locus*. n. 2. & seq. Esse in loco per operationem quid sit. Vid. *Angelorum locus*. num. 5. Vid. *Conterminativè*  
5. Quid sit esse in loco commensurativè, & circumscriptivè. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. & l. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 3. in arg. & q. 4.  
Locus duplex datur, scilicet spiritualis, & corporalis. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1.  
6. Esse in loco, præcisè dicit tantum indistantiam, & præsentialitatem, esse locatum, esse ambitum, & contentum : esse locale idoneitatem, & indigentiam loci. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. q. 2. & ibid. p. 2. a. 1. q. 3. corp. & l. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 4. ad 3. & q. 3. & 4. per tot. V. *Christi humanitas*. n. 50. V. *Operatio*. n. 14.  
7. Locus, & locatum se habent ut excedens, & excessum in ratione perfectibilis. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. & l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. ad 3. & q. 4. in arg. V. *Maxima*. n. 83.  
Ubi loci ad locatum, & è contra quænam comparationes possunt fieri. ibid.  
8. Locus quomodò se habet ad spiritualia. lib. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. V. *Angeli locus*. V. *Anima locus*.  
9. Locatum unitur loco secundum præsentiam, quæ est quædam species actionis. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 1. ad arg.  
10. Locus sine locato est indigens, & imperfectus. l. 1. d. 37. p. 1. a. 1. q. 2. corp.  
11. De motu ad locum, & in loco. l. 1. d. 37. p. 2. dub. 2. & a. 1. q. 2. & a. 2. per tot. & op. de trib. ternar. c. 7.  
Est entis perfecti. l. 1. d. 37. ibid. & l. 2. d. 12. a. 2. q. 3. ad arg.

12. Esse locale quid sit, & an conveniat Deo : sicut esse locatum. l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. q. 1.

13. Locus à Deo non est separabilis, quia est ubique. l. 1. d. 37. ibid. q. 2.

14. Locus vacuus an possit dari, & in eo fieri motus. l. 1. d. 37. p. 2. a. 2. q. 3. ad arg.

15. Esse in loco convenit omnibus rebus creatis tam spiritualibus, quàm corporalibus. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. & lib. 1. d. 37. p. 2. a. 2. per tot. Non Deo. V. *Dei perfectiones*. n. 49. V. *Angeli locus*. Vid. *Anima locus*. Vid. *Corporis varia*. num. 10. sequent.

Esse localiter vel dicit præsentiam tantum : vel etiam commensurationem. lib. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 4. ad 3.

16. Unde locus continuus est unus continens omnia creata. l. 2. d. 2. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3.

17. Locus conservans influit in locatum, & quomodò. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 1. ad arg.

18. Esse in pluribus locis naturaliter non potest convenire creaturis. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 2.

19. Christi Corpus quomodò est in pluribus locis. l. 2. d. 2. ibid. ad arg. & l. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 3. V. *Christi humanitas*. n. 23. seq.

20. An Angelus possit esse in pluribus locis simul, & semel : vel in puncto. l. 2. d. 2. ibid. q. 2. & 3. V. *Angeli locus*.

21. Locus quomodò sit mobilis. l. 2. d. 14. p. 1. a. 2. q. 2. corp.

22. Locus superior competit statui gloriæ : inferior culpæ. lib. 3. d. 22. a. 1. q. 4. ad 2. & quæst. 6. ad 3.

23. Locus quia est conservans rem locatam : ob id motus ad ipsum in principio est debilis : in fine fortis. op. de trib. ternar. c. 7.

24. Locus proprius sanctorum est Deus : idèò existentes in Mundo sunt extra locum suum. op. de trib. ternar. c. 7.

25. Locus bonorum, & malorum est quintuplex, scilicet, Cælum ; Infernus : Paradisus terrestis : Purgatorium, & Mundus. Psalm. 118. num. 89.

26. Locus triplex apud Religiosos erat honorabilis, scilicet, Altare, mensa, & ubi lavabant pedes fratrum. in Io. col. 60.

27. Loca inaquosa quænam sint. in Luc. cap. 11. num. 23.

28. Locus purgatorius ubi sit. opusc. Cent. p. 2. sec. 4.

Infernalis, & Limbus. op. Cent. ibid.

29. Locus aprus orationi quænam sit. op. myst. Theol. c. 3. p. 3.

30. Localis separatio quid exigit. lib. 1. d. 10. a. 2. q. 2. ad 1.

31. Locus non facit hominem sanctum, sed opera. Psalm. 150.

32. Loci unitas non desumitur ab unitate rei locatæ, non rei locantis. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 3. ad 5. & q. 4. fund. 3.

33. Deus dicitur locus Angeli, & animæ quomodò. Vid. *Angeli locus*. n. 11.

Locus à minori in argumentatione qualis. l. 1. d. 46. dub. 4.

Locus ab auctoritate infirmus est, & inartificialis in scientiis humanis : non verò in rebus fidei. op. princ. S. Script.

*Locusta.*

Locustæ quibus vescebatur Joannes Baptista quænam animalia fuerint. opusc. Apol. paup. resp. 2. art. 2.

*Logica.*

1. Logica est scientia rationalis, vtiturque sermone rationali. serm. 1. & 4. & 5. Hex. & op. Princ. S. Script. & op. de reduc. art. V. *Dialectica*. Illuminat ad cognoscendas rationes intelligendi. op. de reduc. art. Regulæ pro logica. V. *Exceptiva*. V. *Exclusio*.
2. Logica ordinatur tota ad argumentationem, vtiturque oratione ad trahendum assensum rationis ad veritatem amplectendam. ser. 1. & 4. Hex.
3. Logicus considerat nomen, vt est expressivum conceptus: ob id definit nomen, verbum, & orationem per vocem tamquam per genus. l. 1. d. 4. 1. a. 2. q. 2. corp. Item Intentiones rerum. l. 2. d. 3. a. 1. q. 2. in arg.
4. Logicæ compendium breve traditur. ser. 1. & 4. Hex.
5. Logicæ fundamenta sunt decem prædicamenta. op. de dec. præc. ser. 1. V. *Decalogus*. n. 2.
6. Logica Christi, & Logica Diaboli quænam sit. ser. 1. Hex. & ser. de animabus. & in Io. col. 7. 1. in finē. V. *Christi varia*. num. 3. V. *Peccati varia*. n. 219.
7. Logica habet loca propria ad persuadendam veritatem; sicut Rhetorica ad affectionem excitandam. in thren. prol.
8. Logica, sicut Grammatica est potius modus sciendi, quàm scientia. op. Princ. S. Script.
9. Logica Philosophica docet concludere homines, non Diabolum: benè autem id docet Theologia. op. Comp. Theol. præfat.
10. Logica apparentia. V. *Sophista*. V. *Apparentia*.
11. Logicæ fallaciæ. V. *Fallacia*. n. 7. seq.
12. Logicæ distributio. V. *Distributio*. V. *Maxima*. num. 85.
13. Dici de omni. V. *Maxima*. n. 85.
14. Quænam differentia logici, & grammatici in consideratione nominum. V. *Nomen*. n. 51.

*Longanimitas.*

1. Longanimitas est fructus Spiritus Sancti, quid sit, eius laudes. op. diæt. sal. tit. 8. c. 2. & op. Bibl. paup. c. 37. quid sit. l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad arg. & op. de prof. relig. l. 2. c. 3.
2. Longanimitas qualiter à spe differat. l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad arg.

*Longitudo.*

1. Longitudo corporis in ordine ad motum facit sursum, & deorsum: latitudo dextrum, & sinistrum: profunditas ante, & retrò. l. 2. d. 14. p. 1. a. 2. q. 2.
2. Longitudo dierum quid. V. *Dies*. n. 39.
3. Longus homo rarò sapiens. V. *Hominis varia*. num. 62.

*Loquacitas.*

- Loquacitas reprehenditur. op. medit. vit. Chr. c. 8. & c. 67. & op. Bibl. paup. c. 93. V. *Lingua*.

*Loqui. Locutio.*

1. Locutio alia mentalis; alia sensibilis. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 4. V. *Verbum*. n. 2. seq. V. *Cogitatio*. n. 1. seq. V. *Dicere*. Locutio sensibilis est expressio per vocem sensibilem verbi interni. l. 1. d. 9. dub. 7. Tria requirit: primum instrumentorum aptitudinem: secundum virtutem motivam: tertium directivam: quæ completè sunt in homine: incompletè in aliquibus animalibus. l. 2. d. 21. dub. 1. Vnde signum est rationalis creaturæ. ser. 4. Dom. 15. post Pent.
2. Locutionis necessitas in nobis, & in Angelis vnde proveniat; quod non contingit in Deo.

- l. 1. d. 9. dub. 7. quantum ad significationem requirit cognitionem: quoad vocem verò, solùm imaginativam. lib. 2. distinct. 21. dub. 1.
3. Loqui est dupliciter, vel ad se per mentem concipiendo, estque verbum formare: vel ad alterum exprimendo per verbum prolatum. l. 1. d. 27. p. 2. q. 1. corp. & l. 2. d. 10. a. 3. q. 1. corp. In animalibus vnde proveniat. V. *Animal*. n. 50. V. *Dicere*. n. 1. seq.
4. Loqui ad alterum in Deo quid dicit. l. 2. dist. 10. a. 3. q. 1. corp.
5. Loqui Angelicum quid sit. l. 2. d. 10. ibid. V. *Angeliloquutio*. n. 1. & seq. Animæ separatae quid sit. Vid. *Anima separata*. num. 32.
6. Loqui est actus virtutis interpretativæ. lib. 2. d. 10. a. 3. q. 1. in arg. Quomodo differat à cogitatione. Vid. *Cogitatio*. num. 2.
7. Loqui Deo quid sit. l. 1. d. 10. ibid. V. *Angeli loquutio*. n. 13.
8. Qualiter differant locutio hominum, & aliorum animalium. l. 2. d. 21. dub. 1. vbi de loquutione Asinæ Baalam, & serpentis in Paradiso.
9. Loqui benè quid requirit. Ps. 118. n. 13. & 14. & in Luc. c. 24. n. 14. V. *Beneloqui*. De Deo quàm utile. ser. 2. de S. Laur. & ser. 1. de S. Barthol.
10. Loqui benè, & malè operari est habere vocem Iacob, & manus Esau. Ps. 118. n. 34. Id est se condemnare. in Luc. c. 19. n. 22.
11. Locutio inconsiderata qualiter vitanda: in multiloquio enim non deest peccatum. in Ecclen. c. 5. n. 1. & Ps. 118. c. 3. v. 10.
12. Loquitur nobis Deus multipliciter. Ps. 61. & Ps. 1. & op. de 7. itin. æt. itin. 2. d. 3. V. *Dei casualitas ad gratiam*. n. 48. seq.
13. Loqui coram multis, & magnis quàm arduum. in Luc. c. 12. n. 11.
14. Loquela data est homini ad laudandum Deum, ad ædificandum proximum, & accusandum se ipsum: prima auferitur per spiritum luxuriæ: secunda avaritiæ: 3. superbiæ. in Luc. c. 11. n. 14.
15. Loqui benè, & malè quod signum: loquela enim indicat qualitates hominum. serm. 1. de S. Greg. & ser. de S. Elisab. & ser. 1. de Evang. & ser. 2. ibid. & ser. 1. de vno S. Doct. & ser. 1. de S. Barthol. & ser. 2. de S. Laur.
16. Loqui invenitur datum bruto, mortuo, cornu, & tonitruo, quidque significat. serm. 3. Dom. 15. post Pent.
17. Loqui sophisticè est ad decipiendum: ænigmaticè ad occultationem veritatis. in Io. cap. 2. num. 21.
18. Locutiones improprie non sunt ad consequentiam trahendæ, sed exponendæ. l. 3. d. 11. dub. 4.
19. Locutiones, seu propositiones de Deo, & de Christo, eiusque Incarnatione qualiter regulandæ. l. 3. d. 5. a. 1. q. 5. & a. 2. q. 4 & q. 5. & l. 3. d. 7. a. 1. q. 3. & a. 2. per tot. & l. 3. d. 8. art. 1. per tot. & l. 3. d. 10. a. 1. q. 3. & d. 11. dub. 3. & a. 2. per tot. & l. 3. d. 32. a. 1. q. 1. corp. V. *Idiomatum communicatio*. V. *Dei loquutio*.
20. Locutio tropica qualis. l. 3. d. 11. dub. 4.
21. Locutionis præsumptuosæ signa in Religiosis qualia. op. Spec. discipl. p. 1. c. 5.
22. Loquacitas qualis abominatio. V. *Abominatio*. num. 1.
23. Loqui corde, & corde quid. V. *Dicere*. n. 1.

*Loth.*

1. Loth interpretatur declinans : significatque declinantes de congregatione malorum. in Luc. cap. 17. n. 28. significat & electos. ser. 5. Dom. 1. Adu.  
Quæ beneficia à Deo receperit in liberatione à Sodoma. in Sap. c. 10. n. 1. & seq.
2. Loth vxor quare punita fuerit. in Luc. cap. 17. num. 32.
3. Loth filia peccaverunt mortaliter : licet aliquam excusationem haberent. l. 4. d. 33. dub. 2.
4. Loth an subversus fuisset cum Gomorrhæis. l. 1. d. 43. dub. 2.
5. Loth an omnino excusari possit à culpa incestus. l. 2. d. 2. a. 2. q. 3. ad arg. & l. 4. d. 33. dub. 2.

*Lotio.*

Lotio quid sit. l. 4. d. 3. p. 1. a. 1. q. 1. corp. V. *Absolutio*. V. *Lavatio*. V. *Baptismus*.

*Lucas.*

1. Lucæ Evangelij materia, & causæ exponuntur. in Luc. proem.
2. Lucas Evangelista quare prologo vtatur in suo Evangelio. in Luc. Prol.
3. Lucas Evangelista fuit vnus de duobus euntibus in Emaus. in Luc. c. 24. n. 16.
4. Lucæ Evang. laudes, & virtutes. ser. de S. Luc. Lucere. V. *Lux*.

*Lucerna.*

1. Lucerna est vehiculum luminis: sic oculus corporalis, & intentio dicuntur lucernæ. in Luc. c. 11. n. 31. & 33.  
Est lux in testa in Luc. c. 15. num. 8. & Pf. 118. num. 105.
2. Lucerna multiplex portanda. in Luc. c. 12. n. 35. & Pf. 51.
3. Lucerna qualiter accendatur, extingatur, & conservetur. Pf. 17.
4. Lucerna accensa ad inveniendam drachmam quid sit. in Luc. c. 15. n. 8.
5. Lucerna viam ostendit, & custodit à fovea, & à scandalis; sic Verbum Dei. Pf. 118. n. 105.
6. Lucerna in qua est lychnus, & oleum à lychno imbibitum quid. ser. de Invent. S. Cruc.
7. Lucerna animæ est opus bonum. V. *Opus*. n. 66.

*Lucia.*

1. Lucie Virginis, & Martyris laudes. ser. 1. & 2. de S. Lucia.
2. Lucia vocata erat Samaritana. op. de medit. vit. Chr. c. 31.

*Lucifer.*

1. Lucifer de quo ordine fuerit: eius proprietates & excellentiæ, peccatum. l. 2. d. 6. a. 1. per tot. & l. 2. d. 5. a. 1. per tot. & l. 2. d. 2. p. 2. dub. 2. & l. 4. d. 25. a. 1. q. 4. ad arg. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 21. seq. & op. Brev. p. 2. c. 7. & op. Cent. p. 3. sec. 14.
2. Lucifer ad quod cælum ascendere voluit. l. 2. d. 2. p. 2. dub. 2. & ser. 1. in Nat.

*Luciferiani.*

Luciferiani qui sint. ser. 2. 2. Hex.

*Lucrum.*

Lucrum in arca, damnum in conscientia quam malum. in Luc. c. 9. n. 25.

*Lueta.*

1. Lueta multiplex in Scriptura proponitur. Pf. 77.
2. Lueta hominis cum Christo in oratione. Vid. *Christi varia*. n. 268.

*Luctus.*

1. Luctus vestimenta in oratione qualiter sumenda. ser. 1. in Rogat.

2. Luctus qualis, beatitudo. op. Comp. Theol. l. 5. cap. 5.

*Ludus.*

1. Ludi, & spectacula quandonam licita. lib. 4. d. 16. p. 1. dub. 13.
2. Lusor quando tenetur restituere. l. 4. d. 15. p. 2. a. 2. q. 1. ad arg. & op. Spec. an. c. 2.
3. Ludus alearum an sit peccaminosus. op. Spec. an. c. 2.
4. Ludus choreæ. V. *Chorea*. n. 1.
5. Ludus luctantium. V. *Palestra*. n. 1.
6. Ludus Religioforum. V. *Palestra*. n. 2.

*Lumbricus.*

Lumbrici, & pediculi licet nascantur ex carne hominis, tamen non possunt dici filij hominis, quia non habent similitudinem cum homine. l. 4. d. 4. dub. 2.

*Lumbus.*

1. Lumbi quid significant in Sacra Scriptura. ser. 4. Dom. 16. post Pent.
2. Lumbi qualiter præcingendi. in Luc. cap. 12. num. 34.

*Lumen.*

1. Lumen est virtus activa egrediens à corpore luminoso, eique substantialis cum ipso lumine productiva effectuum: lumen verò propriè accidentalis est qualitas per medium se diffundens secundum circumferentiam: radius verò secundum diametralem distantiam: splendor verò repercussionem ad corpus transparentes tersum, & limitatum. l. 1. d. 9. dub. 10.  
Quomodo generetur. lib. 1. d. 9. a. 1. q. 1. corp. & l. 2. d. 13. a. 3. V. *Infr.* n. 3.  
Idem est generati, & generatum esse. l. 1. dist. 9. q. vlt.
2. Lumen, & luminosum, vel luminare differunt, quod luminosum est corpus, ex quo exit lumen. l. 1. d. 10. dub. 10.  
Vnde luminare importat lumen, vehiculum lucis, & vasculum lucis. l. 2. d. 14. p. 2. dub. 3.
3. Lumen an sit corpus, subsistentia, vel accidens. l. 2. d. 13. a. 3. per tot. & l. 3. d. 10. p. 2. a. 2. q. 1. corp.  
Eiusque qualitates quales. l. 2. ibid. d. 13. & lib. 3. ibid.
4. Lumen quomodo sit vis connaturalis, & substantialis corpori luminoso, per quod agit in hæc inferiora. l. 2. d. 13. a. 3. q. 3. corp.
5. Lumen in aere diffunditur vel per aeris clarificationem, in quo est status: vel per luminum aggregationem, in quo non est status, & quare. l. 1. d. 17. p. 2. q. 4. ad 2. & l. 1. d. 19. p. 1. q. 4. ad 2.
6. Lumina in aere se ipsis distinguuntur. l. 1. d. 19. ibid. vel distinctio est à parte originum. l. 1. d. 17. p. 2. q. 2. ad 4.
7. Lumen qualiter influat in hæc inferiora. lib. 2. d. 2. p. 2. a. 1. q. 2. ad arg. & op. Brev. p. 2. c. 4. an producat substantiam. l. 2. d. 13. a. 3. q. 1. ad 6. *Vbi de eius virtute*.
8. Lumen qualiter se diffundat. l. 2. d. 2. p. 2. art. 1. q. 1. & 2. & l. 2. d. 13. q. 1. & a. 3. q. 1. ad 2.
9. Lumen corporale, & spirituale quomodo differunt. l. 2. d. 10. a. 2. q. 2. ad 3.
22. Maria stillat nobis gratiam uberum suorum, & lacte dulcedinis reficit viscera puerorum suorum. Pf. 17.
23. Ubique charitas, & gratia mariæ excurrit nos beneficiis afficiendo. Pf. 34.
24. Maria mater misericordiæ exoratur, ut à peccatis, & hostibus liberet nos. Psalt. Psalm. 50. & Pf. 96.
25. Deus misertus est nobis per mariam. Psalt. Psalm. 59.
26. Lux misericordiæ mariæ perducit ad salutem : fons bonitatis ejus inebriat sitientes, & distillatio dulcoris oblectat animas Sanctorum. Psalt. Pf. 85.
27. Misericordia Mariæ repletur Paradisus, & totus orbis terrarum. Psalter. Psalm. 83. & 86.
28. Misericordia mariæ peccata relaxantur, & ægritudines reparantur. Psalt. Pf. 102.
29. Clementia Mariæ non deficiet in æternum. Psalt. Pf. 104.
30. Charitas Mariæ major cunctis divitiis, gratia ejus super aurum, & lapidem pretiosum. Psalt. Pf. 107.
31. Emissiones Mariæ sunt gratia, & pax, & qui placent Mariæ, procul sient à perditione. Psalt. Pf. 107.
32. Opera gratiæ Mariæ commorantur in Ecclesia, & testimonium misericordiæ ejus ante thronum Dei Psalt. Pf. 110.
33. Misericordia mariæ super omnem carnem, & eleemosina illius usque ad extremum terræ. Psalt. Pf. 112.
34. Misericordia, gratia, & veritas Mariæ permanet in æternum super nos. Psalt. Psalm. 116. & Pf. 117.

35. Guttæ clementiæ mariæ vitam conferunt. Psalt. Pf. 118. ad Bonitatem, &c.
36. Misericordia mariæ rigat universum. Psalt. Pf. 118. ad Clamavi, &c.
37. Per mariam datur nobis misericordia à Deo. Psalt. Pf. 135.
38. Viæ mariæ misericordia, & veritas. Psalt. Pf. 118. ad Principes, &c.
39. Non invenitur propitiatio sine maria, nec salus sine fructu illius: per illam peccata purgantur, & per fructum illius animæ dealbantur: per illam fit satisfactio peccatis, & per fructum illius condonantur. Psalt. Pf. 136.
40. Maria medetur contritis corde, eosque refovet unguento pietatis: magna est ejus virtus, & clementia ejus nullum habebit finem. Psalt. Pf. 146.
41. Maria Virgo plena gratia, & clementia laudatur. op. Litanæ, &c.
42. Maria miserorum pia consolatio, salus, beatitudo, pietatis latitudo, mater orphanorum, mamilla orphanorum, & parvulorum, consolatio afflictorum prædicatur. opuscul. Litanæ, &c.
43. Maria thronus est misericordiæ. sermon. 2. Hexaëm.
44. Charitas quanta, & qualis mariæ. serm. 1. de B. Virg.
45. Tota suavis, & dulcis, & misericors, omnibus offerens lac. & lanam. serm. 2. de B. Virgin.
46. Maria munera à magis oblata pauperibus distribuit. op. medit. vit. Chr. c. 9.
47. Maria fons pietatis, nec misereri nescit. op. Stim. p. 3. c. 13.
48. Mariæ misericordia erga miseros extollitur. op. Stim. p. 3. c. 19. in Salve, &c.
49. Maria mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra egregiè exponitur. opuscul. Stim. ibid.
50. Maria est clemens indigentibus, pœnitentibus, laborantibus, pia exorantibus, proscientibus, dulcis diligentibus, & contemplantibus. op. Stim. p. 3. c. 19.
51. Maria clemens est laborando, consolando: clemens in effectu, in conceptu, & in subjectis: pia largiendo, blandiendo, in affectu, in aspectu, & in correctis: dulcis se donando, osculando, in amplexu, in amore rectis, & in dilectis. op. Stim. p. 3. c. 19. in Salve, &c.
52. Mariæ liberalitas. V. *Liberalitas*. n. 3.
1. Mariæ mansuetudo, & patientia in adversis expenditur. opusc. Spec. cap. 4. & opusc. Phar. l. 1. c. 5.
2. Mariæ lenitas, & mansuetudo contra iracundiam expenditur, non solum in se ipsa eam repellendo, sed & iram Dei placando. opuscul. Spec. c. 15.
3. Mansuetudo, & mititas mariæ meruit fructum dignissimum. op. Spec. c. 16.
4. Maria fuit firmamentum ob eximiam patientiam. serm. 1. de B. Virg.
1. Maria quàm inimica otii. op. Spec. c. 4.
2. Mariæ sedulitas, & diligentia in oratione, & sanctis operibus expenditur. op. Spec. c. 4. & op. Phar. l. 1. c. 5.
3. Mariæ strenuitas contra accidiam expenditur. op. Spec. c. 15.
4. Strenuitas, & labores Mariæ meruit fructum benedictum. op. Spec. c. 16.
5. Ejus oratio numquam redit vacua, estque superthus, & balsamum. Psalt. Pf. 84.
6. Oratio mariæ dum viveret in templo qualis. op. medit. vit. Chr. c. 3.
7. Exercitia B. Virg. enarrantur. op. med. vit. Chr. cap. 3.
1. Paupertas Mariæ, & Christi infantis in Præsepio expenditur. op. Spec. c. 4.
2. Pauperem mariam invenerunt Pastores pauperes, & divites. op. Spec. c. 4.
3. Mariæ paupertas quanta. in Luc. c. 2. v. 24. & op. Phar. l. 1. c. 5. & op. medit. vit. Chr. c. 5.
4. Paupertas mariæ in Nativitate Christi expenditur. op. medit. ibid. c. 6. & 7.
5. Paupertas exercita in fuga ad Ægyptum, & post expenditur. op. ibid. c. 12.
6. Quàm exosæ ipsi fuerint divitiæ: item & Christo. V. *Divitia*. n. 15.
7. Ipsi paupertatis imitator fuit B. Franciscus. Vid. *Franciscus*. n. 9.
1. Mariæ temperantia expenditur. op. Spec. c. 4. & op. Phar. l. 1. c. 5.
2. Per temperantiam in cibo, & potu invenit gratiam apud Deum. op. Spec. c. 4.
3. Per temperantiam B. Virgo uterum suum præparavit ad Conceptionem Verbi. op. Spec. c. 4.
4. Mariæ temperantia strictissima contra gulam. op. Spec. c. 15.
5. Abstinencia mirabilis mariæ meruit fructum benedictum. op. Spec. c. 16.
1. Castitas, & Virginitas mariæ expenditur ex ejus nomine, & annunciatione Gabrielis. op. Spec. c. 4. & serm. 1. de B. Virg. & op. Phar. lib. 1. c. 5. Vid. *Aaron*. n. 2.
2. Maria porta clausa ostenditur. op. Spec. c. 7.
3. Ejus puritas attraxit Deum in ejus utero. op. Spec. c. 11. & 15.
4. Quàm pura, & inviolata ejus virginitas. op. Spec. c. 12.
5. Ejus puritas ante partum, in partu, & post partum quanta, & quàm benedicta. op. Spec. c. 14. & 15.
6. Benedicta Virgo maria, quæ amavit virginalem castitatem. op. Spec. c. 15.
7. Ex virginitate mariæ oritur nobilitas in prole. op. Spec. c. 16.
8. Continentia mariæ qualem fructum meruit. op. Spec. c. 16.
9. Maria vovit virginitatem: asserereque oppositum est temerarium in fide. l. 4. d. 28. a. 1. q. 6. ad argum.
10. Puritas Mariæ defendi debet etiam cum discrimine vitæ. l. 4. d. 28. q. 6. ad argum.
11. Mariæ votum fuit ex instinctu Spiritus sancti triplici ratione: prima ut esset Dei habitaculum dignum: 2. ut esset virginitatis exemplum: 3. ut alias mulieres excelleret. lib. 4. d. 30. art. 1. q. 2. corp.
12. Maria corona Virginum, & continentium. l. 4. d. 33. a. 2. q. 3. fund.
13. Virginitas Mariæ fuit sigillum, quo Christus signavit litteras liberationis nostræ. serm. 2. Dom. 4. Quadrag. Vid. *Christi varia*. n. 218.
14. Virginitas mariæ cum fructu figurata in virga Aaron. serm. 2. Dom. infr. oct. Nat.
15. Maria fuit virgo differens ab aliis. Vid. *infrâ*. num. 6.
16. Convenientiæ quænam quoad Verbum assumptum carnem de Virgine. lib. 3. dist. 12. a. 3. quæst. 2.

Maria  
mansuetudo,  
& Patientia.

Maria  
Orat o,  
& sedulitas in  
operibus.

Maria  
Paupertas.

Maria  
Temperantia.

Maria  
Castitas,  
& Virginitas.

*Maria  
Sapientia.*

1. Maria plena sapientia, quia à lumine æterno est plenè illuminata. op. Spec. cap. 7. & op. Phar. l. 1. c. 5.
2. Maria sapientissima fuit, quia Dominus sapientissimus sapientissimè, & singulariter est secum. op. Spec. c. 8.
3. Maria ab infantia sciebat totum Evangelium, quod in corde scripserat Spiritus sanctus. lib. 4. d. 3. o. a. 1. q. 2. ad ult.
4. Maria continebat profunditatem sapientiæ. in Luc. c. 1. v. 30.
5. Maria fuit Empyreum ob sapientiam cœlestem, & claritatem summam. sermon. 1. de Beata Virgine.
6. Maria fuit Virgo differenter ab aliis virginibus: nam cæterarum virginitas est medium secundum virtutes politicas, & naturam lapsam: virginitas verò Mariæ fuit ut in Christo per superabundantem gratiam idest ut in statu innocentia. l. 4. d. 3. a. 2. q. 1. ad ult.

*Maria  
Divitia.*

1. Maria opulentissima fuit, quia Dominus opulentissimus opulentissimè est secum. op. Spec. c. 8. & op. Phar. l. 1. c. 5.
2. Mariæ opulentia in auro amoris, in gemmis virtutum, & donorum, & in aromatis bonorum operum, & exemplorum. op. Spec. c. 13.
3. Maria habet thesauros Dei in manibus. opusc. Spec. c. 13.
4. Mariæ divitiæ quænam. sermon. primo, fer. 2. Pasch.

*Maria  
immunitas à  
peccato.*

1. Maria fuit immunis ab omni peccato actuali. l. 3. d. 3. p. 1. a. 2. q. 1. & op. Phar. l. 1. c. 5.
2. De immunitate à peccato originali. D. Bonaventura videtur sentire conceptam fuisse in peccato originali: eò maxime quia festum Conceptionis non celebrabatur ab Ecclesia: quare ex ejus sensu interno deducitur inclinasse potius in affirmativam, & magis piam sententiam, ut videre est in serm. de B. Virg. quem senior effectus composuit: quare est problematicus utramque probabilem existimans: licet communiorem appellet negantem. lib. 3. dist. 3. part. 1. artic. 1. quæst. 2. corp. Vid. *Conceptio Mariae*.
3. Maria duplicem impeccabilitatem habuit: aliam in instanti conceptionis: aliam in Incarnatione Verbi: 1. per gratiam vitandi omne peccatum: 2. fuit per ablationem possibilitatis, ut in Angelis. lib. 3. dist. 3. part. 1. art. 3. q. 3. corp.
4. Mariæ fœmes in instanti Conceptionis fuit confopitus: in Incarnatione fuit omninò ablati. l. 3. d. 3. p. 1. a. 2. q. 2. Vid. *Fomes*. n. 1. seq. & l. 2. d. 3. 2. dub. 2.
5. Maria dicitur peccato obnoxia ratione pœnalitatum. l. 3. d. 3. p. 2. dub. 1.
6. Maria licet non haberet peccatum poterat dicere: Et dimitte nobis debita nostra, non pro se, sed pro aliis. lib. 3. distinct. 3. p. 1. a. 2. q. 1. ad ult.
7. Impeccabilitas data est Virgini major, quàm Angelis. l. 3. d. 3. p. 1. a. 2. q. 3. ad ult.
8. Maria contraxit pœnalitates non vitiosas peccati, & quare. l. 3. d. 15. a. 1. q. 3. ad 3. & 4. & in corp.
9. Mariam præservavit Deus ab omni fœditate, corruptione, & passibilitate. lib. 3. dist. 15. a. 1. q. 3. corp.
10. Maria immunis à peccato quocumque, sicut Christus. in Ecclen. c. 7. v. 19.

11. Dictum S. Joan. Chrysostomi rejiciendum, dum asseruit B. Virg. in nuptiis passam esse aliquam vanam gloriam. in Joan. c. 2. n. 3.

1. Maria quali merito meruerit Incarnationem. *Maria* l. 3. d. 4. a. 2. q. 2. Vid. *Incarnatio*. n. 8. Vid. *Christi Incarnatio*. n. 18.

2. Meritum Mariæ ad Incarnationem fuit majus intensivè, quàm meritum Sanctorum PP. l. 3. d. 4. a. 2. q. 1. ad 2.

3. Maria plus merebatur post Incarnationem, quàm omnes Sancti simul. l. 3. d. 4. a. 2. q. 2. ad penult.

4. Maria promeruit reconciliationem toti generi humano: idè super omnes est à fidelibus collenda. l. 3. d. 4. a. 3. q. 3. corp.

1. Maria habuit sensibilem, & claram cognitionem, & simul fidem. l. 3. d. 2. 4. a. 2. q. 1. & l. 3. d. 3. dub. 4. & op. Phar. l. 1. c. 5. *Maria Fides.*

2. Fides Mariæ expenditur in consensu dato ad opus Incarnationis. in Luc. c. 1. v. 36.

3. Fides Mariam fecit beatam, & bonam. in Luc. c. 1. v. 43.

4. Fides cum humilitate Mariam super omnes gratiam fecit, ut in ea incarnaretur Verbum. lib. 2. d. 2. a. 1. q. 1. ad arg.

5. Fides Mariæ qualis de Christo. serm. 1. Dom. infr. oct. Epiph.

6. Maria in fide sola permansit in Passione Domini. serm. 1. de B. Virg.

1. Maria dignis laudibus à nobis non potest laudari. opusc. Speculum prolog. & opusc. Phar. *Maria Laude* lib. 1. c. 5.

2. Maria laudanda etsi imparibus laudibus. opusc. Spec. B. Virg. prolog.

3. Maria ob culpæ carentiam, & immunitatem meritò salutatur per Ave ob immensitatem, & affluentiam gratiæ, plena gratiæ commemoratur: ob divinam præsentiam, & familiaritatem insinuat Dominus tecum: ob suæ Personæ reverentiam, & dignitatem benedicta in mulieribus nuntiatur: ob prolis suæ excellentiam, & utilitatem proclamatur Benedictus fructus ventris, &c. op. Spec. c. 1.

4. Debentur Mariæ voces laudis, gloriæ, & gratiarum actio. op. Psalt. Pf. 9.

5. Invitatio ad laudandam Mariam exemplo Agathæ, Luciæ, margaritæ, & Cæciliæ, per quod ejus gratiam susceperunt. Psalt. Psalm. 16.

6. Maria glorificatur à cœlis, honoranda à peccatoribus, & justis, & ab omni terra. Psalt. Psalm. 18.

7. Delectantium in laudibus mariæ preces exaudiuntur. Psalt. Pf. 36.

8. Magna est maria, & laudabilis valde in civitate cœlesti, & in Ecclesia electorum. Psalt. Psalm. 47.

9. Ad laudem, & gloriam pertinet Salvatoris quicquid honorificum impenditur mariæ. Psalt. Psalm. 57.

10. Invitantur astra matutina, Filii Dei, Cœli, terra, mare, flumina, ac fundamenta orbis ad Laudem mariæ. Ps. 57. & 65.

11. Mariam decet omnis laus, quia ipsi dedit Deus benedictionem omnium gentium, laudem, & gloriam ante conspectum omnium populorum. Psalt. Pf. 64.

12. Invitatio ad laudandam B. Virginem tum ob ejus magnificentiam: tum ob fortitudinem; tum ob ejus misericordiam. Psalt. Pf. 74. & 75. & 77. & 79.

13. Angeli

13. Angeli prædicaverunt mariam beatissimam. Ps. 84.
14. Enarrare laudes, & virtutes Mariæ est via salutis. Psalt. Ps. 85.
15. Laudare Virginem lætificat intellectum, prosperitas est mentis, exhilarat Angelos. Psalt. Ps. 91.
16. Nullus poterit sufficienter enarrare opera mariæ, & investigare thesauros suæ misericordiæ. Psalt. Ps. 92.
17. Invitatio pulcherrima omnium creaturarum, & Angelorum ad laudandam Virginem per Psalmum Venite exultemus. Psalt. Ps. 94. & 96. 97. & 98. & 102. & 104. & 105. & 116. & 133. & 134. & 146. & sequent. ad finem: & Cantic. moyf. Audire, & Cantic. trium puerorum. Benedicite, &c.
18. Laudantes Mariam præconiis evadunt manus Diaboli Acherontis. Ps. 101.
19. Honorificans mariam devoto animo, accipit spem de gloria Paradisi. Ps. 105.
20. Devotus mariæ debet habere semper paratum cor ad ipsam laudandam. Ps. 107.
21. Jucundus homo qui non fatiatur laude Mariæ, & à prædicatione virtutum ejus non fatigatur: exortum enim est in corde illius lumen Dei; Spiritusque Sanctus illuminat ejus intelligentiam. Ps. 111.
22. Laudans Mariam invenit refrigerium in novissimis suis. Ps. 114.
23. Digna est maria omni laude, & glorificatione, quoniam confirmata est super nos gratia, & misericordia, & veritas illius permanet in æternum. Ps. 116.
24. Labia Angelorum enarrabunt sapientiam Mariæ, & omnes Cives Paradisi cantabunt ejus laudem. Ps. 116.
25. Angelorum, & hominum lingua laudat mariam, & ante eam omnia genua curvantur. Ps. 120.
26. Benedicenda est maria ab omni creatura, quia sic eam Dominus vult benedici. Cantic. trium puer. Benedicite, &c.
27. Benedicentes mariam obtinent à Domino irrigationem omnium gratiarum. Cantic. trium puer. ibid.
28. Qui benedixerit mariæ est benedictus; qui maledixerit erit maledictus. Cantic. ibid.
29. Mariam matrem Dei, æterni Patris sponsam omnis terra veneratur. Hymnus Te Deum, &c.
30. Maria laudatur ab omnibus Angelis, incessabilique voce proclamatur Sancta, Sancta, &c. Hymn. Te Dei matrem, &c.
31. Item & omnes Apostoli, martyres, Confessores, Virgines, &c. & tota cœlestis curia. ibid.
32. Mariæ omnes Sancti, & Angeli congaudent, quam laudant, & venerantur, cuique obediunt. op. Litanix B. Virg.
33. Mariæ laudes plurimæ enarrantur. op. Litanix, &c.
34. Maria debet laudari omni die, & hora: hincque Ecclesia officium speciale de ea instituit pro quolibet die. lib. 3. distinct. 3. part. 1. art. 1. q. 1. ad 4.
35. Maria quàm digna laudari, & venerari. in Luc. c. 1. v. 28.
36. Mariæ laus formata à muliere de turba expenditur. in Luc. c. 11. v. 25.
37. Maria omni laude dignissima, ita quod quidquid dici potest de ea, semper est minus. ser. 1. de B. Virg.
38. Ad mariæ excellentiam designandam cunctæ figuræ Scripturæ, & creaturæ deficiunt. serm. 1. de B. Virg.
39. Maria est in omni hora benedicenda, prædicanda, laudanda, & in nostrum auxilium invocanda. serm. 2. de B. Virg.
40. Quinque sunt in salutatione angelica, per quam mirificè laudatur maria: puritas; plenitudo gratiarum; securitas; dignitas; & utilitas. op. Spec. B. Virg. cap. 1.
41. Mariam salutans, salutatur à maria beneficio, consolatione, & gratia. op. Speculum B. Virg. cap. 4.
1. Maria interpretatur mare amarum, quia talis fuit in Passione Filii. op. Spec. c. 3. Vid. Dolor per tot. & n. 24.
2. Martyrium mariæ in morte Filii sui expenditur, ejus patientia, & mansuetudo. op. Spec. c. 4. & l. 1. d. 48. dub. 4. Quali voluntate compatiebatur, & simul conformabatur Deo. l. 1. d. 48. a. 2. q. 2. ad ultim. & dub. 4.
3. Quali gladio, & quomodo ejus cor transverberatum est. op. Spec. c. 4.
4. Maria post partum remansit incorrupta, & post Filium inviolata. Psalt. Ps. 48.
5. Mariam decet laus, imperium, virtus, & gloria in sæcula sæculorum. Te Dei matrem, &c.
6. Invitantur fideles ad compariendum mariæ ad pedes Crucis. opusc. Offic. de compass. Beatae Virg.
7. majorem dolorem habuit maria ad pedes Crucis, quàm Salvator. opuscul. Offic. ibidem lec. 1.
8. majorem dolorem habuit maria de mortuo Filio, quàm ulla alia mater. opuscul. Offic. ibid.
9. Dolores, & verba mariæ expenduntur, dum Christus depositus, & portabatur ad tumulum. opuscul. Officium. ibid. lec. 2. & 3. & ad Vesper.
10. maria ab Angelo plena gratia salutatur: ad pedes Crucis amaritudine plena expenditur: ibi Dominus secum fuisse dicitur: hic absque Filio: ibi benedicta; hic omnia contraria, &c. op. of. ibid. lect. 3.
11. Dolores, & gesta B. Virg. dum audivit Christum captum à Judæis, & ductum ad Tribunalia. op. Offic. ibid. ad Laudes, & ad horas.
12. Tempore sepulturæ Christi fides universalis Ecclesiæ solum in maria remansit. op. Offic. ibid. ad Complet.
13. In Passione Christi gladius à Simeone prædictus pertransivit animam ejus. op. Officium: ibid. ad Complet.
14. Maria in Passione fuit perturbata quoad sensitivam, non quoad rationalem. l. 3. d. 3. p. 1. a. 3. q. 3. ad 1.
15. mariæ dolores in morte Christi quales: erat anima Christi. Ps. 104.
16. maria fuit plusquam martyr. in Luc. c. 2. v. 35. & in Joan. c. 19. v. 26.
17. mariæ animam qualis gladius pertransivit. in Luc. c. 2. v. 35.
18. Mariæ dolor quantus in amissione Christi. serm. 1. Dom. infr. oct. Epiph. & op. med. vit. Chr. cap. 14.

19. Mariæ dolores quales in Passione Christi, & obcæcatio Judæorum. sermon. 1. Domin. infr. oct. Epiph.
20. Maria concrucifixa Christo. serm. 5. in Parasce. & op. medit. vit. Chr. c. 82.
21. Flevit Maria pro morte Joannis. op. medit. ibid. cap. 30.
22. Dolores B. Virg. Joannis, & aliarum mulierum pro flagellatione, aliisque pœnis. op. med. ibid. c. 75. 77. 78. & 84.
23. De Mariæ doloribus exacta meditatio. opusc. Stim. p. 1. c. 3. & 15. & ser. 1. Dom. infr. oct. Epiph.
24. Cor Mariæ pendebat in Cruce cum Christo. op. Stim. ibid.
25. Compassio Mariæ suadet. op. Stim. ibid. c. 15.
26. Maria stella maris, & amarum mare in Passione Filii expenditur. op. Stim. p. 3. cap. 16.
27. Mariæ cor in vulneribus Crucifixi. op. Stim. ibid. c. 16. speculans, in quo relegebat effigies Filii in Cruce pendentis. serm. 1. Dom. 1. infr. oct. Epiph.
1. Maria super omnes creaturas reverendissima, quia Dominus est specialiter secum. op. Spec. c. 1. & Phar. l. 1. c. 5.
- Quo cultu adoranda. l. 3. d. 9. art. 2. q. 4. & opusc. Comp. Theol. l. 5. c. 58. & l. 3. d. 28. dub. 3. & l. 3. d. 4. a. 3. q. 3. Vid. *Dulia*. n. 4.
- Modus colendi eam. Vid. *Devotio*. n. 13. V. *Adoratio*. n. 23.
2. Salutanda est Maria salutatione Angelica, quia ipsa nos salutat cum gratia; & si eam salutemus servitio, & oratione, salutat nos beneficio, & consolatione. op. Spec. c. 4.
3. Salutatio angelica quàm gratiosa, & venerabilis, gloriosa, & admirabilis, in qua quinque laudes Virginis insinuantur, scilicet puritas, gratiæ plenitudo, unio cum Deo, dignitas, & utilitas respectu nostri. op. Spec. c. 1.
4. Salutatio angelica quàm B. Virg. congrua. op. Spec. c. 1.
5. Ad manus Mariæ oculi ancillæ, scilicet Ecclesiæ, & omnium fidelium datur aspicere, ut per eas omnia bona accipiamus, & nostra Domino offeramus. op. Spec. c. 3.
6. Quicquid boni habemus totum per manus Mariæ, & c. op. Spec. c. 3.
7. Qui vult invenire gratiam, & misericordiam Dei adeat cum fiducia ad thronum Mariæ, ipsamque inveniat. op. Spec. c. 5. & c. 6.
8. Maria colligit quasi mystica Ruth peccatores ab aliis sanctis relictos, ad cælumque evehit. op. Spec. c. 5.
9. Maria bonos impinguat bonis spiritualibus, & liberat omnes prædestinatos ab Inferno. opusc. Spec. c. 5.
10. Per virgam ad florem, per florem ad spiritum in ipso requiescentem pervenimus, id est per Mariam Christum, & per Christum Spiritum sanctum invenimus. op. Spec. c. 6.
11. Maria soror nostra, ob quam Dæmones nos reverentur, Angeli nobis in acie conjunguntur, & Deus nostri miseretur. op. Spec. c. 6.
12. Maria est mare, seu vas plenum gratiarum, quod moveri debet, ut effundantur ad nos sospiritis, lachrymis, castigationibus, orationibus, elemosinis, aliisque venerationibus. op. Spec. c. 7.
13. Petendum est oleum misericordiæ Mariæ in mundo, ne frustra petatur in judicio. opusc. Spec. c. 7.
14. Mariam vult à nobis Deus honorari: ob idque voluit omnia bona nobis ex ipsa provenire. op. Spec. c. 7.
15. Maria omnibus eam invocantibus succurrit. op. Spec. c. 9.
16. Mariam sequens in virginitate, humilitate, & castitate felix est. op. Spec. c. 11.
17. Mariæ suffragium invocandum. op. Spec. c. 11. in fine.
18. Invitatio pulcherrima ad cultum B. Virg. talisque cultus fructus expenduntur. op. Psalt. Virg. Præfat. & Pf. 4. & 10.
19. Beati in æternum laudabunt Mariam. Psalt. Psalm. 6.
20. Exquirenda est Maria à juventute, glorificatque suos. Psalt. Pf. 10.
21. Amplecti debemus vestigia Mariæ, eamque tenere firmiter, ut ab ea benedici mereamur. Psalt. Pf. 14.
22. Imitanda proponitur B. Virgo à Virginibus exemplo S. Agnetis, Barbaræ, Dorotheæ, & Catharinæ. Psalt. Pf. 16.
23. Imitantibus, & eam laudantibus dat sponsum suum filium, & coronam de Paradisi liliis. Psalt. Pf. 16.
24. Benedicuntur oculi facies, manus, & ubera emanantia lac. B. Virg. Pf. 22.
25. Suadetur cultus, & reverentia Mariæ. Pf. 28.
26. Ad Mariam accedendum cum reverentia, & devotione: & in salutatione delectandum est cor. Psalt. Pf. 32.
27. Suavissimus est fructus, qui ex veneratione Mariæ percipitur in oreque, & corde sapientis dulcescit. Psalt. Pf. 32.
28. Impendens illi sacrificium laudis inebriatur ab uberibus dulcoris Mariæ. Pf. 32.
29. In periculis, in necessitatibus invocanda, in quibus auxilium, & refrigerium dulce porrigit Maria. Pf. 33.
30. Imitanda est B. Virgo in conversatione, in charitate, & humilitate. Pf. 33.
31. Salutanda est B. Virgo, & in suæ dulcedinis gremio quiescendum. Psalt. Pf. 34.
32. Amans Virginem cupit eam ore laudari, mente venerari, anima exorare; & totam suam substantiam suæ tuitioni commendare. Psalt. Pf. 40.
33. Ad amorem Mariæ anhelare debet anima, sicut Cervus ad fontes aquarum. Psalt. Pf. 41.
34. Multa bona parata sunt colentibus Mariam. Psalt. Pf. 43.
35. Omnes gentes invitantur plaudere manibus, & psallere in júbilo Virgini gloriosæ. Psalt. Pf. 46.
36. Honorantes Virginem invenient vitam, & salutem. Psalt. Pf. 48.
37. Esuriem parvulorum fructu ventris sui Maria reficit, & sustentat. Psalt. Pf. 48.
38. Quàm bonus est Deus his, qui colunt, & venerantur Matrem suam. Pf. 72.
39. Dulcis est memoria Mariæ super mel, & favum, & amor ejus super omnia aromata. Psalmo 75.
40. Honoranda est Maria, quia Deus eam mirabiliter honoravit. Pf. 75.
41. Invitatio ad laudandum Virg. Vid. *Laudes Mariae*.
42. Invitatio ad imitandam Mariæ humilitatem, obedientiam, & mansuetudinem. Pf. 80.
43. Honorantibus Mariam impetrat gratiam, & salutem. Psal. 83.
44. Qui

*Mariae cultus, & invocationis fructus.*

44. Qui non invocat Mariam in hac vita, non perveniet ad regnum Dei; & qui sperat in eam inveniet thesauros pacis. Ps. 86.
45. Honorans Mariam coronam pro cinere obtinebit, & pallium laudis pro spiritu mæroris. Psalm. 89.
46. Clamans ad Mariam in periculis, flagellum non appropinquabit tabernaculo ejus. Ps. 90.
47. Quales fructus parit cultus Virginis. Psal. 91. & 99.
48. Servitus Mariæ affert sapientiam Christi. Ps. 92. Item & sanitatem. Ps. 93.
49. Cultus Mariæ facit invenire viam pacis. Ps. 93.
50. Cultus Mariæ exigit munditiam cordis. Ps. 99.
51. Zelantis amorem, & honorem Mariæ causa ab ipsa defenditur ante Judicem sæculorum. Ps. 100.
52. Invitatur ad colendam Mariam plenam omni gratia, & ad contemplandum vultum ejus cum reverentia. Ps. 104. & 105. & 106.
53. Amor Mariæ exhilarat intellectum nostrum. Ps. 106.
54. Qui convertuntur ad Mariam de peccatis, consequuntur remissionem peccatorum, & qui sibi placent, procul fiunt à perditione. Ps. 107.
55. Honorantibus Mariam intellectus bonus est, & fors illorum inter Angelos pacis. Ps. 110.
56. Beatus, qui timet Mariam, & beatum cor ipsam diligens. Ps. 111.
57. Jucundus homo, qui non satiatur laude Mariæ, & à relatu ejus virtutum non fatigatur: exortum enim est in corde illius lumen Dei. ibid.
58. Qui amat Mariam lucem miserationum ejus suscipit, & visitatio ejus in cumulo dolorum eum lætificat. Ps. 114.
59. Qui dignè coluerit Mariam justificabitur; qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis. Ps. 116. & 117.
60. Bono animo accedentes ad Mariam non capiuntur ab Angelo devastante. Ps. 116.
61. Amor Mariæ expellit peccatum à corde, & gratia illius expiat conscientiam.
62. Via veniendi ad Christum est appropinquare ad Mariam: qui autem fugerit eam, non inveniet viam pacis. Ps. 117.
63. Qui obduratus est in peccatis, sæpè invocet Mariam, luxquæ in tenebris suis orietur, & qui tristatur in corde clamet ad eam, & dulcoranti stillicidio inebriabitur. Ps. 117.
64. Beati prædicantur imitatores Mariæ, virtutumque præcipuè humilitatis, charitatis, & veneratores conceptus, & partus illius, ejusque devoti famulantes: item & qui in ea habent spem, & confidentiam: hi enim suscipient per illam felicitatem perpetuam. Psal. 118. ad Beati immaculati; &c.
65. Qui amant servientes Mariæ venerabuntur: qui autem eos abominatur ruet in æternum. Ps. 118. ad Bonitatem, &c.
66. Contemnit Maria discedentes ab ejus servitio. Ps. 118. ad Iniquos, &c.  
Quos vult Maria salvos facit; & à quibus avertit vultum suum, ipsi damnantur: Cantic. Habac. &c. Domina audivi, &c.
67. Servientes Mariæ invaduntur plus aliis à Dracone infernali, sed ab ipsa defenduntur. Ps. 118. ad Mirabilia, &c.
68. Longè est salus à nescientibus Mariam: qui autem ipsi obsequuntur, procul fiunt à perditione. Psalm. 118. ad Clamavi, &c.
69. Cum recurritur ad Mariam in tribulationibus exauditur oratio. Ps. 119.
70. Qui confidunt in Maria non timebunt à facie inimici. Ps. 124.
71. Adjuvat nos Maria de tribulationibus nostris; ideò gaudendum est ab his, qui eam diligunt. Psalm. 124.
72. Convertendo in nos Maria faciem suam serenissimam, lætificat nos. Ps. 125.
73. Benedicit Maria benedicentes se, nec ab eis avertit gratiosum suum vultum. Ps. 126.
74. Beati omnes, qui timent Mariam, & qui sciunt facere voluntatem & beneplacitum ejus. Ps. 127.
75. Suscitatur Maria voluptates sempiternas frequentantibus ipsi præces, & qui cogitat de illa in tranquillitate mentis, inveniet dulcorem, & requiem pacis. Ps. 134.
76. In anima contrita veniamus ad Mariam, & non stimulabit nos cupiditas peccati. Ps. 134.
77. Respicentes ad Mariam in fine vitæ, & ipsa referabit nobis atria triumphantium. Ps. ibid.
78. Maria post Trinitatem, & Jesum ejus Filium super omnes est amanda, & venerabilis. l. 1. d. 48. a. 2. q. 2. ad ult. & op. Psal. Litan. &c.
79. Mariæ Sabbathum est dicatum, quia in ipsa sola remansit in Sabbatho sancto Fides Ecclesiæ. l. 3. d. 3. part. 1. a. 2. q. 3. ad 2. & op. Medit. viri Chr. c. 84.
80. Maria est super omnes Sanctos colenda, quia ipsa toti humano generi reconciliationem promeruit. l. 3. d. 4. a. 3. q. 3. corp.
81. Mariam colere debent & homines, & Angeli prærogativa speciali, cum sit Prælata omnium. l. 3. d. 9. a. 1. q. 3. corp.
82. Mariæ honor, & cultus refertur in Deum ut in finem. l. 3. d. 9. a. 1. q. 4. ad 1.
83. Maria est colenda non latria, sed hiperdulia. l. 3. d. 9. a. 1. q. 3. est diligenda. Vid. *Dilectio*. n. 111.
84. Cum adoratur, & cum ea sermo fit, tunc ejus benevolentia captatur. l. 3. d. 9. a. 1. q. 4. ad arg.
85. Maria nobis est honoranda ratione suæ dignitatis: amanda ratione conformitatis cum nostra natura. l. 2. d. 28. dub. 3.
86. Quam mira dixerit S. Hieronimus de B. Maria. l. 4. d. 28. a. 1. q. 6.
87. Maria est commendabilis, ideòque amabilis à bonitatis plenitudine, venerabilis à dignitatis altitudine, & prædicabilis à laudis amplitudine. in Luc. c. 1. v. 29.
88. Maria semper salutaunda, ut gratiam inveniamus. in Luc. c. 1. v. 38.
89. Ut dignè salutetur, & laudetur Maria requiritur certificatio veritatis, & exhibitio charitatis; altera ut præcedens, altera ut consequens. in Luc. c. 1. v. 39.
90. Maria benedicenda ab omnibus super omnes mulieres. in Luc. c. 1. v. 42.
91. Mariæ salutatio facta ab Angelo perfecta est ab Elisabeth. in Luc. c. 1. v. 41.
92. Maria diligenda, veneranda, & cum omni fiducia adeunda tanquam summæ misericordiæ Mater. in Luc. c. 1. v. 41.
93. Mariam debent venerari quæcumque creaturæ quantumcumque sublimes. l. 4. d. 44. dub. 3.
94. Maria, & Christus excedunt Angelos non in natura humana, sed in multiplicitate gratiarum. l. 2. d. 1. p. 1. a. 2. q. 2. ad 3.

95. Maria quomodo colenda, amandaque. lib. 3. d. 9. a. 1. q. 3. & l. 3. d. 28. dub. 3.
96. Maria invocanda in oratione. ferm. 3. Dom. 2. Quadrag.
97. Mariæ vera devotio stat in hoc, quod omnia ei fidenda, quotidieque aliqua devotio exercenda, & cura imitandi eam in puritate, & humilitate. op. 25. Memor.
98. Mariæ devotio suaderetur. op. Stim. p. 1. c. 15.
99. Mariam posse salutare maximum est Dei beneficium, nec ullus sive homo, sive Angelus est satis dignus. op. Stim. p. 3. c. 16.
100. Mariam inhonorare quàm malum. op. Stim. p. 3. ibid.
101. Mariam salutare est se disponere ad maxima Dei beneficia recipiendum. op. Stim. ibid.
102. Mariam salutare miram dulcedinem cordi affert. op. Stim. ibid.
103. Vera devotio ad Mariam consistit in hoc, quod de ipsa quis lætatur, corde amat, ipsam imitatur, ipsique conformatur. op. Stim. ibid.
104. Maria est raptrix cordium, absorptrix mentium. op. Stim. p. 3. c. 19.
105. Mariæ fructus ventris exponitur. op. Stim. p. 3. c. 19.
106. Qui vult Mariam, se affligat, delicias spernat. op. Stim. p. 3. c. 16.
107. Cultus, adoratio Mariæ qualis exhibenda. l. 3. d. 9. a. 1. q. 3.
108. Devotio ad B. Virg. qualiter exercenda. op. 25. Memor. V. *Devotio*. n. 13.
109. Maria diligenda ex charitate. Vid. *Dilectio*. num. 11.
110. Maria est roganda in oratione. Vid. *Oratio*. num. 6.
111. Ejus imaginis adoratio. Vid. *Adoratio*. numero 22.
112. Ejus devotio quotidiana suadet. opusc. 25. memor.
1. Maria est Domina Angelorum, ipsis suam plenitudinem communicando, ipsisque imperando. op. Spec. c. 3. & op. Phar. l. 1. c. 5.
2. Maria est, cui michael Dux militiæ cælestis cum omnibus spiritibus obtemperat in defendendis in corpore, & de corpore suscipiendis animabus se B. Virg. commendantibus. op. Spec. cap. 3.
3. Mariæ Dominium in homines, & Dæmones expenditur. op. Spec. c. 3.
4. Maria est virga virtutis Dei circa inimicos infernales. op. Spec. c. 3.
5. Mariæ dominium dignoscitur ex eo, quod Dominus potentissimus potentissima est secum. op. Spec. c. 8.
6. Maria est potentissima cum Deo, per Deum, & apud Deum. op. Spec. c. 8.
7. Mariæ dominium in Hierusalem triumphanrem, & militantem expenditur. op. Spec. c. 8.
8. Maria imperat, & comprimit Dæmones, ne nocent, & præcipit Angelis, ut custodiant nos. op. Spec. c. 12.
9. Mariæ potentia in ingressu in cælum consideratur. op. Spec. c. 13.
10. B. Virgo regnat cum Deo super omnem terram, & plenitudinem ejus. Psalt. Pf. 23.
11. Potentia Mariæ super cælos, & terram expenditur. Psalt. Pf. 35.
12. In manu Mariæ salus, & vita, lætitia perpetua,

Maria  
Domi-  
nium, &  
Potentia.

- & æternitas gloriosa. Psalt. Psalm. 71.
13. Maria habet dominium præsentis super totum mundum. l. 3. d. 9. a. 1. q. 3. ad 2. Vid. *Creantura*. n. 61.
1. Mariæ Matrimonium cum Joseph fuit verum. *Maria Matrimonium*. l. 4. d. 28. a. 1. q. 6.
2. Maria consensit in copulam conjugalem; sed non in carnalem; & hoc tum consensu S. Joseph: tum ob revelationem specialem. l. 4. ibid.
3. Maria contraivit Matrimonium Spiritus sancti instinctu ex triplici ratione: primò propter signationem Ecclesiæ, quæ est sponsa virgo, & Mater: 2. ob infamiam vitandam: 3. ut occultaretur Incarnatio Diabolo. l. 4. d. 30. a. 1. q. 2.
4. Maria decentissimè nupsit Joseph ex multiplici ratione. l. 4. d. 30. ibid.
5. Mariæ matrimonium quàm Deo gratum. l. 4. d. 30. a. 1. q. 2.
1. Maria quatuor tantum legitur locuta in Evangelio, scilicet Angelo nuntiante: Elisabeth prægnante: Christo in medio Doctorum: & eidem in nuptiis. Ps. 139. & op. Spec. c. 6. *Maria Verba*.
2. Ad Mariæ verborum pronuntiationem collatus est Spir. sanctus Elisabeth, & Joanni in utero esistenti. op. medit. vit. Chr. cap. 5. Nota: hinc inferitur verba Mariæ fuisse efficacia, & concurrisse ad sanctificationem, &c. De quo Vid. *Vegam in sua Theologia Mariana*.
3. In ore Mariæ non fuit fel, & venenum (ut in ore peccatorum) sed mel, & lac Spiritus sancti. op. Spec. B. Virg. cap. 2. & c. 10.
4. Septem mellifluæ sententiæ de mellifluis labiis Mariæ distillaverunt, scilicet septem verba: duo ad Angelum: duo ad hominem, scilicet ad Elisabeth: & tria ad Deum. op. Spec. B. Virg. c. 6.
5. Verba humilitatis, & castitatis qualia habuit Maria ad Angelum: verba charitatis, & veritatis ad Elisabeth. op. Spec. c. 6. & c. 4.
6. Maxima gratia fuit in labiis Mariæ, loquens ad homines, ad Angelos, & ad Dominum. op. Spec. c. 14.
7. Loquens pro nobis maria, indignitatem Filii sui avertit à nobis. Ps. 14.
8. Dulcia Mariæ eloquia ipsam diligentibus, & suavia stillicidia gratiarum ejus. Psalt. Pf. 20.
9. Lætificat nos maria dulcissimo sono oris ejus, & liquore roseo perfundit corda nostra. Psalt. Pf. 59.
10. Vox mariæ dulcis super omnem melodiam; nec angelica harmonia valet ei comparari. Psalt. Pf. 78. & 118. v. Quomodo dilexi, &c.
11. Eloquium mariæ sustentat animam imbecillum, & labia ejus refocillant animam esurientem. Psalt. Pf. 106.
12. Mariæ ori, voci, verbis, & clamori Dei aures sunt inclinatæ præstandi largitate. op. Psalt. min. quinq. 1. quatern. 16.
1. Maria est Domina Angelorum figurata in Esther, innixa super duas famulas, scilicet super Angelicam, & humanam naturam suo imperio. op. Spec. c. 3. *Maria Angles respiciens*.
2. Michael cum omnibus spiritibus administratoris paret præceptis mariæ in defendendis fidelium corporibus, & in suscipiendis fidelium animabus, B. Virgini se commendatorum. op. Spec. c. 3.
3. Mariæ angelicæ potestates serviunt, & famulantur. op. Psalt. B. V. Pf. 13.
4. Mariæ Angeli, Archangeli, Throni, & Principatus



- patus deserviunt : omnes potestates, & virtutes cœlorum, & Dominationes obediunt : Cherubim, Seraphim, & omnes Chori exultantes assistunt. op. Hymn. Te Dei matrem, &c.
5. Mariæ Angeli obediunt, & obsecrantur. op. Litan. B. Virg.
  6. Mariam Deus præposuit angelicis spiritibus : idè magis à Deo diligitur. lib. 3. d. 3. 2. art. 1. q. 4. fund. 3.
  7. Gratia Angelorum, & omnium Sanctorum intravit in mariam. op. Spec. c. 3. & c. 6.
  8. Gratia confirmationis major, & consequenter major impeccabilitatis fuit in Maria, quàm in Angelis. l. 3. d. 3. p. 1. a. 2. q. 3. fund. 3.
  9. Maria fuit pacificatrix inter Deum, Angelosque & homines peccatores, figurata in Aurora, qua adveniente desit lucta inter Jacob, & Angelum. op. Spec. c. 11.
  10. Per Mariam Angeli reintegrantur. op. Specul. cap. 11.
  11. Maria omnis creatura Angelica incessabili voce proclamat Sancta, Sancta, Sancta Mater Dei genitrix, & Virgo. opuscul. Hymn. Te Dei matrem, &c. & op. Psalt. Pf. 84.
  12. Mariam ut Reginam tota cœlestis curia honorat. op. Te Dei matrem, &c.
  13. Maria propinquior fuit Deo, quàm Angelis. l. 3. d. 2. dub. 4.
  14. Maria sicut Christus excessit Angelos non quoad naturam, sed quoad multipliciter gratiarum. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 3. & l. 1. d. 16. dub. 3. Vid. *Angeli nobilitas*. n. 6.
  15. Mariam custodiebant exercitus Angelorum ut lectulum Salomonis, & locum Dei electissimum. in Luc. c. 1. v. 38.
  16. Maria fuit mystica scala Jacob, per quam Angeli ascendebant, & descendebant, ipsam custodiendo, & cultum reverentiæ exhibendo. in Luc. c. 1. v. 38.
  17. De manibus Angelorum accipiebatur Maria escam, dum erat in templo. opusc. medit. vit. Chf. cap. 3.
  18. Angelus Mariæ loquebatur quotidie, & ei quasi charissimæ sorori; vel matri obtemperabat ex Div. Hieron. opusc. medit. ibid. cap. 3. in fine.
  19. Angelus Mariæ nuntiavit Incarnationem cum reverentiâ, ut Servus, & Minister ipsius. l. 3. d. 2. dub. 4. Vid. *Angeli ministerium*. n. 14.
  20. Angeli reverentur Mariam in cœlo. libro tertio, dist. 9. artic. 1. quæst. 3. corp. Vid. *Angeli varia*. n. 69.
  21. Maria libenter detinetur apud bonos. op. Spec. cap. 7.
  22. Maria detinet Sanctos in sua plenitudine ne minuantur, scilicet virtutes ne fugiant, merita ne pereant, Dæmones ne noceant, Filium ne peccatores percutiant. op. Spec. c. 7.
  23. Ante Mariam non erat qui Deum detineret. op. Spec. c. 7.
  24. Mariæ beneficia in servis suis in æternum permanent. op. Spec. c. 8.
  25. Maria omnibus sua solatia misericordiæ impertit, præcipuè eam invocantibus. op. Spec. cap. 9.
  26. Maria fidelissima mediatrix inter mundum, & Deum. op. Spec. c. 9.
  27. Maria se ancillam omnium existimabat. op. Spec. c. 10.
  28. Maria ancilla tot servos Domini pedibus ob-
  - tulit, quot pœnitentibus lachrymas obtinuit. op. Spec. c. 10.
  29. Maria est Domini ancilla, pedes servorum ejus lavans. op. Spec. c. 10.
  30. Maria optima mediatrix inter hominem, & Deum, & optima refrigeratrix iræ Dei. op. Spec. c. 11. & c. 15.
  31. Per Mariam habemus accessum ad Deum, ostendens ubera Filio. op. Spec. c. 11. & c. 13.
  32. Maria optima peroratrix nostra apud Deum. op. Spec. c. 11.
  33. Maria est, per quam benedictionem angelicam homines adepti sunt. op. Spec. c. 11.
  34. Maria est, quæ nos defendit ab infestatione Dæmonum. op. Spec. c. 11.
  35. Maria nullum peccatorem abhorret, vel despicit. op. Spec. c. 12.
  36. Maria placat Deum precibus, & meritis. op. Spec. c. 14.
  37. Maria protegit nos contra Diabolum. Psalt. Psalm. 2.
  38. Maria dat refrigerium tribulatis ad ipsam recurrentibus. Pf. 2.
  39. Maria dissolvit peccatorum fasciculos, sanat infirmitates nostras, tollit dolores cordis. Pf. 3.
  40. Maria advocata in die mortis ducit in portum salutis suos. Pf. 3.
  41. Mariæ promptitudo in subveniendo invocantes eam. Pf. 4.
  42. Maria liberat de porta inferi, aperitque januas Cœli. Pf. 6.
  43. Maria liberat nos de inimicis nostris. Pf. 7.
  44. Splendor cultus Mariæ servat puram conscientiam nostram. Pf. 7.
  45. Benedicitur dulcedo misericordiæ mariæ. Psalt. Psalm. 8.
  46. Inveniunt gratiam apud Deum peccatores per Mariam inventricem gratiæ. Psalt. Pf. 9.
  47. Per Mariam respirant pœnitentes, sanantur contritiones eorum. Pf. 9.
  48. Maria cibatur nos post hanc vitam in pulchritudine pacis, & requie opulenta. Psalt. Psalm. 9.
  49. Oculi Mariæ in pauperem respiciunt, manusque ejus ad pupillum, & viduam sunt extentæ. Psalt. Pf. 10.
  50. Maria sola gyrum terræ circuit, ut subveniat invocantibus eam. Psalt. Pf. 11.
  51. Mariæ aspectus impedit, ne inimicus noster prævaleat contra nos. Psalt. Pf. 12.
  52. Tactu lenissimo Mariæ sanantur infirmi : ejus odore roseo mortui reviviscunt. Psalt. Psalm. 13.
  53. Maria loquens pro nobis indignationem Filii à nobis avertit. Pf. 14.
  54. Confidentes, & eam diligentes roborat contra inimicos. Psalt. Pf. 17.
  55. Maria est specialis advocata, & adjutrix Religiosorum : idè specialiter ab ipsis est honoranda, cum sit totius Religionis fundamentum. Psalt. Pf. 17.
  56. Maria peccatores ad eam respirantes perducit ad Indulgentiam peccatorum. Psalt. Psalm. 18.
  57. Maria exoratur, ut in tempore mortis nos succurrat, ut mittat Angelum in occursum animæ, ut defendatur ab hostibus, & ut impetret veniam à judice, & ut liberet eam à pœnis, & locum concedat ei inter electos Dei. Psalt. Pf. 19.

38. Invocata exaudit deprecantem. Psalt. Psalmo 21.
39. Maria oculis misericorditer dignatur aspicere peccatores. Psalt. Pf. 22.
40. Mariæ preces auferent erubescantiam in Judicio. Psalt. Pf. 24.
41. Confidentes in Maria robur accipiunt contra hostes malignos. Pf. 24.
42. Maria consolatur servos suos, & miseretur pauperum suorum. Pf. 29.
43. Maria est fortitudo, refugium, consolatio, & protectio nostra. Pf. 30.
44. In manus Mariæ commendare debemus spiritum, vitam, & ultimum finem. Psalt. Psalmo 30.
45. Mariam diligentibus peccata diluentur. Psalmo 31.
46. Maria influit radios suæ pietatis, & clarificat fulgoribus suæ misericordiæ. Pf. 32.
47. In periculis, in necessitatibus auxilium suum præbet Maria. Pf. 33.
48. In Cælo misericordia mariæ, & super terram, diffusa est gratia ejus. Pf. 35.
49. In Maria confidendum à Religiosis, Claustralibus, Clericis, & sæcularibus. Pf. 36.
50. Maria intelligit super ægenum, & pauperem in ejus laudibus permanentem. Psalter. Psalmo 40.
51. Maria refugium nostrum est in omni necessitate nostra, & virtus potentior conterens inimicos nostros. Psalt. Pf. 45.
52. Beneficiis mariæ plenus est mundus, superant cœlestia, penetrant inferna, & plenitudine gratiæ mariæ: quæ erant in Inferno se lætantur liberata, & per mariam cœlestia restaurata, hominesque Angelorum sunt socii, & concives. Psalt. Pf. 45.
53. Maria est porta vitæ, janua salutis: via reconciliationis: spes pœnitentium: solamen lugentium: pax beata cordium: salus animarum: lux, & spes omnium confidentium in eam. Psalt. Pf. 46.
54. Maria sub umbra alarum suarum protegit in se confidentes. Psalm. 56. & 107. Vid. *Infra*. n. 78. seq.
55. Maria est mater pulchræ dilectionis: anchora spei: portus indulgentiæ: & janua salutis. Psalt. Pf. 56.
56. Maria est regina justitiæ, & misericordiæ. Psalt. Pf. 57.
57. Maria mæstis exultationem, & mærentibus lætitiã, & dulcorem infundit. Psalt. Psalmo 59.
58. Maria est nobis turris fortitudinis, & castrorum acies terribilis Dæmonibus. Psalt. Pf. 60. & op. Litanix in fine.
59. Maria de thesauris suis gratiam infundit, & placat dolorem unguentis suis; dat gaudium, & lætitiã; abluit peccata, & sanat infirmitates nostras. Psalt. Pf. 61.
60. Pax multa diligentibus Mariam: anima eorum non videbit mortem æternam. Psalt. Psalmo 67.
61. In manus mariæ omne bonum, trahit post se vinculis misericordiæ suæ, fomentisque gratiæ suæ sanat dolorem nostrum. Pf. 71. & 75.
62. Maria est solatium nostrum, in laboribus subventio optima. Pf. 72.
63. In judicio assistit pro nobis, coramque Deo suscipit causam nostram, ut nostra advocata per ipsam avertitur ira Dei, placaturque meritis, & precibus suis. Psalt. Pf. 72.
64. Mariæ adjutorio peccator aufert mæstitiã, replet dulcedine cor, aufert formidinem, & in confidentiam erigit, & aspectu suo mentem serenat, liberat à periculis mortis, & de manu crudeli. Psalt. Pf. 76.
65. Odor vitæ de Maria progreditur, & omnis salus de corde illius scaturizat, charismatum suorum fragrantia animæ mortuæ suscitantur. Psalm. 79.
66. Maria inimicos nostros induit confusione. Psalt. Pf. 80.
67. Oratio Mariæ est super nos, & balsamum, nec revertitur vacua. Pf. 83.
68. Gratia mariæ relevat pauperem in adversitate, & ab ipsa terretur hostis. Psalt. Pf. 86.
69. Est à maria, ut quis vivat in gratia, & perducatur ad sanctum finem. Psalt. Pf. 86.
70. Maria refrigerium nostrum est in nostris necessitatibus. Psalt. Pf. 88.
71. Qui habitat in adjutorio Mariæ, liberabitur ab omni malo, & sub pennis ejus protegetur. Psalt. Pf. 90.
72. Per Mariam admirabile commercium habemus, quo vocamur filii Dei excelsi. Psalt. Psalmo 95.
73. Accedens ad Mariam quales fructus accipit. op. Psalt. Pf. 99.
74. Protectio Mariæ affert refrigerium pacis: ejusque memoria fugat mala, ejusque præsidium in fine facit invenire vitam. Pf. 99.
75. A maria procedit peccatorum medela, & pacis disciplina, ac fervor charitatis. Pf. 103.
76. Maria implens servos suos virtutibus sanctis, iram Dei ab ipsis removet. Pf. 103.
77. Salus sempiterna est in manu mariæ: qui eam dignè honorificaverint, suscipiant illam. Psalmo 104.
78. Maria est umbraculum protectionis in tentationibus, & expansio alarum ejus defendit nos à Dæmone. Psalm. 107. & 108. Vid. *Supra*. n. 54.
79. Sub tegumento manus mariæ homines illasi conservantur, suscipiunt illuminationem Spiritus sancti, refrigerium contra cupiditatis æstum, medelam in contritione, fomentum unguento pietatis. Pf. 107.
80. Per mariam missa est redemptio à Deo, per quam populus pœnitens habet spem salutis. Psalm. 110.
81. Dispergit gratiam suam Maria pauperibus suis, esurientes refovet, & egenos. Psalm. 111.
82. In memoria æterna per Mariam fiunt nomina nostra, ab auditu terribili non trepidat cor devotorum ejus. Pf. ibid.
83. Maria benedicta est, & via ad patriam sanctitatis, cujus vultus est super humiles, & super confidentes illius. Pf. 112.
84. Mariæ elemosinæ per totum Orbem dispersæ. Psalm. 112.
85. Maria exoratur, ut in animæ exitu occurrat illi, & eam suscipiat: ut eam consoletur vultu sancto suo, ne aspectus Dæmonum conturbet illam; ut sit illi scala ad cœlum, iterque rectum ad Paradisum Dei; ut impetret ei indulgentiam & sedem lucis in cœlo: ut sustineat devotos ante Christi tribunal: ut suscipiat ut advocata causam eorum in manibus suis. Pf. 113.

85. Visitatio Mariæ lætificat animam, dum circumdant eam dolores. Ps. 114.
86. Dispositione Mariæ perseverat mundus, quem ipsa cum Deo ab initio fundavit. Psal. 118. ad Defecit, &c.
87. Adjutorium Mariæ est salus nostra. Ps. 118. ad Iniquos, &c.
88. Quàm efficax, & secura sit protectio, & custodia Mariæ. Ps. 120.
89. Duce Maria in domum Domini ibimus. Psalmo 121.
90. Pacem, & Indulgentiam impetrat nobis Maria, palmamque de hostibus. Ps. 121.
91. Infusio clementiæ Mariæ facit devotè in Domino mori. Ps. 121.
92. Maria est, quæ construit muros Hierusalem, & ejus filios benedicit, ipsam impinguat gratia sua, pacemque donat terminis ejus. Psalmo 147.
93. Levemus cum manibus corda nostra ad Mariam, ut suam influentiam sentiamus. Psalmo 147.
94. In manibus mariæ reposita est salus nostra: quem vult ipsa salvus erit: & à quo avertit vultum suum, vadit in interitum. Cantic. Habac. Domina audivi, &c.
95. Dominus sine Maria nullum salvat. Cantic. Moyfis. Audite, &c.
96. Maria est mater nostra, quæ possedit nos, & in fide generavit. *ibid.*
97. Sicut infans sine nutrice non potest vivere, ita nec sine Domina nostra possumus habere salutem. Cantic. Moyf. Audite, &c.
98. Maria Dei, & hominum mediatrix, & amatrix mortalium cœlestis illuminatrix: agonizatrixque pugnantium: advocata pauperum: miseratrix, & refugium peccatorum. Hymn. Te Dei matrem, &c. & op. Coron. B. V.
99. Maria erogatrix munerum, separatrix, & terror Dæmonum, & superbiorum. Hymn. Te Dei Matrem, &c.
100. Maria mundi Domina, cœli Regina, post Deum sola spes nostra. Hymn. *ibid.*
101. Maria salus invocantium: portus naufragantium: miserorum solatium: pereuntium refugium: Mater omnium Beatorum: gaudium plenum post Deum: solatium Civium supernorum. Hymn. *ibid.*, &c.
102. Maria promotrix justorum: congregatrix errantium: promissio Patriarcharum: veritas Prophetarum: præconium, & doctrix Apostolorum: Magistra Evangelistarum: fortitudo Martyrum: Exemplar Confessorum: honor, & festivitas Virginum. Hymnus. *ibidem*, &c.
103. Maria ad liberandum exulem hominem, Filium Dei suscepit in utero: per Mariam expugnato hoste sunt aperta fidelibus regna cœlorum. Hymn. *ibid.*, &c.
104. In Maria sola post Deum sperandum. Hymn. *ibid.*
105. Maria totum mundum illuminat: suos servos exaltat: pro peccatoribus supplicat: illuminatrix cordium: fons misericordiæ: splendor Ecclesiæ: flumen sapientiæ. op. Litanix, &c.
106. Advocata miserorum est Maria super choros Angelorum exaltata, ad quam sunt oculi servorum. op. Coren. B. Virg.
107. Maria quia est unica, & perfecta advocata peccatorum fuit immunis ab omni peccato, scilicet immaculata mente, & intemerata carne. 1.3.d.3.p.1.a.2.q.1.corp.
108. Mariæ invocatio quàm necessaria ad gratiam obtinendam. serm. 2. Hex.
109. Maria tenente non corruis; protegente non metuis: duce non fatigaris: propitia pervenis. in Luc. c. 1. v. 28.
110. Maria est scala, per quam Deus venit ad nos, & nos per eam invenimus gratiam, & misericordiam, & ad Deum pervenimus. in Luc. c. 1. vers. 38.
111. Mariam qui invenit, invenit Christum. in Luc. c. 2. v. 16.
112. Ejus pietas, & providentia quanta dignoscitur in nuptiis Canæ Galileæ. in Joan. c. 2. v. 1. & seq.
113. Maria est, per quam omnia reintegrantur. serm. 1. in die Nat.
114. Maria quærenda, ut Christus inveniat. serm. 4. Dom. infr. oct. Nat. Dom.
115. Maria ostendit Filio ubera pro nobis. serm. 5. Dom. 1. Quadr. & serm. 2. de B. V.
116. Maria invocetur ab eo, qui vult puritatem, charitatem, patientiam, castitatem, & claritatem. serm. 1. de B. Virg.
117. Qui vult à Deo gratiam impetrare, ad hanc mediatricem accedat. serm. 2. de B. Virg.
118. Mariæ protectio in nos expenditur. op. Phar. 1. c. 5.
119. Mariæ filii quinam sint. opuscul. stim. p. 1. cap. 15.
120. Ad Mariam confugiendum in tribulatione; traditurque modus omnia impetrandi. op. stim. p. 3. c. 12.
121. Maria venatrix animarum, laqueos beneficiorum nobis expandens, ut sui amore nos alliciat. op. Stim. p. 3. c. 16. & 19.
122. Maria est, per quam datur regressus à privatione ad habitum: vivificat mortuos: est per quam est vita, remissio peccatorum, & omne bonum nobis. opuscul. Stim. part. 3. cap. 19. in Salve, &c.
123. Maria qualis advocata nostra. op. Stim. p. 3. c. 19. in Salve.
124. Maria est, per quam franguntur vincula, solvuntur debita, vincuntur vitia, solidantur contracta, reparantur perdita, renovantur vetera, roborantur infirma, & magnificantur minima, exaltantur infima, incepta promoventur, imperfecta perficiuntur, perfecta consummantur, cor purgatur, resulget mens, animus inflammatur, liquefcit pectus, dulcescit gustus, decoratur aspectus, desponsatur peregrina, traducitur sponsa, & resolvitur anima. op. Stim. p. 3. c. 16.
125. Maria advocata potest revocare sententiam judicis. op. Stim. p. 3. c. 19.
126. Maria in judicio erat advocata suorum. Vide *Christus Index*. n. 12.
127. Ad Mariam recurrimus ut filii Evæ. V. *Eva*. num. 4.
128. Ad Mariam recurrendum in necessitatibus. in Joan. cap. 2. num. 3. & 4. Vid. *Homo ad Deum*. num. 69.
1. Maria Domina est Dæmonum imperium super eos habens. op. Spec. c. 3.
2. Maria est aurora tenebras Dæmonum fugans. op. Spec. c. 11.
3. Maria

Maria  
Dæmones  
respi-  
cien;

De Ma-  
ria va-  
ria.

3. Maria est virga ferrea, & dura Dæmonibus. op. Spec. c. 12.
270. Vnum secundum Algazelem aliud est simpliciter, aliud secundum quid: primum est vel in quo non est multitudo nec actu, nec potentia, ut punctus: vel non est in actu, bene in potentia ut linea: vel est & actu, & potentia, ut membra corporis: secundum vel est genere unum, vel specie: ut homo est bos, Petrus & Paulus, vel accidente ut nix, & cerusa, vel proportione ut auriga, & nauta: vel subiecto ut dulce, & album. l.3. *ibid.* q. 1. in arg.
271. Factum esse præsupponit fieri, & ob id imperfectionem: verum est ubi ponitur mutatio. l.3. d.7. a. 1. q. 2. ad 2.
272. Adjectivum ponit rem suam circa suum substantivum. *ibid.* q. 2. ad 4. id est verum vel absolute, vel per aliquam proportionem. Vid. *Adjectivum*. n. 3.
273. Quodcumque aliquid de aliquo cum determinatione non diminvente potest prædicari absolute: id intelligitur si ei non adest diminutio, nec mutatio: ut iste est monachus albus: ergo est albus non valet. l.3. d.6. a. 2. q. 2. ad 5. Aliter enim denominat album cum adjuncto, aliter absolute.
274. Actus numeratur subiecto, tempore, termino. l.3. d.8. a. 2. q. 1. corp. & l.3. d.27. a. 2. q. 2. in arg. & ad 1.
275. Bis dicit consimilis actus geminationem, id est verum vel univocè, vel analogicè. l.3. d.8. a. 2. q. 1. ad 1.
276. Bis dicit actus interruptionem: verum est in illis actibus, quæ non numerantur sine interruptione. l.3. d.8. *ibid.* ad 3.
277. Bis importat actus terminationem, id est completionem. *ibid.* ad 4.
278. Multiplicatio uno relativorum multiplicatur & reliquum: verum est de multiplicatione formali, non materiali tantum. *ibid.* q. 2. ad 2.
279. Diversarum productionum diversi sunt termini: verum est quando productiones sunt disparatæ: non vero quando una præsupponit alteram. *ibid.* q. 2. ad 3.
280. Actiones sunt suppositorum, id est actio est formæ ut in supposito. lib.3. dist.5. art. 1. q. 4. corp.
281. Omne quod convenit alicui secundum quod ipsum aut est per se, aut definitio, aut pars definitionis. l.3. d.10. a. 1. q. 1. in arg.
282. Quæ sunt disparata non prædicantur de eodem, & secundum idem. l.3. d.10. *ibid.* In quo sensu est falsa hæc propositio. l.3. d.33. a. 1. q. 2. V. *infra*. n. 340.
283. Si aliquod prædicatum convenit alicui subiecto secundum aliquid illo remoto non convenit illi. lib.3. distinct.10. artic. 1. quæst. 1. in argum.
284. Impossibile est idem prædicatum inesse eidem secundum diversas naturas differentes. l.3. d.10. *ibid.* q. 2. in arg.
285. Persona dicitur quasi per se sonans, vel per se unum. *ibid.* q. 2. in arg.
286. Omne individuum est per se unum, & unum numero. l.3. d.10. a. 1. q. 3. arg.
287. Omne per accidens reducitur ad per se. l.3. d.10. a. 2. q. 2. in arg.
288. Nullum contingens est causa necessarii: verum est de causa efficiente, & conservante, non excitante: & de necessario per se, & simpliciter, & de contingente entis creati. lib.3. d.11. a. 1. q. 3. ad 4.
289. De quocumque prædicatur inferius, & superius: verum est vi illationis, non tamen verum de omni quod importat diversitatem modi significandi in inferiori vel aliquam repugnantiam, ut homo est creatura: ergo & Christus. l.3. d.11. a. 2. q. 1. ad 5.
290. Nasci, & generari est mutari secundum substantiam, & produci de non esse in esse. l.3. d.11. a. 2. q. 2. in arg.
291. Pronominis proprium est pro nomine poni, & certam designare personam, ut iste: id tamen est verum de persona, vel de alia determinata re consimili, ut hæc albedo. *ibid.* quæst. 2. ad 3.
292. Nobiliori formæ nobilior debet aptari materia: verum est de materia ultimo disposita, non de remota. l.3. d.12. a. 1. q. 1. ad 2.
293. Possibili posito in esse, nullum sequitur inconveniens, vel impossibile. l.3. d.12. a. 2. q. 1. in argum.
294. Perfectior est habitus conjunctus cum actu: verum est de actu nobilissimo. l.3. d.14. a. 2. q. 2. ad 3.
295. Scimus plura: intelligimus unum solum: quia scientia est in habitu, intelligere in actu. l.3. d.14. *ibid.* in arg.
296. Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: id est æque bene, & sufficienter. l.3. d.14. a. 3. q. 1. ad 3. & l.4. d.24. p. 2. a. 1. q. 2. ad ult. V. *Supra*. n. 28.
297. Natura agens est nobilior patiente: verum est non absolute, sed secundum aliquam conditionem tantum. lib.3. distinct.16. artic. 1. q. 1. ad 4.
298. Proprietas quæ inest necessario alicui subiecto ad illud comparatur ut ad causam, & ut subiectum. l.3. d.16. a. 1. q. 3. ad 5. & l.4. d.49. p. 1. a. 1. q. 1. ad 4.
299. Causa naturalis doloris est compositio ex contrariis. l.3. d.16. a. 1. q. 3. corp.
300. Anima secundum partem rationis nullius partis corporis est actus: id est intellectus nullam partem sibi alligat in corpore. lib.3. d.16. a. 2. q. 1. ad 1.
301. Contraria non possunt eidem, & secundum idem inesse. l.3. *ibid.* q. 2. ad 2.
302. Albius est quod est nigro impermixtius. lib.3. d.16. a. 2. q. 1. ad 3. Id semper verum in omnibus contrariis.
303. Prius est esse, quam agere: verum de prioritate naturæ, non semper durationis. l.3. d.18. a. 1. q. 1. ad 1.
304. Medium est inter extrema, & habet differentiam ab extremis. l.3. d.19. a. 2. q. 2. in arg. & l.3. d.23. a. 1. q. 1. ad 1. & *ibid.* d.34. p. 1. a. 1. quæst. 1. ad 4.
305. Destructo priori destruitur posterius, quando ab illo dependet. l.3. d.21. a. 1. q. 2. ad 2.
306. Vbi est ordo, ibi numeratio, & distinctio: id est verum quando ordo ponit simpliciter distinctionem: non vero de eo, qui attenditur solum secundum gradum. l.3. d.21. a. 1. q. 3. ad 3.
307. Nulla forma prædicatur de toto ut forma est: sed quia est forma consequens totum compositum: species enim est totum esse individui: sic humanitas est huiusmodi forma. lib.3. d.22. a. 1. q. 1. in arg.
308. Corrupto superiori essentiali necesse est corrumpi inferius: sic esse vivum si destruitur & homo. l.3. d.22. *ibid.*

309. Dici hoc de hoc est vel secundum actuale esse : vel secundum aptitudinale : vel medio modo. *ibid.* q. 1. in corp.
310. Prædicatum aut dicit essentiam , aut actum subjecti. *ibid.* q. 1. corp.
311. Quæcumque sunt unita inseparabiliter ubi est unum , & reliquum verum est si alterum aliud non excedat. l. 3. d. 22. a. 1. q. 2. ad 1.
312. Anima omnia videt per sui essentiam , vel per speciem sui : vel per rem alienam. lib. 3. d. 23. dub. 4.
313. In illa potentia est habitus , ut in subjecto , circa cuius actum explicat difficultatem , & quæ est principium actus , & operationis illi habitui debita. l. 3. d. 23. a. 1. q. 2. in arg.
314. Scientiæ certitudo est ex fundamento , & objecto. *ibid.* q. 4.
315. Quod credimus debemus auctoritati , quod intelligimus rationi. l. 3. d. 23. a. 2. q. 2. in arg. & l. 3. d. 24. a. 1. q. 2. fund.
316. Nullum accidens potest alterari : verum est secundum se , non verò ratione subjecti. lib. 3. d. 23. a. 2. q. 5. ad 3.
317. Ex multis entibus diversis genere non potest fieri unum per se excipere si ordinantur ad unum actum : unde si dico colorem illuminatum , dico duo , sed per modum unius. lib. 3. *ibid.* q. 5. ad 4.
318. Virtus est certior omni arte , & scientia. l. 3. d. 23. a. 1. q. 4. in arg. Item virtus est in bonum : scientia in verum. l. 3. d. 21. a. 1. q. 1. ad 2.
319. Habitus debet conformari subjecto circa quod : verum est quando habitus pendet ab ipso cognoscibili secundum exigentiam in proprio genere : non verò de eo quod non pendet , &c. sufficit enim ut conformetur cognoscibili secundum exigentiam non in se , sed in causa ut in fide patet , &c. l. 3. d. 24. a. 1. q. 1. ad 2.
320. Cuicumque subest contingens potest subesse falsum : est falsa absolute : quia deficit hæc in divinis : licet sit vera in creatis. lib. 3. d. 24. a. 1. q. 1. ad 1.
321. Possibile potest stare cum necessario. lib. 3. *ibid.* ad 3.
322. Opinio est assensus ad unam partem cum formidine alterius : sic non potest stare cum fide : opinio verò generata ex rationibus probabilibus potest stare. l. 3. d. 24. a. 2. q. 2.
323. Opinio assentit rationi probabili per se. l. 3. d. 24. a. 3. q. 3.
324. Experientia est principium scientiæ. *ibid.* q. 3. in argum.
325. Mutato objecto mutatur habitus : Verum est de objecto mutato secundum substantiam : non verò secundum accidens. l. 3. d. 25. a. 2. quaest. 1. ad 3.
326. Sicut una est summa veritas , sic una summa bonitas. l. 3. d. 27. a. 1. q. 2. in arg.
327. Sicut se habet rationalis ad verum , & irascibilis ad arduum , sic & concupiscibilis ad bonum. l. 3. d. 27. a. 1. q. 2. in arg.
328. In omni genere in quo contingit reperiri ordinem motorum , necesse est esse statum in uno. lib. 3. dist. 27. art. 1. q. 2. in argum. Vid. *Suprà.* n. 170.
329. Idem est motus in finem , & in id , quod est ad finem. l. 3. d. 27. a. 2. q. 1. ad 1.
330. Processus est ab inferioribus ad superiora , & imperfecti ad perfectum , non è converso. l. 3. d. 27. a. 2. q. 4. in arg.
331. Omne finitum est terminatum , & omne tale est mensuratum , & tale est modificatum. l. 3. d. 27. a. 2. q. 5. in arg.
332. Impossibile est aliquid moveri simul , & semel oppositis motibus. l. 3. d. 27. *ibid.* q. 6. in arg.
333. Sicut se habet oppositum in opposito , ita propositum in proposito in contrariis enim sequitur consequentia : verum est per se. l. 3. d. 28. a. 1. q. 3. ad 4. & l. 3. d. 30. a. 1. q. 5. ad 4. Vid. *Suprà.* num. 159.
334. Vbi est ordo ibi est aliqua distinctio , & proportio , sive commemoratio. l. 3. d. 29. a. 1. q. 1. ad 1. & 2.
335. Finis magis eligendus est quam media. l. 3. d. 29. a. 1. q. 2. in arg.
336. Si æqualibus unum addas , post additionem sunt æqualia : idem dic de inæqualibus : verum est si additum æqualiter respicit partes. *ibid.* ad 2.
337. Secundum ordinem naturæ humor procedit à radice ad ramos. *ibid.* q. 4. in arg.
338. Habitus scientiæ est per collationem causæ ad effectum , & per discursum , ratiocinationemque. l. 3. d. 31. a. 2. q. 3. ad 5.
339. Quanto virtus est magis unita , eo magis intensa. l. 3. d. 31. a. 3. q. 2. ad 1.
340. Nullæ formæ disparatæ ad invicem , & diversæ seiplas denominant : non enim dicitur musica est alba : verum est de prædicatione per causam , & essentiam , non per concomitantiam in subjecto simplici , quod potest reflectere se super se , & super omne quod est super se : hinc dicitur fortitudo est prudens. l. 3. d. 33. a. 1. q. 2. ad 3. V. *Suprà.* n. 282.
341. Virtus est æqualitas vitæ , undique rationi consentiens. lib. 3. distinct. 34. artic. 1. quaest. 2. ad 2. multipliciter definitur , & explicatur. l. 3. d. 34. p. 1. a. 1. q. 3.
342. Habitus scientiæ perficit intellectum : virtutum verò habitus perficit affectum. lib. 3. d. 33. a. 1. q. 5. in arg.
343. Vnaquæque res generatur , per quæ in esse salvatur. l. 3. d. 33. q. 5. fund. 2.
344. Quæ habent ortum ab eodem secundum speciem , sunt ejusdem speciei , ob univocationem causæ : verum est de iis , quæ generantur secundum generationem univocam. l. 3. d. 34. p. 2. a. 2. q. 1. ad 4. Item quæ habent diversas differentias essentielles , differunt essentialiter. l. 3. d. 34. p. 1. a. 1. q. 1. in fund.
345. Sapiens est , qui omnia novit secundum quod convenit. Item sapientia est cognitio altissimarum causarum. Item est idem quod Theosebia , & cultus divinus. l. 3. d. 35. a. 1. q. 1. corp.
346. Delectatio est conjunctio convenientis cum convenienti cum sensu ejusdem. l. 3. d. 35. a. 1. q. 1. corp.
347. Scire quod non est conjunctum operationi : parum aut nihil prodest ad virtutes. l. 3. *ibid.* q. 2. in arg.
348. Diversorum secundum speciem diversæ sunt perfectiones secundum speciem. l. 3. d. 36. a. 1. q. 6. ad 2. Verum est quoad esse primum.
349. Si duo sunt in diversis subjectis , unum non potest esse forma alterius verum est quoad informari essentielle : non verò quoad regi , seu assistentiam. l. 3. d. 36. *ibid.* ad 3.

350. Si duæ sunt species immediatè dividentes genus non possunt una esse forma alterius : verum est de esse primo , non de benè esse , & in comparatione ad proprium objectum. *ibid.* ad 4.
351. Formæ non est forma , nec perfectio perfectionis : verum est de forma per se ut forma , & perfectio : non verò secundum quod in se habet aliquam informitatem , & imperfectionem. *ibid.* ad 5.
352. Quædam sunt prohibita quia mala : quædam mala quia prohibita. l. 3. d. 37. a. 1. q. 3. in arg.
353. Quanto aliquid est universalius eo est prius : verum est aliquo genere prioritatis , non omnimodè. l. 3. d. 37. a. 2. q. 2. ad 2.
354. Signum est quod sensibus se offert. lib. 4. d. 6. p. 1. a. 1. q. 2. in arg. & hoc est aliud demonstrativum , scilicet rei præsentis : vel prænosticum rei futuræ : vel rememorativum , idest rei præteritæ. l. 4. d. 1. p. 1. a. 1. q. 2. ad 4.
355. Signum aliud naturale , aliud voluntarium. *ibid.* ad 5. & l. 4. d. 6. p. 1. a. 1. q. 2. in arg.
356. Idem est qui dirigit separando à termino , & inclinando ad terminum. lib. 4. dist. 1. *ibid.* q. 6. in arg.
357. Accidens corrumpitur aut corruptione subjecti : aut introductione contrarii. l. 4. d. 1. p. 2. a. 3. q. 3. in arg.
358. Omnis operatio egreditur à substantia mediante aliqua virtute. l. 4. d. 3. p. 2. a. 1. quæst. 2. in argum.
359. Sensus , & motus fluunt à capite in membra corporalia , & ab uno membro in aliud membrum. l. 4. d. 5. a. 2. q. 1. in arg. & ferm. 1. de lumin.
360. Omnis actio est per conjunctionem agentis. l. 4. d. 5. a. 3. q. 1. in arg.
361. Tria sunt in anima , potentia , passiones , & habitus. l. 4. d. 6. p. 1. a. 1. q. 1. in arg.
362. Quatuor species qualitatis enumerantur. l. 4. d. 6. *ibid.* q. 2. in arg.
363. Signum est quod sensibus se offert. *ibid.*
364. Assimilatio vel est per unius qualitatis participationem : vel per imitationem , vel per omnimodam indivisionem : 1. est inter creaturas : 2. inter creaturam , & Deum : 3. Dei ad Deum. *ibid.* ad 1.
365. Cujus est dispositio etiam est habitus : verum est de illa dispositione quæ fit habitus , non de aliis : habitus enim unius potentia disponit ad habitum alterius potentia. *ibid.* q. 3. ad 2. Vide *Dispositio*. n. 12. V. *Habitus*. n. 7.
366. Unum accidens est in uno subjecto : verum est si illud accidens non respiciat & ordinetur ad plura subjecta , ut gratia ad potentias animæ , ternarius ad tres homines. *ibid.* q. 3. ad 3.
367. Omnis passio quæ pluribus competit inest illis per aliquid commune. l. 4. d. 6. *ibid.* q. 4. in arg. V. *Suprà*. n. 143.
368. Quod potest in majus potest in minus : non est verum universaliter. Verum autem est , si ad utrumque per se ordinatur. l. 4. d. 6. p. 1. art. 1. q. 4. ad 3.
369. Accedente verbo ad elementum fit sacramentum : intellige si adsit intensio. l. 4. d. 6. p. 2. a. 2. q. 1. ad 1.
370. Mutationis non est mutatio , nec signi signum , nec relationis relatio verum est quando est pura mutatio , vel signum : sed quando habet aliam rationem fundandi non est verum. lib. 4. d. 8. p. 1. a. 1. q. 1. ad 1. & l. 4. d. 19. art. 3. q. 2. ad 1. Vid. *Motus*. n. 52. V. *Relatio*. n. 41.
371. Pronomen, Hoc, est demonstrativum rei præsentis , & existentis , non relativum : importatque demonstrationem non ut conceptam , sed ut exercitam , idest circa id quod est ibi actu. l. 4. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. in arg. & q. 2. ad 1.
372. Terminus supponens verbo de præsentis non habenti vim ampliandi supponit pro eo quod est actu. l. 4. d. 8. p. 2. a. 1. q. 1. in arg.
373. Subjectum , & prædicatum dicunt formas impossibiles , si tamen intercedit verbum substantivum præsentis temporis , est , dicit formarum simultatem. *ibid.*
374. Substantia potest separari à quantitate : tamen corpus vivum , & organicum ut tale non potest ab ipsa separari. l. 4. d. 10. p. 1. a. 1. q. 2. corp.
375. Individuum est hic , & nunc , & in loco definitivè. l. 4. d. 10. *ibid.* q. 3. ad 1.
376. Esse definitivè est superius ad esse circumscriptivè : esse dimensionè est æquari toti loco. *ibid.* q. 4. in arg.
377. Quod habet dimensionem est dimensionè in loco : verum est si sit ut locatum in loco. *ibid.* q. 4. ad 1.
378. Proprietates corporis aliæ ei competunt absolute ut corpus est : aliæ in ordine ad locum : primæ sunt inseparabiles à corpore ut sic : aliæ separabiles. *ibid.* qu. 4. ad 2.
379. Esse localiter est vel secundum præsentiam præcisè , vel secundum commensurationem. *ibid.* q. 4. ad 3. & l. 1. d. 37. p. 2. a. 1. per tot.
380. Esse conterminativè in loco est dupliciter , scilicet vel privativè , vel positivè. *ibid.* quæst. 4. ad 4.
381. Positio partium est duplex alia ipsarum in toto , alia in loco. *ibid.* q. 4. ad 2. & q. 5. ad 1.
382. Anima est in corpore , & omnibus partibus semel , quia est unum corpus licet in infinitum : corpus sit divisibile : quia in divisione continui est status naturalis quantum ad partes secundum formam. lib. 4. dist. 10. *ibid.* q. 5. ad 2.
383. Majus est justificare impium , quam creare cælum , & terram : verum est ratione libertatis. l. 4. d. 10. p. 2. a. 1. q. 1. ad 1. & l. 4. d. 17. p. 1. a. 1. q. 1. ad 2.
384. Illud est impossibilius , quod mens benè disposita difficilius judicat : verum est de vitiatoribus , quæ judicantur majora. l. 4. d. 10. p. 2. a. 1. q. 1. ad 2.
385. Major est virtus , quæ agit paucioribus mediis , & auxiliis. l. 4. d. 10. *ibid.* q. 1. in argum. & d. 11. p. 2. a. 1. q. 5. in arg.
386. Omne continens corpus , majus est vel æquale contento. l. 4. d. 10. *ibid.* verum est naturaliter , non supernaturaliter.
387. Si duæ magnitudines videntur in æquali spatio , major magnitudo videtur sub angulo majori : videre enim est secundum triangularem directionem radiorum : unde angulus fit circa pupillam oculi : basis est res visa. l. 4. d. 10. p. 2. a. 2. q. 2. in arg.
388. Visus non abstrahit à quantitate , quia est de ratione sensatorum. l. 4. d. 10. *ibid.* q. 2. corp.
389. In naturali mutatione est potentia materiæ , quæ non omnino tollitur : in supernaturali est potentia obedientiæ. l. 4. d. 11. p. 1. a. 1. quæst. 2. in argum.
390. Vbi est successio ibi est resistentia , quæ successio est in operatione ob præparationem , & inductionem proprietatum. lib. 4. d. 11. *ibid.* q. 5. in argum. & l. 1. d. 37. p. 2. q. ult.



391. Duo instantia immediata in mensura primi mobilis, in continuoque sunt impossibilia: in mensura verò reali, & secundum essentiam sunt possibilia: sic in ultimo instanti est panis, in alio sequenti est corpus Christi. l.4.d.11. ibid. q.5. corp. & l.4.d.17.p.1.a.2.q.1.
392. Ubi totum transit in totum est major unio, quàm ubi pars in partem. l.4.d.11.p.1.a.1.q.6. in argum.
393. Accidentis esse est inesse, idest vel secundum actum, vel secundum aptitudinem. l.4.d.12. p.1. a.1.q.1.
394. Definitio, & definitum non possunt separari: quomodo sit verum. l.4.d.12. ibid.
395. Sicut se habet esse ad ens, ita & inesse ad inhærens: quomodo sit verum. l.4.d.12. ibid. ad 3.
396. Albedo est lux incorporata, idest mixta vel cum corpore substantiali, vel cum quantitate. l.4.d.12. ibid. q.3. ad 3.
397. Quantitatis ratio est extensio partium in toto, non in ordine ad locum. l.4. d.12. ibid. q.3. ad 2.
398. In mutatione si remanet accidens, debet esse conveniens rei, quæ desit & quæ advenit. l. 4. d.12. ibid. q.3. in arg.
399. Accidentia naturalia consequuntur, & causantur à materia secundum esse, & extensa. l.4. d.12. ibid.
400. Omne accidens quod est in subjecto denominat illud vel simpliciter, vel secundum quid. l.4.d.12. ibid.
401. Ex his constamus ex quibus nutrimur. lib.4. d.12.p.1.a.2.q.1. ad 1.
402. Accidens cum substantia non occupat majorem locum. ibid. q.2. ad 4.
403. Sensus est susceptivus specierum præter materiam, tamen sub conditionibus materialibus hic, & nunc. l.4.d.12.p.1.a.2.q.3. in arg.
404. Si idolum, seu species relinqueretur in speculo, abstracto corpore moveret visum. ibid.
405. Rectum ut rectum tangit æneam spheram secundum punctum. ibid. q.3. in arg.
406. Species motiva sensus comparatur ad subjectum, ad medium, & ad organum. ibid. ad ult.
407. Formæ convenit esse hic, & nunc, & variatio ratione materiæ. ibid. in arg.
408. Corruptio per contrarietatem est naturalis. ibid.
409. Manducatio tria importat, masticationem, in ventrem traiectionem, & incorporationem. l.4.d.12.p.1.a.3.q.1. ad 3.
410. Divisio sequitur quantitatem. ibid. quæst. 2. in argum.
411. Privilegium meretur perdere qui concessa sibi abutitur potestate. l.4.d.13.a.1.q.1. in arg.
412. Omnis virtus est passio. l.4.d.14.p.1.a.1.q.1. ad 1.
413. Naturaliter prius est intentio ad terminum ad quem, quam separatio à termino à quo: verum est in eodem motu quo receditur, & acceditur & in corporalibus, non in spiritualibus. lib. 4. d.14.p.1.a.2.q.3. ad 5.
414. Perfectus Medicus perfectum largitur antidotum. l.4.d.14.p.2.a.2.q.2. in arg.
415. Instrumentum aliud separatum: aliud conjunctum. l.4.d.15.p.2.a.2.q.2. ad 4.
416. Omnis actus circa quem est magis, & minus diuturnum est successivus: item omnis forma, quæ habet partem, & partem inducitur successivè: item quæ habet contrariam dispositionem inducitur successivè: id debet intelligi ratione præparationis. l.4.d.16. p.1. a.3. q.1. ad arg.
417. Forma quæ est ab intrinseco habet contrarium in eadem materia: quæ venit ab extrinseco habet privationem: illa inducitur successivè: ista instantaneè: ut lux, & conversio facta à Christo aquæ in vinum. l.4.d.16. ibid. ad 4.
418. Delectatio est in instanti. ibid. q.1. in corp.
419. Intelligere nostrum est cum continuo tempore: idest verum ratione præparationis. ibid. ad 2.
420. Omnis actus collativus ab uno in aliud est successivus discursus: si vero est collatio, & comparatio simplex duorum est instantanea. ibid. ad 3.
421. Dolor est à præsentia disconvenientis: verum est de dolore illato, non de voluntariè assumpto: potest tamen esse etiam rei absentis, & præteritæ. ibid. q.2. ad 2.
422. Medicina alia est sanativa tantum: alia est præservativa, & alia meliorativa. l.4.d.16.p.1. a.3.q.2. ad 4.
423. In omni actu animæ, in quo potest proficere per assuefactionem & continuationem contingit intendi. l.4.d.16.p.1.a.4.q.1. in arg.
424. Quod intenditur id fit per accessum ad veram nominis impositionem quatenus participat illud nomen, idest in termino, vel per depurationem à contrario. l.4.d.16.p.1.a.4.q.1. ad 3.
425. Complacentia est plenus consensus. l.4.d.16.p.2.a.3.q.1. ad 3.
426. In omni mutatione est prius terminus à quo, quàm ad quem. l.4.d.17.p.1.a.2.q.1. ad 1.
427. Prius est natura illud à quo non convertitur consequentia secundum necessitatem. l.4. d.17. ibid. ad 2. ut animal, & homo, &c.
428. Anima non potest moveri simul diversis motibus per eandem potentiam: bene autem per diversas: intellige subordinatas. lib.4. d.17.p.1. a.2.q.2. ad ult.
429. Forum aliud Dei: aliud Ecclesiæ. lib.4. d.17.p.1.a.2.q.4. ad 3.
430. Præceptum affirmativum obligat semper, sed non ad semper: idest tantum ad aliquod tempus determinatum. l.4. d.17.p.2.a.2. quæst. 2. in argum.
431. In coordinatione prædicamentorum in rationalibus, & in ordine causarum in naturalibus quod reductio fit usque ad supremum per unum immediatum. lib.4. distinct. 19. art. 3. quæst. 1. in argum.
432. In corporalibus situs sequitur pondus: & cum corpus habeat inclinationes diversas sequitur naturam prædominantis. lib.4. dist. 20. p.1. a.1.q.6. ad 2.
433. Nihil statuendum, vel servandum in quo fiat præjudicium veritati. l.4.d.21.p.2. a.2. q.3. in argum.  
Item fraus, & dolus nemini debet patrocinari. ibid. & l.4.d.27.a.2.q.2. ad 4. Item nullus pro aliquo debet mentiri. l.4.d.21. ibid.
434. Privationes non recipiunt magis, & minus: verum est de pura privatione: non de illis, quæ non totaliter privant virtutem agendi: ut claudus, &c. Vel est verum ratione actus, vel habitus non ratione causarum, sic magis elongatur à visu, qui læsus est in nervo, in pupilla, & in humore crystallino, quam qui in altero tantum. lib.4. d.18. p.2.a.1.q.4. ad ult.

435. In habentibus symbolum facilius est transitus : duplex est symboleitas : alia quæ est via ad faciliorem transitum : alia quæ nullo modo est dispositiva : ut os est similius ossi, quàm humori, & tamen iste facilius convertitur in os, &c. l.4.d.20.p.1.a.1.q.4.ad 1. Vid. *Symbolum*. n.1.& 2. Vid. *Suprà*. n.200.
436. In legibus humanis servus manumissus redigitur in servitutem quando Dominum attrahat manu cruenta : vel alia enormi offensa. lib.4. d.22.a.1.q.2.ad 4.
437. In privativè oppositis tenet consequentia è contratio, non in ipso : sic in compositione, & resolutione : quod est primum in componendo est ultimum in resolvendo. l.4.d.22.a.3. quæst.1. ad 3.
438. In artificialibus nobilior est uti instrumento facto, quam ipsum facere. l.4.d.23.a.2.q.1.ad 2.
439. Eadem vis quæ præparat materiam inducit formam : verum est de forma quæ perficit illam præparationem. l.4.d.23.ibid.ad 3.
440. Ab eodem est unitas, à quo est perfectio. l.4. d.24.p.1.a.2.q.4.in arg.
441. Multiplicato inferiori multiplicatur superior : verum est in eo, quod habet naturam speciei, vel partis subjectivæ. l.4.d.24.ibid.
442. Numerus est unus per se constans partibus constitutivis. l.4.d.24.p.2.a.1.q.2. ad 3. & q.3. ad 2.
443. Ex pluribus differentibus formaliter, seu in actu non potest fieri unum per essentiam. ibid. q.3.ad 3. requiritur enim una pars, quæ se habeat sicut materiale. ibid. q.2. ad 3.
444. Quod potest in majus, potest in minus : verum est si minus includitur in majori. l.4. d.25. a.1.q.1.ad 4.
445. Nihil absolutum est in duobus subjectis. l.4. d.27.a.1.q.1.in arg.
446. Multiplicato superiori essentiali, intellige de specifico, multiplicatur inferiori. ibid. ad 1.
447. Nulla relatio est sensibilis nisi ratione fundamenti. ibid. ad 3.
448. Si relatio est inter extrema, denominatio debet fieri in eo, in quo est major dependentia : sic creatura respectu Dei. ibid. q.2.in arg.
449. Denominatio debet fieri à nobiliori. ibid. q.2.ad 1. Item ab eo, quod accidit, & potest abesse. ibid. ad 4. V. *Suprà*. n.244. & *infra*. 563.
450. Materia appetit formam, sicut mulier virum. l.4.d.27.a.1.q.2.ad 2.
451. Nihil est causa efficiens sui. l.4. d.27. a.2.q.1. ad 1.
452. Quando aliquid constat ex formali, & materiali, altero ipsorum deficiente, totum deficit. l.4.d.27.a.2.q.2.in arg.
453. Quod futurum est, non est. l.4. d.28. a.1. q.1.in arg.
454. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, sic secundum tempus vel secundum quid, ad secundum tempus : verum est si in utroque extremo currit paritas. l.4. d.28. art.1. q.2.ad 1.
455. Ubi unum est per alterum, ibi non est unum, sed duo : scilicet causa efficiens, & instrumentum. l.4.d.28.a.1.q.4.ad 3. Vid. *Suprà*. n.187.
456. Voluntarium est, cujus principium est in ipso cognoscente singula. l.4.d.30.a.1.q.1.in arg.
457. Plus habet de ratione involuntarii, quod fit per ignorantiam, quam per violentiam. lib.4. d.30.ibid.
458. Honestum est quod sua vi nos trahit. lib.4. distinct. 31. artic. 1. quæst. 1. ad 3.
459. Unius rei unus est finis, idest principalis. l.4.d.31.a.1.q.2. in arg.
460. Virtus non solum actum considerat, sed & circumstantias. l.4.d.32.a.3.q.2.in arg.
461. Jus naturale dicitur quod fiat alii, quod vult sibi fieri, & è converso. l.4.d.33. a.1. quæst.1. in argum.
462. Nullus in eadem causa esse potest actor, & Judex. l.4.d.35.a.1.q.3.in arg.
463. Quod semel benè definitum est, nulla debet iteratione retractari. Verum est de rigore juris non quantum ad favorem innocentis. l.4. d.35. a.1.q.5.ad 1.
464. Facilius frangitur amor socialis, quam naturalis. l.4.d.37.a.2.q.2.in arg.
465. Unius habitudinis, & relationis sunt duo extrema. l.4.d.40.in art.expos.
466. Omne animal diligit sibi simile, scilicet secundum speciem. l.4.d.40.a.1.q.2.ad 1.
467. Adoptare quid sit, & quis possit lib.4. d.42. artic.2.
468. Jus positivum non repugnat juri naturali. l.4. d.42.a.2.q.2.ad 1.
469. Anima habet naturalem appetitum ad corpus. l.4.d.43.a.1.q.1.in arg.
470. Perfectior est forma compositi, quam aliqua pars. l.4.d.43.ibid.
471. Ad perfectionem universi requiritur substantia spiritualis, & corporalis, & composita ex utraque. l.4.d.43.a.1.q.1.in arg.
472. Identitas rei venit ex identitate principiorum substantialium. l.4.d.43.a.1.q.4.in arg.
473. Propria forma non est nata fieri nisi in propria materia. l.4.d.43.a.1.q.3.in arg. & l.4. d.44. p.1.a.2.q.1.in arg.
474. Forma corrupta, & iterum generata non est eadem numero, sed specie. l.4.d.43.a.1.q.3.ad 1.
475. Omnis creatura agit non ex se ipsa, sed per aliquid sui immittendo virtutem, vel per aliquid intrinsicum, vel extrinsecum. l.4.d.43. a.1. q.4.ad 1.
476. Differentiæ essentialis rem diversificant & numero, & specie. l.4.d.43.a.1.q.4.ad 3.
477. An mortale, & immortale sint differentiæ essentialis. ibid.
478. Diversatum operationum diversi sunt termini, si ex æquo dividunt, non verò si una ad alteram ordinatur. l.4. d.43.a.1.q.4.ad ult.
479. A privatione ad habitum non datur regressus. ibid. q.5.in arg.
480. Quod natura producit est corruptibile, & fit successivè. ibid.
481. Natura est vis insita rebus ex similibus similia procreans. ibid.
482. Quod est in appetitu naturæ est naturale quoad se, non quoad executionem : beatitudo enim est in appetitu naturæ, tamen non potest naturaliter obtineri. ibid. q.5.ad 6.
483. Anima magis appetit materiam sui corporis, quam aliam, & quare. ibid. q.5.ad 6.
484. Anima quia est anima differt ab Angelo. ibid.
485. Lux est de substantia ignis, sicut flamma, & carbo. l.4.d.44.p.2.a.2.q.1.ad 3.
486. Corruptio alia dicitur decisio rei quantum ad esse substantiale : alia privatio bonæ dispositionis. l.4.d.44.p.2.a.3.q.1.corp.
487. Omne agens in aliquid agit per contrarietatem, imprimitque suam similitudinem in passio : verum est de actione naturali. ibid. q.2.ad 1.
488. Corpus

488. Corpus orbiculare naturaliter est aptum ad motum. l.4.d.48.a.2.q.2.in arg.
489. Ignis est completissimum elementorum. l.4.d.48.a.2.q.3. in arg.
490. Si aliquando duo communicant in aliqua natura, & non possunt convenire in eo, quod superadditum est naturæ illud, superadditum non inest secundum naturam in quam communicant. l.4.d.49.p.1.a.1.q.3.in arg.
491. Motus orbicularis est interminabilis ratione termini non ratione intentionis naturæ. lib. 4.d.48.a.2.q.2.ad ult.
492. Perfecta beatitudo est quies omnium desideriorum. l.4.d.49.p.2.a.1.q.1.in arg.
493. Corpus ut sit congruum organum animæ exigit debitam quantitatem, & qualitatem. l.4.d.49.p.2.a.2.q.1.in arg.
494. Corpus à terra habet obscuritatem, ab aqua passibilitatem, ab aère infirmitatem, ab igne animalitatem: calor enim consumit, ideo indiget alimonia. l.4.d.49.p.2.a.2.q.1.corp.
495. Anima ad corpus se habet ut perfectio vitalis, & ut motor. ibid.
496. In recipientibus magis, & minus quædam dicunt positionem & privationem simul. lib. 4.d.49.p.2.a.3.q.2.corp.
497. Summa delectatio potentia est in suo actu. ibid.q.1.in arg.
498. Omnis cognitio est per unionem cognoscibilis cum cognoscente. l.4.ibid.q.2.in arg.
499. Minus nobile non agit in magis nobile: verum est non simpliciter, sed secundum quid. l.4.d.49.p.2.a.3.q.2.ad 1.
500. Elementa quatuor operationes in corpus: 1. mixtionis quoad constitutionem: 2. ministerialis delatio caloris vitalis, estque conservativa: 3. ad dissolutionem ordinans, estque pugna: 4. exterioris impressionis per quam pugna oritur. l.4.d.49.a.3.q.1.in corp.
501. Compositum ex contrariis est corruptibile, scilicet quando contraria habent contrarios appetitus, & interminatos. ibid. q.1.ad 1.
502. Omne continuum est divisibile in infinitum: id verum est mathematicè, & per intellectum, non physicè divisione naturali. l.4.d.49.a.3.q.2.ad 4. Vid. *Suprà*. n. 121.
503. Pulchritudo est partium convenientia cum quadam coloris suavitate. l.4. d.49. a.2. princ. q.1.in arg. & op. Itiner. mentis cap.2.
504. Color est extremitas perspicui in corpore terminato; idest est lux incorporata per quatuor qualitates elementares. ibid. q.1.
505. Lux se manifestat illuminando, seque obijciendo oculis intuentium. l.4. d.49. a. 2. princ. q.2.ad 2.
506. Corpus non potest esse in pluribus locis ob finitatem, & plura corpora in eodem loco ob grossitatem, & corpulentiam. l.4.d.49.a.3.princ. q.1.ad 5.
507. Mensura duplex rerum temporalium intrinseca, & extrinseca. l.4.ibid.q.1.ad 4.
508. Tactus sensus qualiter importet corruptibilitatem, & qualiter non. l.4. d.49. p.2. a. 3. princ. q.2.ad argum.
509. Motus est endelichia, idest actus entis in potentia, unde attestatur imperfectioni vel propriae, vel alienæ. l.4.d.49.a.4. princ. p.1. ad arg. V. *Motus*. n. 1.
510. Habitus non cognoscitur per privationem: verum est de privatione omnimoda, non de disponente. l.4.d.49.p.1.att.1. q.2. ad argum.
511. In omni potentia cognoscitiva est intellectus agens, & possibilis. l.4.d.50.p.2.q.1.in arg.
512. In omni potentia, vel natura est aliquid quo est fieri, & aliud quo est facere, idest activum, & passivum. l.4.d.50.p.2.a.1.q.1.corp.
513. Per intellectum anima separata cognoscit res sub conditionibus materialibus præsentate materia, quodque est sensus exterioris, & res sub conditionibus materialibus absente materia, quod est imaginationis, & eas etiam cognoscit abstractis omnibus materialibus. l.4.d.50. ibid.
514. Intellectus secundum unam vim ordinat totam lineam prædicamentalem ascendendo, & descendendo. l.4.d.50.ibid.ad 4.
515. Opposita comparata adinvicem magis elucescunt & decorant universon. ibid. quæst.3.in argum.
516. Lex debet esse honesta, iusta, possibilis, secundum naturam; & secundum patriæ consuetudinem loco, temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta que. op. Princ. S. Script.
517. Intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus noctuæ ad lucem solis. op. Princ. S. Script.
518. Metaphysica inter scientias naturales est nobilissima, quia est de ente ut ens, idest secundum omnem entis differentiam. ibid.
519. Locus ab auctoritate concludens infirmus, & inartificialis dicitur, excipe auctoritatem divinam. ibid.
520. In scientia præcognoscendum est quid nominis & rei, & quia est, debetque supponi subjectum. ibid. & serm. 5. Hex.
521. Omne quod incipit, id fit vel per motum, vel per mutationem. ibid.
522. Mathematica est nobilissima ob certitudinem: Moralis ob utilitatem finis: scientia de anima ob nobilitatem subjecti. ibid.
523. Phisicus considerat duplex medium majoris, & minoris mundi, scilicet Solem, & Cor. ser. 1. de Lumin.
524. Sermo datus est ut præsto fiant mutæ voluntatis indicia; idest ut exprimamus quæ apud nos sunt. serm. 1. de Lumin.
525. Principia cognoscimus in quantum terminos cognoscimus, & hoc virtute luminis naturalis à Deo in anima inditi. serm. 3. de lumin.
526. Res veræ sunt quando sunt in re, vel in universo, sicut sunt in æterna. serm. 3. de lumin.
527. Veritas est triplex, scilicet rerum, signorum seu vocum, & morum: rerum est divisio entis, & esse: vocum est adæquatio vocis, & intellectus: morum est rectitudo vivendi. serm. 3. 5. & 6. de lumin.
528. Ens dividitur in substantiam, & accidens: in universale, & particulare: in potentiam, & actum: in unum & multa: in simplex, & compositum: in causam, & causatum. serm. 3. de lumin.
529. Omnis potentia activa conjuncta est passivæ in creatura: ambæque fundantur super principia diversa. serm. 3. Hex.
530. Ars est habitus cum recta ratione factivus. serm. 5. Hex.
531. Tyrannus differt à vero Principe, quod ille quærit propriam utilitatem: Principes vero commodum commune. serm. 5. Hex.
532. Omnis cognitio fit ex præexistenti cognitione. serm. 5. Hex.

533. Regula perspectivæ per quam cognoscitur modus quo fit Eclipsis. ferm. 20. Hex.
534. Quando aliquod agens plus invenit de sua similitudine ibi plus operatur : sic Sol in auro. ferm. 1. de plur. Mart.
535. Quanto nobilior est materiæ præparatio, eo nobilior forma inducitur. ferm. 1. de plur. Mart.
536. Omnis virtus, quæ in suum susceptibile efficaciter agit, excludit omne sibi contrarium. ferm. 1. de plur. Mart.
537. Omne contrarium ad præsentiam sui contrarii concitatur, & fortius operatur. ferm. 3. de plur. Mart.
538. Quando aliquod unum inest duobus, inest eis secundum aliquam rationem communem. ferm. 1. de plur. Mart.
539. In spherico corpore quicquid est in corpore est in medio. Pl. 73.
540. Medium cum amissum fuerit in circulo, invenitur per duas lineas oethogonaliter intersectas. ferm. 1. Hex.
541. Virtus motoris defertur simul cum lapide projecto. l. 2. d. 3. 1. a. 1. q. 4. corp.
542. Major univocatio in specie, quàm in genere. l. 2. d. 3. 1. a. 1. q. 1. ad 6. Vid. *Univocum*. n. 2.
543. Sensibile nominat substantiam, & potentiam: 1. modo non est quid distinctum à rationali. l. 2. d. 3. 1. a. 1. q. 1. ad 6.
544. Creatio, & generatio non tollunt invocationem. l. 3. d. 3. 1. ibid.
545. In omni augmentatione oportet prius intelligere quid per nomen dicatur tanquam quid præcognitum necessarium ad cognoscendas rei proprietates. l. 2. d. 24. a. 2. q. 1. in fine.
546. Alia est actio quæ respicit passum ut totalem terminum ut percutio te : alia quæ respicit ultra passum alium terminum, ut doceo te grammaticam. l. 1. d. 15. p. 1. q. 2. ad 4.
547. Lumen candelæ factæ ex serpentis pinguedine paleæ videntur serpentes. l. 2. d. 8. p. 1. a. 1. q. 3. corp.
548. Omne corpus perspicuum luminosum in quolibet puncto sui dirigit unam lineam radiosam in centrum: hinc quanto una linea est alteri vicinior est potentior in suum effectum. ferm. 1. de B. Virg.
549. Summum jus, summa injuria : justitia enim attenditur per accessum ad medium : si enim excedit est vitiosa. lib. 4. d. 46. a. 2. q. 1. ad ultim.
550. Habitus si perditur non potest recuperari idem numero. Idem tamen homo si vivificatur est idem homo : aliud enim est recuperare : aliud vivificare : primum respicit esse : 2. ordinationem ad esse. l. 4. d. 14. p. 2. a. 2. q. 3. ad 3.
551. Numerus venit ex divisione continui: verum est de corporibus in genere entis, non in genere mobilium. l. 2. d. 14. p. 2. a. 1. q. 1. ad 1.
552. Quæ differunt genere differunt essentia, & unum de altero non prædicatur essentialiter. l. 1. d. 3. p. 2. a. 2. q. 3. in arg.
553. Verum, & bonum convertuntur quomodo sit verum. l. 1. d. 46. a. 1. q. 4. ad arg.
554. Si unum est causa alterius convertibilium non requiritur quod sit causa alterius. l. 1. d. 4. 1. a. 1. q. 1. ad 5.
555. Excellens sensibile corrumpit sensum quomodo intelligendum. l. 1. d. 1. a. 2. q. 1. ad 1.
556. Omnis potentia appetit uniri suo objecto. l. 1. d. 1. a. 2. q. 1. ad 1.
557. Melius est subesse superiori, quam præesse inferiori quomodo verum. l. 3. d. 5. a. 2. q. 2. ad 2.
558. Si duobus contrariis est reperire alterum extremorum & medium necesse est ponere alterum extremum. l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. q. 1. in arg.
559. Operatio consequitur speciem. l. 4. d. 44. p. 2. a. 2. q. 1. ad 4.
560. Ex nihilo nihil fit, quomodo sit verum. l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 1. ad arg. Vid. *Nihil*. n. 2.
561. Natura non deficit in necessariis quomodo sit verum. l. 2. d. 29. a. 1. q. 2. ad arg. & a. 3. q. 2. in argum.
562. Si duo sunt inseparabiliter unita, ubi est unum ibi est alterum. Verum est quando unum non excedit alterum : unde Christus ut homo non est ubique: sic ubi est genus ibi non est species. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. q. 1. ad 5.
563. Denominatio fit à nobiliori : est vera tantum in eo, in quo minus dignum conformatur digniori : unde fallit in copulativa propositione in qua totum destruitur destructione cujuslibet partis : quare si una pars est falsa totum copulatum est falsum, si contingens & temporalis, &c. sicque denominationem habet ab imperfectiori. l. 1. d. 14. a. 1. q. 1. ad 5. & 6. Vid. *Suprà*. n. 244. & 447.
564. Christus quod semel assumpsit, nunquam dimisit. l. 3. d. 5. a. 2. q. 5.

*Mechanica.*

1. Mechanicæ artes sunt septem, lanificium, armatura, agricultura, venatio, navigatio, theatra, & medicina. op. de reduc. Vid. *Fabrilis ars*. n. 1. V. *Ars*. n. 9. V. *Medicina*. n. 2.
2. Mechanicæ artes adinventæ sunt ad excludendam indigentiam, seu tristitiam hominum: item ad ipsorum commodum : ob id dicuntur artes serviles. op. de reduc. art.

*Mechia.*

1. Mechia. Vid. *Mæchia*.
2. Mechæ fides data uxori alterius ipsam ducendi post mortem viri non tenet. l. 4. d. 35. dub. 5.
3. Mechæ peccatum expenditur. op. diæt. sal. t. 3. cap. 5.

*Medea.*

Medea occidit filium. l. 2. d. 6. a. 1. q. 2. ad ult.

*Mediatum, Mediator.*

1. Mediatè, & immediatè, seu mediatum, & immediatum principium quot modis. l. 1. d. 12. a. 1. q. 3. ad 1.
2. Mediatum, & immediatum an sint opposita. l. 1. d. 12. ibid.
3. Mediator dicit medium, idest convenientiam cum extremis, & reconciliationis officium. l. 3. d. 19. a. 2. q. 2. corp.
4. Christus quomodo sit mediator inter Deum, & homines. l. 3. d. 19. ibid. V. *Christus Redemptor*, & *Mediator*.
5. Angeli boni non dicuntur Mediatores inter Deum, & hominem : mali vero dicuntur inter Deum, & malos, & quare. l. 3. d. 19. ibid. ad 5. Vid. *Angeli varia*. n. 73.

*Medicamentum : Medicare : Medicina.*

1. Medicina alia est curativa : alia præservativa : alia confortativa: alia restaurativa, seu meliorativa. l. 4. d. 16. p. 1. a. 3. q. 2. ad 4. & op. stim. div. am. l. 1. c. 1. & l. 4. d. 2. dub. 1. Vid. *Cura*. n. 3. V. *Morbis*. V. *Infirmis*.
2. Medicinæ ars est mechanica. op. de reduct. art. Continet in se artem conficiendi electuaria, unguenta. op. de reduct. art. Est scientia practica habens certitudinem in universali, incertitudinem

- dinem in particulari ob varias circumstantias. l.4.d.20.p.2.dub.3. Vid. *Ars*. n.9.
3. Medicina corporalis licet non possit plures effectus causare in subiecto, ut præservare, & curare ab eodem malo : potest tamen medicina spiritualis. l.2. d.27. a.1. q.1. ad 4. Fortius agit ubi invenit majorem dispositionem. serm.1. de plur. Mart.
  4. Medicina & morbus debent esse differentis naturæ. l.3. d.12. a.1. q.1. ad 1. Non est sumenda quando Sol est in signo Leonis. serm. 10. de Apostol.
  5. Medicinæ, & Medici laus est, quod medicina habeat suaviratem in usu, & efficaciam in effectu. l.4. sent. Procem.
  6. Infirmus non statim tenetur consulere medicum, & maxime si aliam viam videat curationis, vel si expectat tempus magis congruum. l.4.d.17.p.2.a.2.q.3.ad 3.
  7. Vulnus aperiendum est medico etiam in locis occultis, sic & peccata Confessario. lib.4. d.17. p.2.a.1.q.1.ad arg.& serm.1.de S.Marco.
  8. Cognitio infirmitatis corporalis dirigit medicum, nocetque si non adsit morbus, non sic medicina spiritualis. l.4.d.21.p.2.a.1.q.2.ad ult.
  9. Medicus infirmus querit medicum non ut medicus, sed ut ægrotus. l.4.d.19.a.3.q.2.ad 1.
  10. Medicus fallus in tribus deficit : 1. in falsa promissione : in mora in sanando : & in incisione ferri, in Ps.118.n.141.
  11. Medicina quædam nihil juvat sine scamonea : sic merita nostra sine Passione Christi. Ps.158. num.153.
  12. Medici vulnera curantis actiones describuntur tam corporaliter, quam spiritualiter. Ps.118. num.161.
  13. Medicus honorandus est honore munerum, non verborum. in Luc.c.8.n.44.
  14. Medicinæ ars nihil potest sine adjumento naturæ. in Luc. c.8. n.44. Ipsa non efficit sanitatem, sed adjuvat naturam. l.4.d.5.a.3.q.1. ad 2.
  15. Ars Medicorum laudabilis est, quando sequitur divinam potentiam, & naturam abstractam : vituperabilis est quando non considerat naturam, vel non apponit divinam gratiam. in Luc.c.8.n.44.
  16. Medicus debet primo curare ut infirmus purget conscientiam per pœnitentiam, ut cessante causa cesset effectus. serm.3. Dom.5. post Pent.
  17. Medicina bona malos humores, & morbos expellit. op. diæt. sal. t.6. c.1.
  18. Medicus indiget diligenti examine in curando. op. apol. in adv. Ordin. min.
  19. Medicina est scientia sani, & ægti. l.4.d.18. p.1.a.1.q.2. in corp.
  20. Medicinæ duplex modus curandi, scilicet per medicamenta lenientia, & aspera. l.4.d.18.p.2. a.1.q.1. in corp.
  21. Medicina amara est magis proficua, quam dulcis : sic & amygdalus amara : sic pœnitentia. serm.2. de S. Agnete Virg.
  22. Christus est medicus animarum, & corporum. Vid. *Christi attributa*. n.49. seq. & ser.3. Dom.14. post Pent.
  23. Medicamenta spiritualia infirmitatum nostrarum animarum sunt sacramenta Ecclesiæ, Sanguis Christi, &c. Vid. *Christi attributa*. n.53. seq. Christus Medicus, & procem. in lib.1. & 4. sent. & serm.3. Dom.14. post Pent. & op. Brevil. p.6.c.3. & op. diæt. sal. t.6.c.1. & l.2. d.2. dub.1. & serm.3. Dom.2. Epiph. & serm.7. Dom.1. Adv. Sanguis Christi quale medicamentum. V. *Christi attributa*. n.62. seq. V. *Contritio*. n.31. Vide *Homo ad Deum*. n.102.
  24. Confessarii sunt Medici spirituales animarum, qui indigent diligenti examine. op. Apol. in advers. Ordin. Min. q.3. & l.4.d.17.p.2.a.1.q.1. ad 4. V. *Confessarius*. n.23.
  25. Verbum Dei est medicina animæ. sermon.3. Dom.2. Epiph.
  26. Medici per aspectum faciei judicant qui sunt cholericus, melancholicus, sanguineus, flegmaticus. serm.1. de S. Greg. Pap. interior enim dispositio humorum colorat faciem exterius, sibi que æquè assimilatur. ibid.
  27. Medicina spiritualis est contritio. serm. 10. in Rogat. Christus est Medicus. ibid. est pœnitentia. Vid. *Pœnitentia varia*. n.25.
  28. Medicina aliqua dicitur sanare efficiendo tantum sanitatem : aliqua judicando tantum ut sudor : aliqua efficiendo, & signando simul, ut exercitatio. op. Comp. Theol. l.6.c.4.
  29. Sanatio provenit à Deo auctoritative : à medicina effective : à dieta conservative : à medico ministerialiter. ibid.
  30. Medicamentum spirituale est Baptismus. Vide *Baptismi effectus*. n.4.
  31. Medicus digitus. Vid. *Digitus*. n.1.
  32. Medicina animæ est gratia. Vid. *Gratia gratis data*. n.110.
- Medietas. Vid. *Medium*.
- Meditari.*
1. Meditari est secreta scrutari. Ps.118.c.8. v.5.
  2. Meditatio continet quatuor actus, scilicet cogitationem, idest cognitionem : voluntatem, idest desiderium : deliberationem, idest propositum, & votum, idest promissionem. Psalm.118. num.92.
  3. Meditationis finis est acquisitio sapientiæ, justitiæ, & doctrinæ. Ps.118. cap.3. v.15. & op. de prof. relig. l.2.c.58.
  4. Meditationis materia est de triplici mysterio, scilicet allegorico, pro credendis : tropologico pro operandis, & anagogico pro sperandis. Ps.118.c.7.v.1. & op. Solil. præfat. Item potestatem, veritatem, & bonitatem Dei meditari debemus. Ps.118.c.8.v.5.
  5. Meditatio suspendit mentem respectu superiorum : succendit respectu interiorum, & defendit respectu inferiorum. Ps.118.c.2.v.8.
  6. Meditationem præcedit lectio, oratio consequitur : lectione loquitur nobiscum Deus : meditatione loquimur Deo : oratione rogamus Deum. Psalm.1.
  7. Ad meditationis profectum facit compunctio, compassio, & consolatio. Psalm.118. cap.10. vers.3.
  8. Meditatio vulnerum Christi suadet ob multiplicem fructum. in Joan. c.19. n.34.
  9. Meditatio pars contemplationis. serm.4. Dom. infr. oct. Epiph.
  10. Meditatio vitæ Christi quanta bona ponat in anima. op. medit. vit. Procem. & cap.99. ibid. & ser.2. de S. Laurentio.
  11. In meditatione quænam præsentia præfigenda ad Christi opera. op. medit. ibid.
  12. Meditatio sacrorum est refectorium spirituale animæ. op. de don. scien. c.4.
  13. Meditatio novissimorum Mortis, judicii, æternitatis, inferni utilissima. op. Solil. c.4.

14. Meditatio est secundum iter, seu mansio in via Dei, sicut prima mansio est recta intentio: qualiterque exercenda per suos gradus. op. de 7. Itin. æt. it. 2. d. 1. & seq. & op. Incend. am. per totum.
15. Meditationis magnalia, & mirabiles fructus enarrantur. op. de 7. itin. æt. it. 2. per tot. & op. Incend. ibid.
16. Meditationes pro vita purgativa, illuminativa, & perfecta quales, op. Incend. am. c. 1. & seq.
17. Meditatio oritur ex cogitatione. Vid. *Cogitatio*. n. 17.

*Medium.*

1. Medium est duplex, scilicet colligantia per quod extrema ununtur ad invicem, & congruentia: 1. est per unionem physicam. l. 3. d. 2. a. 3. q. 1. in corp. Item multiplex. opusc. Comp. Theol. l. 7. c. 26.  
Item aliud est disponens: aliud efficiens. l. 1. d. 3. a. 1. q. 3. ad 2.  
Item aliud est secundum dignitatem naturæ: aliud influentia. l. 2. d. 1. p. 2. a. 2. q. 2. ad 1.
2. Medium magis unitur extremis, quam extrema ad invicem. l. 3. d. 2. a. 3. q. 1. in arg. & l. 2. d. 26. q. 2. in arg.
3. Medium dicit convenientiam cum extremis. l. 3. d. 19. a. 2. q. 2. in corp. & l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 3. ad 2.  
Participat naturam extremorum. l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad 1.
4. Medium inter duas res dicitur tripliciter, aut quod secundæ naturæ in tertiam convenient: aut duæ naturæ in una persona, ut in Christo aut proprietates utriusque in una persona: Christus est medium secundò, & tertio modo. l. 3. d. 19. a. 2. q. 2. corp.
5. Medium in moralibus non participat naturam extremorum, quæ sunt vitiosa: benè autem in naturalibus. l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad 1.
6. Medium syllogismi, seu medius terminus dicitur argumentum etiam, in quo consistit tota vis illationis. l. 3. d. 23. a. 1. q. 5. ad 2. & serm. 3. de lumin.
7. Medio sublato solvuntur extrema. l. 3. d. 21. a. 1. q. 2. ad 1.
8. Medium in moralibus non stat in puncto, sed habet latitudinem; est enim multiplex inter extrema, scilicet vitium, & virtutem: unde magis, & minus variat speciem. l. 3. d. 26. a. 2. q. 1. ad 3. Vid. *Maxima*. n. 158.
9. Medium uniens est duplex: aliud quod facit distare, aliud proximare. l. 3. dist. 31. a. 3. q. 1. ad ultim.
10. Medium virtutum est vel excellentiæ, vel sufficientiæ. l. 3. d. 34. a. 1. q. 3. ad 4.
11. Medium videndi Dei duplex. l. 4. dist. 1. part. 1. dub. 9.
12. Medium esse & mediatorem non est idem. l. 3. d. 19. a. 2. q. 2. in corp.
13. Medium in naturalibus est in eodem genere cum extremis. l. 3. d. 23. a. 1. q. 1. ad 1.
14. Medium aliud est essentiæ: aliud intelligentiæ, seu speciei intelligibilis. l. 1. d. 27. p. 2. a. 1. q. 1. ad ult. & l. 1. d. 3. p. 1. a. 1. q. 3. ad 2.
15. Medium operandi quodnam. l. 2. d. 2. p. 2. a. 2. q. 2. ad 2.
16. Medium terræ seu centrum est terra. serm. 1. de lumin.
17. Medium terræ est infernus, l. 4. d. 44. p. 2. a. 1. q. 2. ad ult.

18. Medium terræ in quo Christus operatus est salutem est humilitas & crux. sermone primo de lumin.
19. Ad medium terræ Christus descendit, scilicet ad humanitatem: item ad superficiem, ad profundum inferni, &c. serm. 1. Hex.
20. Christus est medium omnium scientiarum, scilicet essentiæ, ob metaphisicam, naturæ ob phisicam, distantia ob mathematicam, doctrinæ ob logicam, modestiæ ob ethicam: justitiæ ob politicam, concordia ob Theologiam. ser. 1. de lumin. V. *Christus mediator*. V. *Christi attributa*. n. 10. seq.
71. Quomodo perfectionem suam appetit. l. 2. d. 28. a. 2. q. 3. ad arg.
72. Natura agens an sit præstantior patiente. l. 3. d. 16. a. 1. q. 1. ad arg.
73. Naturale non assuefcit in contrarium. l. 2. d. 39. dub. 3.
74. Quod inest alicui naturaliter veriori modo inest, quam quod accidentaliter. lib. 2. dist. 39. dub. 3.
75. Naturalis potentia tripliciter dicitur. l. 1. d. 3. p. 2. a. 1. q. 3. in corp.
76. Circa naturalia nullus maior error, quam vni contrario attribuere suum contrarium, vt albo nigrum, bono malum. lib. 4. d. 25. a. 1. q. 4. in arg.
77. Naturalis: hic terminus magis importat habitudinem principij, quam formæ, vt filius naturalis. l. 3. d. 8. a. 2. q. 3. corp. & l. 1. d. 16. art. 1. q. 2. ad 5.
78. Naturalia vulnerantur quantum ad finem ad sensualitatem, & ad carnem. Pf. 30. & Pf. 118. c. 1. v. 4.
79. Natura humana est domus, quæ ob peccatum fuit spoliata. Pf. 118. c. 1. v. 4.
80. Natura nihil potest sine divina potentia: sicut nec ars sine natura maxime in medicina. in Luc. c. 8. n. 43.
81. Naturæ peccatum est quando deuiat à debito fine, vt quod homo generatur ex duobus capitibus. op. de tern. pec. c. 7.
82. Naturaliter vivere est cælestem vitam ducere: op. Solil. c. 2.
83. Virtus naturalis, vitalis, & animalis: item Spiritus naturales quænam sint, & vbi resideant in corpore humano, & quos effectus pariant. op. Comp. Theol. l. 2. c. 41. V. *Spiritus*.
84. Virtus naturalis est motiva humorum medianibus arterijs, & venis, quæ radicanur in hepate. op. Comp. Theol. l. 2. c. 41.
85. Naturalis Philosophia est triplex, scilicet Phisica, Mathematica, & Metaphisica. op. Princ. S. Script.
86. Natura abhorret vacuum. ser. 2. de vno. S. Doct.
87. Natura nobis dicat Deum amandum. serm. 8. de Apoft.
88. Duplex natura in homine, scilicet corporalis, & spiritualis. ser. de S. Agnete.
89. Natura est vnus Deus: participatiue verò possunt esse plurimi. ser. 9. de Apoft.
90. Naturæ vita, & gratiæ qualis. serm. 5. de plur. Marr.
91. Naturaliter omnes homines scire desiderant. ser. 5. ibid. & ser. 4. de vna S. Virg.
92. Natura instituta est status innocentie, & quænam ad ipsam spectant. lib. 2. dist. 20. & seq.
93. Natura, & voluntas in Deo quomodo se habeant. l. 1. d. 13. a. 1. q. 3. ad 2.
94. Natura, & substantia intellectualis est per prius in Deo, quam in creaturis. l. 1. d. 25. art. 2. q. 2. in arg.
95. Natura dicitur forma vniuscuiusque completa in ordine tamen ad operationem: in se enim considerata dicitur essentia: at in ordine ad nostram cognitionem dicitur species, seu si-

militudo. l. 1. d. 3. 1. p. 2. dub. 4.

96. De naturæ legis sacrificijs. l. 4. d. 1. p. 2. a. 1. q. 3.

97. Naturale dictamen. V. *Dictamen*.

*Navalis.*

Navalis ars est mechanica inventa ad commodum hominis, sub qua continetur omnis mercatura. op. de reduc. art. V. *Mechanicus*. V. *Ars*.

*Naufragium.*

Naufragium humanæ naturæ fuit factum in Adam, à quo liberatur per baptismum, & poenitentiam. l. 4. d. 14. p. 1. dub. 1.

*Navicula. Navis. Navigans.*

1. Navis mysticè alia est vterus Virginis, alia Ecclesiæ: Item & superbia. Pf. 106. Ad alia etiam applicatur. in Io. c. 6. n. 19. & ser. 2. Dom. 3. Epiph. & ser. 1. Dom. 4. Pent. Est anima. V. *Anima ad Deum* n. 4. V. *Ecclesiæ*. n. 23. & 60. V. *Maria Epitheta*.

2. Navis quot modis periclitari possit. Pf. 34.

3. Motus Nautæ in navi est per accidens.

4. Nauta Christus. V. *Christi varia*. n. 44.

*Nazarenus.*

Nazarenus interpretatur floridus. Vid. *Floridus*. num. 1.

*Nazareth.*

Nazareth conditiones. in Io. c. 1. n. 46.

*Nazareus.*

Nazarei radebantur, & significabant Clericos legis gratiæ. l. 4. d. 24. p. 1. a. 1. q. 1. V. *Christi varia* num. 173.

*Nebula.*

1. Nebula est id quod ex nubibus aquam pluentibus relinquitur, signumque est serenitatis. op. Comp. Theol. l. 2. c. 9.

Quomodo differat à pluvia. V. *Pluvia*. n. 2. Quid differt à nube. op. Comp. ibid.

2. Nebulam sicut cinerem spargere est cogitare vitam nostram in cinerem resoluendam. ser. 2. in die cin.

3. Gloria Dei in nebula Christus in Eucharistia. V. *Christi varia*. n. 243.

*Necessitas.*

1. Necessitas multiplex. l. 1. d. 6. a. 1. q. 1. & l. 1. d. 38. a. 2. q. 1. ad arg. & l. 1. d. 47. q. 1. in corp. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. ad arg. & l. 2. d. 25. p. 1. a. 1. q. 2. corp. & l. 3. d. 12. a. 2. q. 1. ad arg. & op. de prof. relig. l. 2. cap. 24.

2. Necessitas item duplex: alia absoluta, alia respectiva: prima dicitur consequentis: secunda consequentiæ. l. 1. d. 38. a. 2. q. 1. ad 1. & l. 3. d. 11. a. 1. q. 3. ad vlt. & l. 3. d. 16. a. 1. q. 3. & l. 2. dist. 17. dub. 1. & l. 4. d. 7. a. 3. q. 2. in corp.

3. Item dividitur secundum quadruplex genus causarum. l. 3. d. 16. a. 1. q. 3. corp. & Pf. 93.

4. Necessitas est effectus causæ totalis, non verò vbi est concausa. l. 1. d. 38. ibid.

5. Qualem necessitatem inferat Dei præscientia. l. 1. d. 38. a. 2. q. 1.

6. Necessitas alia est à principio disconueniente, vt est violentia, & coactio: alia à principio deficiente, vt in homine cibatio, mors: alia est ex principio conueniente, & sufficiente, vt est necessitas immutabilitatis. l. 1. d. 6. a. 1. q. 1. & l. 2. d. 7. p. 1. a. 2. q. 2. ad arg. & q. 3. ad 1.

7. Necessitas locutionis in Angelis, & in homine qualis. l. 1. d. 9. dub. 7.

8. Quænam necessitas opponitur libertati, & quænam non. lib. 2. distinct. 7. part. 1. art. 2. quæst. 2. ad 3. & quæstione 3. ad 1. V. *Contingens*. Vid. *Libertas*.

Y y

9. Necef

9. Necessitas alia est invertibilitatis, scilicet coactionis, & prohibitionis, alia immutabilitatis. l.2.d.7.p.1.a.2.q.2.& 3.& d.25.p.2.q.2.& 3.corp. & l.3.d.12.a.2.q.1. ad 5.& l.3.d.16.a.1.q.3. & l.3.d.20.a.1.q.1.corp. & in Sap.cap.19. n.4. & Psalm.40.
10. Necessitas propriè non potest tendere in oppositas partes. l.2.d.38.a.2.q.1.
11. Necessarium, & voluntarium quomodò non possunt stare simul. l.3.d.16.a.1.q.3. ad ult. An ex opposito dividantur. l.2.d.25.p.2.a.1.q.2.ad arg. Nota necessarium hic stat pro naturali.
12. Necessarium aliud est ex indigentia, ut comedere: aliud ex sufficientia ut luci diffundere radios. l.3.d.18.a.2.q.2.ad 5.
13. Necessitati miserorum succurritur vel ob justitiam, vel ob misericordiam. l.3.d.33. dub.1.
14. Necessarium est à natura, quæ necessariò agit. l.4.d.43.a.1.q.5. ad 3.
15. Necessitas in rebus corruptibilibus qualis. Ps.118.c.6.v.9.
16. An necessarium à contingenti causari possit. l.3.d.11.a.1.q.3. ad 4.
17. Necessarium dicitur dupliciter vel secundum vitæ antecedentem, vel secundum communem modum vivendi. l.4.d.15.p.2.a.2.q.1.ad arg.
18. An nullum necessarium à voluntario pendeat. l.2.d.14.p.1.a.3.q.2.ad arg. & l.2.d.30.a.1.q.2.ad arg.
19. Necessitas alia est ab actu voluntario, alia est coacta, op. de prof. relig. l.1.c.24.
20. Triplex necessitas orandi expenditur. ser.3. in Rogat.

*Necromantia.*

Necromantia est divinatio in cadaveribus mortuorum. op. Cent. p.1. sec.29. V. *Mantia*. Vid. *Divinatio*. n.2.  
Nectere. V. *Nexus*.

*Negatio.*

1. Negatio potest sumi vel extra genus, vel in genere: vel partim in genere & partim extra genus: prima propriè facit cōtradictionem. l.1.d.28.a.1.q.1.in corp.
2. Negatio cum constantia subiecti ponit in subiecto summam nobilitatem, ut ingenitus in Patre. lib.1.d.28.a.1.q.1. ad 1. Vid. *Maximum*. num.37.  
Negatio privativa cum constantia subiecti æquipollent termino purè privativo. l.1.d.13.a.1.q.4.ad 4.
3. Negationes extra genus è contrario se habent affirmationibus. l.1.d.28.a.1.q.1.ad 3.
4. Negatio nec distinguit, nec distinguitur, nec includit imperfectionem. l.1.d.28.a.1.q.1.
5. Negatio quomodò est nobilior privatione. l.2.d.3.p.2.a.1.q.1.ad 2. V. *Privatio*.
6. Negatio plus tollit, quam affirmatio, & quomodò. l.3.d.11.a.2.q.2.& 3. ad arg.
7. Negatio præposita signo universali facit æquipollere particulari negativæ: ut non omnis, idest aliquis: postposita facit sensum universalis negativæ. l.3.d.39.a.2.q.1.corp.
8. Negatio postposita relativo, relativum non confundit: ut Filius non est Pater. lib.1.d.4. dub.3.
9. Negationes an sint licitæ Christianis. l.4.d.16.p.1.dub.15.
10. Causæ cur sæpè homo negat ore, quod fateretur in mente: sunt timor, impotentia, negligencia, & mala voluntas, seu cauteriata conscientia. Ps.115.

11. Negatio totum destruit: unde negativa propositio nullo modo infert affirmativam. l.1.d.8.p.1.a.1.q.2.in corp.
12. Negatio quælibet quæ non est pura fundatur super aliquod positivum. l.1.d.31.p.1.a.1.q.1.in arg.
13. Negantes Christum quinam. V. *Christi unum*. num.238.
14. Negatio quomodò cognoscatur. Vid. *Privatio*. n.7.

*Negligentia.*

1. Negligentia est debitæ circumstantiæ derelictio in bono opere faciendo. op. Cent. p.1. sec.8.& l.2.d.5.a.1.q.1.ad 1. quænam diligentia ei opponitur. V. *Diligentia*. n.2.
2. Negligentia oritur ex accidia, torpore, & diffidia circa intentionem finis, locum, tempus, & modum. op. Cent. p.1. sec.8. & op. spec. c.3. & 4.
3. De negligentia cavenda auctorit. SS. PP. op. Phar. l.2.c.15. & lib.3.c.8. & op. Incend. am. cap.1.
4. Filia negligentia sunt omissio, ignorantia, & oblivio. op. spec. an. c.3. V. *Omissio*. n.2.
5. Negligentia mortalis, & venialis quænam sit. in Ecclen. c.7.& op. de perfec. vit. c.1.
6. Negligentia in Dei servitio quam periculosa. in Luc. c.12. v.38. & c.6.v.49. & cap.13. num.1. & seq.
7. Negligentia Prælatorum reprehenditur. ser.4. Dom.4. Epiph. & ser.2. ibid.
8. Maledictus qui facit opus Dei negligenter. V. *Opus*. n.68.

*Negotium.*

Negotium, & Negotiatio alia est bona, alia mala, alia indifferens. in Luc. c.19.n.13. & in Io. col.14. & ser.4. Dom.2. Epiph. & ser.2. Dom.3. Epiph. & ser.5. in Nat. Dom. & op. Phar. l.1.c.48.& 49. & op. de dec. præ. ser.6. V. *Mercuria*. V. *Opus*. n.79  
Negromantia. V. *Necromantia*.

*Nembrod.*

Nembrod fuit primus Imperator, vel Tyrannus in mundo. ser.15. Hexacem.  
Nemesis quid sit. V. *Benignitas*. n.111

*Nemo.*

1. Nemo componitur ex non & homo, estque idem ac nullus homo, distribuitque pro natura. l.1.d.21.dub.3.& a.2.q.2.ad 2.
2. Nemo dat quod non habet, idest vel virtualiter, vel idealiter, vel causaliter, vel formaliter. l.2.d.14.p.2.a.2.q.2.ad arg. & l.4.d.12.p.1.a.2.q.2. ad arg. V. *Maxima*. n.172.

*Nephtalim.*

Nephtalim interpretatur dilatatio mea. Ps.118. c.1.v.11.

*Nequitia.*

1. Nequitia in Deum, in proximum, & in se ipsum expenditur. ser.1. Dom.21. post Pent.
2. Nequam servus quisnam sit. serm.1. Dom.21. post Pent.
3. Nequitia Tyrannorum. opusc. Bibl. paup. cap.109.

*Nero.*

Neronis Imperatoris casus miserrimus. serm.2. de S. Barthol.  
Nescientia. V. *Nescire*. V. *Ignorantia*.

Nestorius

*Nestorius.*

Nestorius quid sentiebat de B. Virg. l. 3. d. 4. art. 3. quæst. 3.

*Neuter.*

1. Neuter, neutrum genus importat indistinctionem, & ideò identitatem naturæ. lib. 1. dist. 9. dub. 1.
2. Neuter actus datur inter velle, & nolle. l. 1. d. 6. dub. 3. V. *Nolle*.

*Nexus.*

1. Nexus, & nestere quale verbum sit. lib. 1. d. 10. a. 2. q. 2. ad 4.
2. Nexus est duplex, vel sicut medium iungens alteri: vel sicut extremum in quò coniunguntur: & quomodò Spiritus S. dicitur nexus Patris, & Filij. l. 1. d. 11. a. 1. q. 1. in corp. & ad 3.
3. Nexus incipit à distinctione, & procedit in unitatem, hæc est ipsius completiva ratio. l. 1. d. 11. ibid. q. 2. ad 2.

*S. Nicasius.*

S. Nicasius Martyr quid dixerit quando ei amputatum fuit caput. Ps. 118. n. 25.

*Nicodemus.*

Nicodemus interpretatur Victoria populi: & quare ivit nocte ad Iesum. in Io. cap. 13. num. 1. & 2.

*Nicolaus.*

Nicolai Sancti laudes. ser. de S. Nicol.  
Eius humilitas, charitas fuit nubecula. ibid.

*Nicopolis.*

Nicopolis interpretatur Civitas Victoriæ. in Luc. cap. 24. n. 13.

*Nicticorax.*

Nicticorax est Christus. V. *Christi attributa*. n. 89.  
Nigromantia. V. *Necromantia*.

*Nihil.*

1. Nihil, & aliquid an sint contradictoria. lib. 1. d. 7. dub. 3.
2. Nihil est extra rationem entis. Vid. *Chimera*. num. 1.
3. Ex nihilo nihil fit: quomodò sit verum. lib. 2. d. 1. p. ma. 1. q. 1. ad 5. V. *Maxima*. n. 558.
4. Nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. V. *Maxima*. n. 185. & l. 3. d. 37. dub. 1.
5. De nihilo esse quid importat. l. 1. d. 5. dub. vlt.
6. Nihil potest sumi positivè, vel privative, vel negativè, & quomodò. l. 1. d. 5. dub. 10.
7. Nihilatio quid sit. l. 4. d. 1. p. 1. a. 1. q. 3. ad 1.
8. Inter aliquid, & nihil cadit medium. l. 1. d. 7. dub. 3. V. *Aliquid*. n. 1.
9. Homo quomodò fiat nihil. V. *Homo ad Deum*. num. 113.

*Ninivite.*

1. Ninivitarum penitentia nobis proponitur. f. 3. in die cin. & ser. 3. Dom. 3. Pent.
2. Ninivite quomodò surgent in Iudicio contra peccatores. in Luc. c. 11. n. 30.

*Nisi.*

Nisi est adverbium exceptivum, vel consecutivum. l. 1. d. 43. dub. 1.  
Item & adversativum. l. 1. d. 21. dub. 3.  
Nitidum. Nitor. V. *Candor*.

*Nix.*

1. Nix est materia tota alba, significatque animam gratia mundatam. ser. 5. de vna S. Virg.  
Quomodò differat à pluvia, à rore, & à pruina. V. *Pluvia*. n. 2.
2. Nix facilius liquefcit in autumnno, quam in æstate. l. 1. d. 46. dub. 3.

*Nobilitas.*

1. Nobilitas rerum vnde oritur. lib. 1. distinct. 44.

art. 1. quæstione 1. corp.

2. Nobilitas vera est à virtute. serm. 3. Dom. 12. Post Pent. & serm. 2. Dom. 16. Pent.  
Humana, & mundana stat in hominum opinionone. ser. 1. de vno S. Mart. & in Io. c. 8. n. 37.
3. Minus nobili corrupto non semper corrumpitur magis nobile. lib. 2. distinct. 30. art. 1. q. 2. ad arg.
4. Minus nobile non agit in magis nobile, quomodò est verum. lib. 4. distinct. 44. p. 2. art. 3. q. 2. ad arg.
5. Nobilium periculum &c. obligationesque. op. Phar. l. 1. c. 46.
6. Christus non elegit nobiles, sed pauperes, & quare. in Io. c. 1. n. 46.
7. Nobilitas mundana quam vana. ser. 1. de plur. Mart.
8. Nobilitas perditur sequendo Diabolum. V. *Ignobilitas*. V. *Parvens*. n. 13.

*Nocumentum.*

Nocumentum quibus, & quomodò possit inferre Diabolum. V. *Diaboli potestas*. n. 10. & 18.

*Noctiluca.*

1. Noctiluca quid sit. ser. 1. de S. Andr.
2. Noctua fugit lucem ob debilem visionem. f. 4. de Apo st.  
Nocturnum. V. *Nox*.

*Noe.*

1. Noe interpretatur requies, fuitque figura Christi. in Luc. c. 17. n. 26.
2. Eius Arca tricamerata significat triplicem gradum perfectionis. V. *Perfectio*. n. 44.

*Nolle.*

Nolle, & velle non sunt opposita contradictorie, sed contrarie: datur enim medium, scilicet non velle. l. 1. d. 6. dub. 3. & l. 1. d. 46. a. 1. q. 2. ad 1. V. *Neuter*.

*Nomen.*

1. Nomen imponitur rei à proprietate, quæ sibi inseparabiliter inhæret vt essentialis. l. 2. d. 25. p. 2. dub. 3.
2. Nomen sumitur vel pro voce significante: vt Petrus est nomen Apostoli: vel pro re significatâ, vt bonum, & honestum sunt idem nomen: vel pro ipsa ratione innotescendi, quæ est vel per causalitatem, vel per ablationem, vel per excellentiam. lib. 1. distinct. 22. art. 1. quæst. 2. & lib. 4. distinct. 3. part. 1. art. 1. quæst. 2. ad 3. & 4. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 1. ad 1.
3. Nomen propriè non est vox solum sensibilis, sed etiam includit significationem, & modum significandi. lib. 4. distinct. 3. part. 1. ibid. & lib. 1. distinct. 22. art. 1. quæst. 3. ad 4. & lib. 1. dist. 8. part. 1. articulo 1. quæstione 1. ad vlt. Vid. *Vox* num. 6.
4. Nomen significat substantiam cum qualitate, idest rationem quod, & quo: idest quod cognoscitur, & quo cognoscitur. lib. 1. dist. 22. a. 1. q. 1. ad 6.
5. Nomen habet necessariò aliquid sensibile, scilicet vocem vt audiatur, & non sensibilem significationem: est enim verbum intelligentiæ insensibile. lib. 1. distinct. 22. art. 1. quæst. 3. ad 4.
6. Nomen tria necessariò secum fert, scilicet vocem, significationem, & rationem innotescendi. lib. 1. distinct. 22. art. 1. quæst. 2. corp. V. *Vox*.

7. Nominare aliquid supponit cognitionem rei nominatæ phabitam tamen vel per acquisitionem, vel per revelationem: sic Deum nominamus &c. l. 2. d. 9. a. 1. q. 4. & l. 2. d. 23. a. 2. q. 1. in fund. V. *Adam. n. 33.*
8. Nominis notitia vel est superficialis tantum, idest quod talis sic nominatur: vel est cognitio rationis talis impositionis: vt v.g. multi cognoscebant Christum sic vocati: non verò omnes cognoscebant rationes talis nominationis. l. 3. d. 18. dub. 2.
9. Nominatio debetur personæ ratione alicuius naturæ in ipsa existentis. l. 3. d. 18. dub. 3.
10. Nominis interpretatio aliquando sumitur secundum rei proprietatem & veritatem: aliquando secundum contrarietatem, vt lucus quia non lucet: aliquando secundum consecutionem, vel similitudinem. Pf. 75.
11. Nomen appellativum habet plurale: nomen proprium nequaquam: non enim congruenter dicitur plures Petri: Dij. l. 1. dist. 4. art. 1. q. 3. in fund.
12. Nominis cognitio facit ad cognitionem rei. l. 2. d. 38. a. 2. q. 2. in corp.
13. Nomen impositum à forma immultiplicabili tollit plurale & secundum rem, & secundum consignificationem, vt Petrus: quænam verò habeant plurale. l. 1. d. 4. a. 1. q. 3. ad 4.
14. Nomen concretum supponit pro persona propriè: abstractum verò pro essentia: impropriè pro persona: nomen medium partim supponit propriè & partim impropriè pro persona: vt sapientia &c. l. 1. d. 5. a. 1. q. 1. corp. V. *Concretus. V. Abstractum.*
15. Nomen pendet à cognitione rei, & dicit ordinem ad rem significatam. l. 1. d. 22. a. 1. q. 1. corp.
16. Nomen quomodò debet proportionari ipsi rei significatæ. l. 1. d. 22. ibid. ad 4.
17. Nomen adiectivum aliquando substantivatur, & quomodò. l. 1. d. 22. dub. 3. V. *Adiectivum. n. 1. V. Infra. n. 33.*
18. Nomen singulariter dictum in S. Scriptura multoties dicitur etiam vniversaliter, vt homo de Israël. l. 1. d. 22. a. 1. q. 2. ad 4.
19. Nomina omnia vel supponunt diversitatem essentialem secundum rem, vel secundum rationem, vel modum intelligendi, vel cognoscendi, vel significandi. l. 1. d. 22. a. 1. q. 4. corp.
20. Nomen significans operationem per modum adiacentis multiplicatur vt creans: vel per modum substantivi, sic non multiplicatur in Deo. l. 1. d. 23. a. 2. q. 3. corp.
21. De nominibus significantibus in divinis. l. 1. d. 5. per tot. & l. 1. d. 7. q. 1. ad 4. & l. 1. dist. 8. p. 2. dub. 4. & d. 9. dub. 2. & l. 1. d. 22. per tot. & lib. 1. d. 23. & d. 24. a. 2. per tot. & à 3. per tot. & lib. 1. d. 25. a. 1. q. 1. in arg. & lib. 1. d. 26. q. 1. & dist. 29. dub. 3. & a. 1. q. 2. & d. 30. dub. 1. & per tot. & d. 34. a. 1. q. 2. & 3. & d. 41. dub. 4. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 23. & Pf. 8. & op. Princ. S. Script. Nomen Dei vsurpare in vanum quale peccatum, & quomodò fit. l. 3. dist. 37. dub. 2. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 61. & op. de dec. præc. ser. 3. & op. diat. sal. tit. 3. c. 2.
22. Nomen aliud est duplex. l. 1. d. 24. a. 2. q. 2. ad 2.
23. Nomen aliquod habens duplicem significationem vel dicitur secundum vnâ cadit ab alia. l. 1. d. 24. a. 3. q. 1. ad 3.
24. Res potest tripliciter nominari: primò per nomen indicans existentiam vel essentiam talis naturæ, vt album, vel nigrum: secundò secundum quod ab intellectu cognoscitur: tertio secundum proprietates, quæ rei insunt per secundas intentiones vt genus, species &c. l. 1. d. 25. dub. 3.
25. Nomen, verbum, participium, & adverbium differunt, quod nomen significat substantiam cum qualitate, idest quod, & quo & per modum quietis, Verbum, & participium per modum motus, & adverbium est modus Verbi. l. 1. d. 22. a. 1. q. 1. ad ult. & l. 1. d. 22. dub. 3. & l. 4. Hex.
26. Nomen adiectivum, & verbum differunt, quod verbum non claudit in sua significatione suppositum, idest ab extra debet addi per ego, tu, ille: at adiectivum concretum claudit & formam, & suppositum, vt album. l. 1. dist. 27. p. 1. dub. 3.
27. Nomina quæ important respectu Dei effectum in creatura: si est effectus in actu tunc dicuntur ex tempore: si in habitu dicuntur æternaliter. l. 1. d. 29. dub. 3.
28. Nomen si habet diversa opposita, quæ non vniuntur in aliquo, dicuntur æquivocè. lib. 1. d. 29. a. 1. q. 2. corp.
29. Nomina aliqua de Deo important solum respectum, vt Dominus: aliquando etiam effectum, vt Creator, iustus. l. 1. d. 30. dub. 1.
30. Nominis alicuius clarificatio est vel per certificationem ipsius nominis, vel per diffusionem, vel per expressionem rationis nominandi: sic nomen Iesus clarificatum est. l. 3. d. 18. dub. 2.
31. Nomina terminantia in osum, vt virtuosum important plenitudinem: vnde plus est dicere aliquando virtuosum, quam habere virtutem. l. 3. d. 36. dub. 1.
32. Participium transit in nomen quatuor modis: compositione, vt indoctus omnipotens: comparatione vt doctior: constructione vt amans illius: temporis amissione, vt amandus. lib. 1. d. 23. dub. 3.
33. Nomen adiectivum, vel participium quando substantivatur, & tunc numeratur, sicut nomen substantivum à parte suæ formæ: vt omnipotens: non sic verbum, vel participium manens participium, quia habet naturam verbi trahit numerum à supposito, vt potens: ob id dicitur in divinis tres potentes, non verò tres omnipotentes: potens enim est participium, omnipotens est nomen substantivatum. l. 1. d. 22. dub. V. *Supra. n. 16.*
34. Nomen collectivum plures simul dicit, & de nullo per se prædicatur vt Trinitas: civitas: communitas. l. 1. d. 22. dub. 2.
35. Nomen proportionem aliquam debet habere ad rem nominatam & imponi à forma aliqua in re nominata existente: quomodò id fit verum. lib. 1. distinctione 22. art. 1. quæst. 1. ad 4. & 5.
36. Nomina synonyma dicuntur plura solum à parte vocis: vnde non plus dicitur pluribus, quam vno. lib. 1. distinctione 22. art. 1. quæst. 2. ad 2.
37. Omne quod in creatis nominatur aut est secundum substantiam, aut secundum accidens, aut secundum relationem aliquam. ibid. q. 4. ad 2.
38. De nomine Persona agitur. lib. 1. distinct. 23. per tot.

39. Nomen substantiæ dicitur & à substando, & à per se stando. l. 1. d. 23. a. 1. q. 2. corp.
40. Nomen concretum accipit specialem significationem ab abstracto. l. 1. d. 24. a. 1. q. 2. corp. & l. 1. d. 4. a. 1. q. 1. agitur de utroque. V. *Concretum*. V. *Abstractum*. V. *Infra*. n. 44.
41. Eadem est significatio termini, seu nominis quando sumitur substantivè, & quando adiectivè. l. 1. d. 24. a. 1. q. 2. in arg.
42. Nomen potest dici de aliquo vel per se, vel per accidens. l. 1. d. 22. a. 1. q. 4.
43. Nomina relativa dicuntur ad convertentiam, quando sunt imposita utrique extremo, aliquando non possunt dici: ut remus navis. l. 1. d. distinct. 26. dub. 8. V. *Relatio*. n. 43.
44. Nomen abstractum imponitur formæ, & à forma ut albedo: concretum verò imponitur à forma non formæ, sed supposito: ut album homini, &c. lib. 1. distinct. 4. art. 1. quæst. 1. corp. V. *Concretum*. V. *Abstractum*. V. *Nostrum*. n. 1. V. *Supra*. n. 40.
45. Nomen habens multitudinem suppositorum acceptum sine distributione stat pro illo, pro quo reddit locutionem veram. l. 1. d. 4. ibid.
46. Nomen habens formam non multiplicabilem potest eodem modo recipere ante, vel post negationem: ut Petrus non currit, non Petrus currit. l. 1. d. 4. a. 1. q. 1. in corp.
47. Nomen relativum refert antecedens sub eodem modo supponendi, sub quo antecedens præcessit ipsum relativum, nisi faciat relationem simplicem. l. 1. d. 4. art. 1. quæst. 1. in corp. & ad 4.
48. Nomen, & verbum differunt: quod nomen significat substantiam, & qualitatem, verbum actum ut egredientem: & si est transitivum exigit nominativum antecedenter, ut principium actus, & post accusativum, ut terminum actus. ser. 4. Hex.
- Quomodo differt à participio. V. *Participium*. num. 7.
49. Nomen in abstracto essentiam significans dicit impossibilitatem permixtionis oppositorum. op. Princ. S. Script.
50. Quare antiquitus mutabantur nomina hominum, Christusque mutavit nomen Petri &c. in Io. c. 1. n. 43.
51. Differentia Grammatici, & Logici in consideratione nominum. lib. 1. distinct. 41. art. 2. quæst. 2.
52. Nomen est unum etiamsi sint diversæ voces quando habent eandem rationem innotescendi & institutionem, ut Bonaventura; si verò nomina diversam rationem innotescendi habent sunt diversa nomina. l. 4. d. 8. part. 2. q. vlt. ad 3.
53. Nomen unum est omnibus Christianis excedens privilegia omnium aliorum. in Io. cap. 1. v. 42.

*Nominales.*

Nominales quare sic appellati in Scholis. lib. 1. d. 41. a. 2. q. 2. corp. & l. 3. d. 24. a. 1. q. 3. Nominativus. V. *Supra*. n. 48.

*Non. Non ens: Non esse.*

1. Non potest teneri vel privativè, sicque negat actum, non aptitudinem, ut impotens, vel homo non videns: vel negativè, sicque negat actum, & aptitudinem. l. 1. d. 7. a. 1. q. 2. ad 2.
2. Non: hæc particula quot modis vsurpatur in Sacra Scriptura. Ps. 16.

3. Non genitus, non homo, non album quid importent. l. 1. d. 28. per tot.
4. Non Filius dicitur & negativè, & contrariè. l. 3. d. 10. a. 2. q. 1. corp.
5. Non est inventus similis illi, in quo sensu dicitur de omnibus Confessoribus. l. 3. d. 36. art. 1. q. 5. ad 2.
6. Non vivum quot sensus habet. l. 4. d. 15. part. 1. q. 5. ad arg.
7. Non producere non est notio: sicut non procedere, & quare. l. 1. d. 28. a. 1. q. 4. ad arg.
8. Non genitum. V. *Ingenitum*. *Nostrum*.

Noster, meus dicitur de aliquo secundum illud nomen, secundum quod dicitur hoc esse huius: sicque vel per habitudinem informationis, ut albedo Petri: sicque abstracta significant: vel secundum habitudinem causalitatis: ut Creator, sic nomina importantia actum, vel secundum habitudinem correlationis: sicque nomina relativa: ut Dominus meus. l. 1. d. 18. q. 6. corp. V. *Meum*. n. 1.

Notificatio. V. *Notitia*.

*Notio.*

1. Notio est proprietas in divinis, qua persona innotescit, ut distinguatur ab alia. op. declar. term. Quid requiritur ad hoc ut sit notio in divinis. l. 1. d. 28. a. 1. q. 4.
2. Notiones in divinis sunt quinque scilicet paternitas, filiatio, spiratio, processio, & innascibilitas. op. Brev. p. 1. c. 3. & op. declar. term. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 22. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 4. corp.
3. Notiones dicuntur sic, quia notificant personas: item dicuntur distinctiones, quia distinguunt personas: item relationes, quia personæ per eas referuntur: item proprietates, quia propriè personis insunt. op. Comp. Theol. lib. 1. c. 22. & l. 1. d. 26. a. 1. q. 4. corp.
4. Regulæ notionum assignantur. op. Comp. Theol. ibid. & l. 1. d. 33. a. 1. q. 3. corp. & l. 1. d. 26. q. 4. ad arg.
5. Notio in divinis potest sumi vel sub peculiari ratione ut generatione: vel sub communi. l. 1. d. 26. a. 2. q. 1. ad 4. & l. 1. d. 34. a. 1. q. 2. ad 4.
6. Notio qualis tantum sit in divinis. l. 1. d. 26. a. 1. q. 4. ad 1.
7. Notio necessario debet importare positivum respectum vel per se, vel consequenter. lib. 1. d. 28. a. 1. q. 4. corp.
8. Notiones, & proprietates non possunt denominare se ipsas, ut generatio generat, & quare. l. 1. d. 33. a. 1. q. 4. corp.
9. Notio unitas, relatio, proprietas in quo differant. l. 1. d. 24. a. 1. q. 2. ad vlt. & d. 26. art. 1. q. 4. in corp.
10. Notio significatur in abstractione, & in concretione, & quomodo. l. 1. d. 29. a. 2. q. 2. corp.
11. Notiones divinas contrariè opinari, an sit peccatum. l. 1. d. 27. p. 1. q. 4.
12. Notiones Patris sunt tres, duæ propriæ, & tertia communis: prima innascibilitas: secunda paternitas: tertia spiratio. Ps. 118. c. 5. v. 1.
- Notitia. Notum. Notorium.*
1. Notitia alia est certa, alia per coniecturam: item alia est universalis: alia particularis: Item alia est nominis, alia rei. lib. 3. dist. 18. dub. 2.
2. Notitia, mens, & amor, qualem ordinem habeant. l. 1. d. 3. p. 2. a. 2. q. 2. & 3.

3. Notius nobis est compositum, & magis compositum materiale, quam notius natura, seu simplex. l. 1. d. 8. p. 2. dub. 1.
4. Notorium dicitur quod nulla tergiverfatione potest coelari. l. 4. d. 13. a. 1. q. 4. ad arg. V. *Delictum* num. 3.

*Novem.*

Novenarius numerus quare Angelis appropriatur. in Luc. c. 15. n. 4. & ser. 21. Hex. & l. 2. d. 9. V. *Numerus novenarius.*

*Novissimus. Novum.*

Novissimi, & primi quinam sint. serm. 4. in Septuag.

*Novitas.*

1. Novitas in Christo est in conceptione, prædicatione, in miraculis, & resurrectione. Pf. 32.
2. Novitas qualis est vitiosa, & qualis non, & maximè in adinventione doctrinarum. l. 1. d. 26. dub. 1. V. *Novum.*

*Novitius.*

1. Novitius religiosus non est propriè religiosus, sed medius inter laicos, & clericos. l. 4. dist. 24. a. 1. q. 2. corp.
2. Novitij quomodo debeant institui. op. de sex al. Seraph. c. 1. & op. spec. discipl. & op. de Instit. Novit. & regul. Novit. & op. Phar. l. 1. c. 29. Quales esse debeant. op. expos. reg. c. 2.
3. Novitiorum nimia receptio multa mala parit in religionibus. op. de sex al. Seraph. c. 5.
4. Novitiorum receptio, examen, conditiones explicantur. op. expos. reg. c. 2.
5. Novitiorum bonorum, & malorum signa exhibentur. op. Spec. discipl. p. 2. c. 5.
6. Novitatus juvenum est duplex, scilicet ante, & post professionem. op. de prof. relig. prol.
7. Novitiorum professorum quatuor cautelæ assignantur. op. de prof. relig. l. 1. c. 1.
8. Novitiorum institutio circa fervorem. op. de prof. relig. l. 2. c. 1. in ordine ad Dei servitium. op. de Inst. Novit. p. 1. c. 1. & seq. & reg. Novit.
9. Novitius emittens professionem eligit stabilitatem, veritatem, & humilitatem. Pf. 118. c. 11. v. 13.
10. Novitiorum vota, eorum effectus expenduntur. Pf. 118. c. 8. v. 4.
11. Novitatus Ecclesiæ est status Clericorum Minorum. V. *Clericus*. n. 1. & seq.

*Novum.*

1. Novum dicitur dupliciter aliquid. l. 2. dist. 15. dub. 4. V. *Novitas.*
2. Novum quomodo nihil est sub sole. in Ecclen. cap. 1.
3. Novum testamentum quid sit, & quid contineat. op. Princ. S. Script.

*Nox.*

1. Nox est absentia lucis, ipsamque facit umbra tenebrarum, seu terræ. in Io. c. 13. n. 31. & c. 11. n. 10. V. *Dies*. n. 12.
2. Nocte tota laborantes nihil capiunt qui in peccatis laborant, vel suis viribus innixi. in Luc. c. 5. v. 5. & in Io. c. 21. v. 3.
3. Nox spiritualiter est status peccatoris, explicaturque. in Io. c. 11. n. 10. & c. 13. n. 31. Quænam sit, in qua non licet operari. serm. de S. Petr. ad Vinc.
4. Nox quomodo indicat scientiam nocti. in Io. c. 13. n. 31.
5. Nox tempus est congruum lectioni, meditationi, & revelationi. Pf. 118. c. 4. v. 7. & Pf. 118. n. 55.

6. Nocti Luna præest. op. Comp. Theol. l. 2. c. 7. & l. 2. d. 14. p. 2. dub. 2. & 4. V. *Luna.*
7. Nox, & dies quomodo immediatè dividunt tempus. l. 2. d. 12. a. 2. q. 2. ad 4.

*Nubere.*

1. Nubere dicitur à nube, idest à velando ad modum nubium. l. 4. d. 27. a. 1. q. 2. in corp. V. *Matrimonium.*
2. Nubentibus corporaliter, & spiritualiter qualis benedictio datur. ser. 4. Dom. Trinit. V. *Matrimonium spirituale.*
3. Nubere an continere sit perfectius. l. 4. dist. 26. a. 1. q. 2. ad arg.

*Nubes.*

1. Nubes non est corpus plenè mixtum: habet tamen in se naturas plurium elementorum. l. 2. d. 8. a. 2. p. 1. q. 2. corp.
2. Nubes quomodo generantur. op. Comp. Theol. l. 2. c. 9. & in Sap. c. 21. Ipsarum proprietates quales. serm. de SS. Simon. & Iud.
3. Nubes in Transfiguratione Christi quid significet. in Luc. c. 9. n. 33. & c. 12. n. 55. & serm. 2. in Ascensu.
4. Nubes significat carnem Christi. in Luc. cap. 9. n. 34. V. *Christi humanitas*. n. 63. Vid. *Christi varia*. num. 34. Gloria Dei in nebula, seu nubecula Christus in Eucharistia. V. *Christi varia*. n. 243. V. *Eucharistia species*. n. 12. Vid. *Eucharistia dignitas*. num. 37.
5. Nubes sunt Apostoli. ser. 3. ser. 2. Pent. & ser. de SS. Simon. & Iud. Et Prædicatores. V. *Apostolus*. n. 43.
6. Nubes figuram accipit illius, cui vnitur, cum sit indeterminatæ figuræ per se. ser. 3. de B. Virg. V. *Maria Epitheta.*
7. Nubecula significat Eucharistiam. ser. 1. de ded. Eccl.
8. Nubes quando, & quomodo coruscant. serm. de SS. Sim. & Iud.
9. Peccatum est nubes inter Deum, & animam. V. *Peccati effectus*. n. 49.

*Nuditatis.*

1. Nuditatis multiplex bona, & mala expenditur. ser. 1. de S. Clara.
2. Nudi, & discalceati quinam. ser. 2. Pent.

*Nuga.*

Nugæ fugiendæ sunt. op. Phar. l. 3. c. 3.

*Numerus. Numeratio. Numerale.*

1. Numerus quis sit sonorus: occursor: progressor: sensualis: memorialis: iudicialis, & artificialis. op. Itin. ment. c. 2. V. *Quantitas discreta.*
2. Numerus est entitas causata ex vnitatum aggregatione, & distinctione quæ sit vel continui divisione, vel formatum divisione, vel gradu, seu ordine. lib. 1. distinct. 2. dub. 7. Est à materia in rebus numeratis. lib. 2. distinct. 3. part. 1. ar. 1. quæst. 2. in arg. & lib. 1. distinct. 19. part. 2. dub. 2. & lib. 1. distinct. 2. art. 1. quæst. 2. & lib. 1. distinct. 24. art. 2. quæst. 2. corp. V. *Aliquotas*. n. 1. & 2. V. *Angelorum numerus*. n. 1. & seq. V. *Maxima*. n. 65. Est totum integrale, & etiam essentialis, & quomodo. lib. 4. dist. 24. p. 1. a. 2. q. 2. corp. & op. Itin. ment. c. 2. Est in omnibus entibus. l. 1. d. 37. p. 1. a. 2. quæst. 1. ad arg.
3. Numerus in creatis est quantitas importans divisionem, separationem, aggregationem, & mensuram.

- mensurationem. l.1. d.24.a.2. q.1. & 2. & l.1. d.19.p.2.q.4. & l.1.d.2.dub.7.
4. Numerus in creatis est modus consequens materiam cum forma. l.1.d.24.a.2.q.2.ad 1. Quomodo ubique sit. l.1.d.37.p.1. a.2. q.1. in corp. In quo sensu dicatur esse ex divisione continui. l.2.d.14.p.2.a.1.q.1.ad arg.
5. Numerus pluralis plurificat formam in substantivis, non in adjectivis. l.1.d.9. dub.2. & l.1.d.23.a.2.q.3. corp.
6. Quæ differunt numero numerant ea, quæ sunt in se ipsis, saltem quæ ex principiis formalibus veniunt. l.1.d.19.p.2.q.4. in arg.
7. Numerus est in omnibus rebus, & ubique propter communitatem, quam habet ad plura: Item ob spiritualitatem. lib.1. d.37.p.1.a.2.q.1. & 2.
8. Numerus actu habet statum, in potentia vero nequaquam, l.1.d.44.a.1.q.1.ad arg.
9. Numeri partes si considerentur in se specie differunt, sicut constitutivæ majoris numeri: ut binarius, & quaternarius respectu senarii, sic differunt numero. l.4 d.24.p.2.a.1.q.2. ad 3.
10. Numerus habet partes subjectivas, & integrantes etiam. l.4.d.24.p.1.a.2.q.4.corp.
11. Numerus sequens habet ordinem essentialem ad antecedentem, quia est pars sui. l.4.d.24.p.2.a.1.q.3.ad 2.
12. Numerus in divinis proprie non reperitur, & quare. l.1.d.24.a.2. & l.1.d.2.dub.7. & l.1.d.19.p.2.dub.2. & l.1.d.14.a.1.q.2.corp.
13. Numerus pro ut importat distinctionem personalem secundum originem reperitur in divinis: & in hoc sensu dicimus tres personas. l.1. d.24.a.2.& l.1.d.2.a.1.q.2.& dub.7.
14. Numerus in divinis debet esse finitus, quia infinitas numeralis repugnat unitati, perfectioni; & ordini. l.1.d.2.a.1.q.2. in corp.
15. Numerus est præcipuum in animo conditoris exemplar, & in rebus præcipuum vestigium ducens in sapientiam, op. Itin. ment. c.3.
16. Arithmetica est circa numerum: musica circa numerum sonorum. ser.4. Hex.
17. Varia mysteria numerorum recensentur. ser. 16. Hex.
18. Omnis proportio, & proportionalitas est secundum rationem ternarii, & quaternarii. ser. 16. Hex.
19. Numerus in Scriptura significat aliquando consummationem, aliquando discretionem. Pf.138. quandoque etiam probationem. Pf.138.
20. In computo numerorum antiqui numerabant à sinistra per digitos usque ad 99. deinde in centesimo transibant ad dexteram. Pf.100. & ser.1. in sexag. V. *Digitus*. n.1. & seq.
21. Numeri pars aliquota est, quæ pluries sumpta reddit totum: Pars quæ multiplicata reddit majorem numerum dicitur superflua: quæ verò minorem dicitur diminuta Pf.129. & serm. 4. Hexaem.
22. Numerus est sensibile commune. opusc. Itin. ment. c.2.
23. Numeralis infinitas importat imperfectiorem, quia discedit ab unitate, & origine, sic & infinitas molis: Virtutis verò infinitas est per accessum ad unitatem. lib.1. d.2. art.1. q.3. corp.
24. Omnia producta sunt secundum rationes numerales. l.2.d.9.q.7. in arg. & in numero, pondere, & mensura. l.1.d.3.p.1.dub.3.
25. Numeralis distinctio unde proveniat. l.2.d.3.p.1.a.2.q.1.ad arg. & l.2.d.14.p.2.a.2. quæst.1. in corp.
26. Unitas non est numerus, sed principium numeri. l.4.d.1.p.2.a.1.q.3.corp. & Pf.38.
27. Numerus mensuratur unitate. Pf.118. cap.6. vers.11.
28. Numeri binarii significatio. lib.2. d.14. p.1. dub.3.& Pf.106. V. *Apostolus*. n.56. V. *Binarius*. n.1.
29. Numerus ternarius quare ponitur in divinis. l.1.d.2.a.1.q.2.3.& 4.  
Qualem perfectionem importet. l.1.d.3.q.3. in corp. & seq. & l.2.d.9.q.7.in arg. & l.4.d.1.p.2.a.1.quæst.3.in corp. & op. de trib. tern. peccat. c.5.& op. *Expos. reg. S. Franc. c.3.* & Pf.103.& Pf.118. prol. 2. *Expos. V. Ternarius*. n.4.  
Ternarius animam, quaternarius corpus significat. Pf.89.  
Numerorum multiplicatio per ternarium explicatur. Pf.89.
30. Numerus undenarius explicatur. serm.11. Hex.& Pf.82.
31. Numerus cubicus, quadratus qualis. serm.4. Hexaem.
32. Numerus quaternarius ad Evangelium, denarius ad legem spectat. Psalm.68. quid significet numerus quaternarius. in Thren. cap.1. Vid. *Quaternarius*.
33. Numeri quinary mysteria. lib.3.d.37.a.3.q.3. in arg. & ser.15. Hex. V. *Quinary*.
34. Numeri senarii perfectio explicatur. l.1.d.2. q.4.corp. & l.2.d.12.a.1.q.2. corp. & l.3. d.22. a.1.q.3.corp. & l.4.d.1.p.2.a.1.q.3. corp.& op. Brev.p.6.c.12.& Pf.118.prol.2.Expos.& Pf.129. & in Luc. c.1.27.& 28.& op. de sex al.Ser. c.2.
35. Numerus septenarius mystice explicatur. l.3. d.25.a.1.q.1.corp.& d.34 a.1. p.1. q.1. corp. & l.4.d.47.a.1.q.1.ad arg. & op. Brev. p.5.c.10. & serm.2. Hex. & 16. & Pf.11. & Pf.118. c.11. v.4.& Pf.150.& in Luc. cap.17. n.4. & serm.3. Dom.2. Epiph. & ser.1. Sab. S.
36. Numeri octonarii perfectio. Pf.118. prol.2. *Expos.* & Pf.150. & in Ecclen. c.11.a.2.
37. Numeri denarii perfectio, & mysteria. lib.3. d.37.a.2.q.1.corp.& l.4.d.1.p.2.a.1.q.3.corp. & op. diæt. sal. t.3.c.1. V. *Decalogus*. n.4.
38. Numerus undenarius explicatur. ser.11. Hex. & Psalm.82.
39. Numerus dodeonarius explicatur. l.3.d.25 a.1. q.1.corp. & l.4.d.1.p.2.a.1.q.3.corp. & op. diæt. sal. t.3.c.1.V. *Decalogus*. n.4.
40. Numerus vigesimus quid significet. in Thren. cap.1.
41. Numerus vigesimus quartus est numerus Patrum utriusque testamenti. op. *Expos. reg. S. Franc. c.3.*
42. Numerus vigesimus quintus est cubicus. l.4. d.12.p.1.dub.5.
43. Numeri vigesimi octavi perfectio. in Ecclen. cap.3.
44. Numerus trigessimus, sexagesimus, & centesimus exponitur. Pf.66. & ser.1. sexag.
45. Numerus quadragenarius quid significet. ser. 4. Dom.4. Quadrag.
46. Numerus quinquagenarius quid significet. in Luc. c.16. n.7.
47. Numerus sexagesimus. V. *Suprà*. n.44.
48. Numerus centenarius est numerus Virginum.

- op. diæt. sal. t. 10. c. 6. Vid. *Suprà*. n. 44.
49. Numerus centesimus est numerus perfectionis. in Luc. c. 15. n. 3. & in Io. col. 55.
50. Numerus millenarius quid significet. ser. 1. de S. Matthia. V. *Mille*.
51. Numerus cubicus quadratus qualis. serm. 4. Hexaem.
52. Numerus Angelorum. V. *Angelorum numerus*. n. 1. & seq.
53. Numerus cœlorum unde desumitur. V. *Cœlorum numerus*. n. 1. & 3.
54. Numeralis multiplicatio repugnat in divinis. V. *Dei Trinitas*. n. 6. V. *Multiplicatio*. n. 7.
55. Numeri sonantes; occursores, progressores, sensuales, memoriales, judiciales, & necessarii, seu injudicabiles quinam sint; opusc. Itin. ment. cap. 2.
- Numisma: Nummus: Nummularius.*
1. Numisma est moneta. lib. 1. d. 30. dub. 3. Vid. *Moneta*.
2. Drachma quale numisma. V. *Drachma*. n. 1.
3. Numularii quinam fuerint. ser. 4. Dom. 9. post Pent. & in Io. c. 2. n. 15.
4. Nummus erat denarius, qui habebat imaginem Cæsaris ser. 2. Dom. 22. Pent. In quos usus possit adhiberi, & qualem rationem importeret. l. 1. d. 30. dub. 3.
5. Nummus est anima examinanda in morte. ser. 2. Dom. 22. Pent. V. *Anima ad Deum*. n. 71.
- Nun.*
- Nun interpretetur sempiternum. in Thren. c. 1. n. 14. Item Pascua eorum. Pf. 118. c. 7. v. 1.
- Nunc.*
1. Nunc temporis est assignabile in ipsa productione, in quo res fuerunt creatæ: non verò postquam factum est. l. 2. d. 1. p. 1. a. 1. q. 2.
2. Nunc temporis, & æternitatis an ponant in numerum. l. 3. d. 8. a. 2. q. 1. ad 6.
3. Nunc æternitatis complectitur omnia tempora. l. 1. d. 41. a. 2. q. 1. ad ult.
- Nuntius.*
1. Nuntii cœlestes sunt inspirationes divinæ: op. de 7. itin. ætern. itin. 2. d. 5. V. *Inspiratio*.
2. Nuntii falsi quinam sint. op. de 7. itin. ibid. Nundinæ. V. *Mercatura*.
- Nuptia.*
1. Nuptiæ dicuntur à nubendo. V. *Matrimonium*. n. 1. & l. 4. d. 27. a. 1. q. 2. & d. 26. a. 1. q. 2. corp.
2. Nuptiæ quantum honorabiles sunt per omnia. l. 2. d. 20. dub. 2. & serm. 1. Dom. 2. Epiph. In statu innocentia. l. 2. d. 20. dub. 2.
3. Nuptiarum quatuor genera proponuntur, scilicet carnis, & carnis, carnis & spiritus, verbi & hominis; Dei & hominis. Pf. 44. V. *Mundus*. n. 79.
4. Nuptiæ spirituales sunt vel inter animam, & animam charitatis vinculo: Inter naturam, & naturam, quando Verbum caro factum est: & inter mortalitatem, & immortalitatem, eruntque in die iudicii. Pf. 44. & in Ioan. col. 11. & ser. 1. Dom. 2. Epiph. & serm. 1. Dom. 19. post Pent. & ser. 3. de una S. Virg. & in Luc. c. 15. n. 6. V. *Christi varia*. n. 162. & 268. seq.
5. Nuptiæ exigunt in sponsa quatuor, scilicet pulchritudinem; divitias; genus, & mores. Psalm. 44.
6. Nuptiarum Canæ miraculum, mysteriaque exponuntur. in Io. c. 2. n. 2.
7. Nuptiæ qualiter celebrandæ. serm. 1. Dom. 2. Epiph.
8. Nuptiarum animæ cum Diabolo expenduntur serm. 1. Dom. 1. post oct. Epiph. Vid. *Mundus* num. 79.
9. Nuptiarum vestis est charitas. serm. 3. Dom. 2. Epiph.
10. Nuptiæ agni describuntur. serm. 2. de S. Agnete.
11. An omni tempore celebrari possint. l. 4. d. 32. a. 4. q. 1.
12. Nuptiæ secundæ an licitæ sint. l. 4. d. 42. a. 3. per tot.
13. Nuptiæ Christi cum Ecclesia. Vid. *Ecclesia* n. 62. V. *Desponsatio*. V. *Sponsa*.  
*Nutritivum: Nutritivale: Nutritio: Nutritiva vis.*
1. Nutritiva virtus importat cibationem, & conversionem cibi in substantiam aliti. lib. 2. d. 8. p. 1. a. 3. q. 1. V. *Anima potentia*. V. *Homini generatio*. n. 1. seq. & 23.
2. Nutritivæ virtutis opera in corpore enarrantur. l. 2. d. 30. a. 3. q. 2.
3. Nutritivum cibi quomodo operetur. V. *Cibus*. n. 1. V. *Conversio*. n. 1. & seq.
4. Nutritio per species Sacramentales. Vid. *Commisio*. n. 7.
5. Ex ipsdem nutrimur, & augemur. V. *Maxima*. num. 46.
6. Quare circa generativam, & non circa nutritivam est peccatum. V. *Peccati causa*. n. 18.
- Nux.*
- Nux qualem naturam habeat. ser. 4. de uno S. Mart.



## O

### OBDURATIO.

- O**bduratio mentis circa misericordiam est filia avaritiæ, estque voluntas concitata adversus postulationem indigentis ex nimio ardore pecuniæ retinendæ. op. Cent. p. 1. sec. 22. V. *Obstinatio*. V. *Induratio*.
2. Obduratio pro obstinatione est peccatum in Spiritum S. & quale. op. ibid. sec. 25.
3. Obduratio spiritualis animæ dicta est translativè ab obduratione in corporibus. lib. 1. d. 40. a. 4. q. 1. corp. & q. 2. ad 4. & op. Comp. l. 1. c. 31.
4. Obduratio in corporibus importat inhabilitatem ad suscipiendum, stabilitatem ad permanendum, fortitudinem ad resistendum. l. 1. d. 40. ibid. & op. Comp. ibid. Quæ dicit positionem, potentiam, & habitum. ibid. q. 2. ad 4. Vid. *Durities*. V. *Induratio*.
5. Obduratio spiritualis animæ importat impugnationem gratiæ, & mandatorum Dei, inhabilitatem ad gratiam suscipiendam, & stabilitatem in peccato. lib. 1. d. 40. a. 4. quæst. 1. & op. Comp. Theol. l. 1. c. 31.
6. Obduratio quomodo est poena acta, & etiam culpa.



- culpa : & qualiter differat à pœna inflicta , ut fames , & à contracta ut fomes , & concupiscentia. *ibid.* ad 3.
7. Obduratio qualiter est à Deo , & qualiter non , scilicet vel ut culpa , vel ut pœna ordinata , & iusta. *lib. 1. d. 40. ibid. q. 2. & op. Comp. ibid. V. Pharas. n. 2.*
8. Obduratio habet Deum causam non efficientem , sed permittentem. *l. 1. d. 40. ibid. q. 2. ad arg. voluntatem verò creatam causam efficientem. ibid.*
9. Obdurationis causa meritoria est peccatum , efficiens est voluntas creata , permittens est Deus. *l. 1. d. 40. ibid. q. 2. ad arg.*
10. Obduratio finalis tria connotat , scilicet propositum , seu odium æternum , temporalem duritiem , & æternam damnationem. *l. 1. d. 42. a. 1. q. 1. corp.*
11. Obduratio , & obstinatio in malo in Iuda , in Dæmone , & in impœnitentibus unde proveniat. *l. 2. d. 7. p. 1. a. 1. q. 1. corp.*
12. Obdurationis , & misericordiæ conflictus qualis. *op. Phar. l. 2. c. 15.*
13. Obdurationis , mala ex S. Scriptura. *op. Bibl. paup. c. 207.*
14. Obduratio differenter est à Deo , Diabolo , & ab homine. *Pf. 94.*
- Obededom.*
- Obededom interpretatur domus sanguinea , significatque Christum. *op. Spec. B. Virg. c. 14.*
- Obedientia.*
1. Obedientiæ votum qualiter est ceteris nobilius. *l. 4. d. 38. a. 2. q. 3. fund.*
2. Obedientia est actus iustitiæ , estque voluntas faciendi præceptum superiorum : vel est rationale propriæ voluntatis sacrificium : vel abnegatio pio studio propriæ voluntatis. *op. Cent. p. 3. sec. 44. & op. declar. term. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad 3. & lib. 4. d. 14. p. 1. a. 1. q. 3. & d. 16. p. 1. a. 1. q. 2. ad arg. & in Io. col. 23. Est specialis virtus Cardinalis. l. 2. d. 35. dub. 4. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad 3. & l. 4. d. 14. ibid. V. Iustitia.*
3. Obedientia est duplex : alia quæ est contraria inobedienciæ , competitque omnibus Christianis : alia est supererogationis , importatque statum eminentem in quo obeditur Deo , & homini propter Deum , & non solum in necessariis , sed & in omnibus. *op. Expos. reg. cap. 1. & l. 2. d. 35. dub. 4.*  
Item quadriformis exponitur. *Pf. 118. cap. 3. v. 12. & 13.*
4. Obedientiæ triplex gradus exponitur. *opuscul. Expos. cap. 1. & op. de prof. relig. l. 2. c. 39. & 40. & seq. & op. spec. discipl. p. 1. c. 4.*  
Item & alii gradus assignantur. *op. diæt. sal. tit. 4. c. 2. & op. de grad. virt. c. 2. Vid. Gradus. n. 10.*
5. Obedientia mera est quando præceptum ex se solo obligat , & non ex aliqua causa , diciturque præceptum disciplinæ : quia per ipsum dicitur quanta sit virtus obedientiæ , taleque fuit datum primo homini in Paradiso. *op. Brev. p. 2. c. 11. & op. declar. term.*
6. Obedientiæ necessitas , & meritum latè exponitur. *op. spec. discipl. p. 1. cap. 4. & op. de prof. relig. l. 2. c. 39. seq. & op. de Instit. Novit. p. 1. c. 2. & p. 2. c. 1. & op. reg. Novit. c. 13. & in Ioan. col. 58. & ser. 1. septuag. & ser. 2. in oct. Pasch. & in Luc. c. 22. n. 34.*
7. Obedientia Prælatis sub mortali debita quænam sit , & qualis ex supererogatione. *l. 1. d. 48. a. 2. q. 2. ad 1. & 2. & l. 2. d. 35. dub. 4. & l. 2. d. 44. q. ult. & l. 3. d. 25. a. 1. q. 3. ad 3. & ser. 3. Dom. 15. post Pent.*
8. Obedientia debita Deo exponitur. *l. 1. d. 48. a. 2. per tot. Ubi de confirmatione voluntatis divinæ & c. & l. 2. d. 35. dub. 4. & Pf. 118. c. 2. v. 15. & ser. 1. de uno Confes. Quarè à Deo imposita. op. de prof. relig. l. 2. c. 39. V. Dei varia. n. 130.*
9. Obedientia quomodò est similis voto pauperatis , & Castitatis. *l. 2. d. 44. q. ult. ad arg.*
10. Obedientia fratrum Minorum est strictior omni alia Religiosorum. *l. 2. ibid.*
11. Obedientia & latría qualiter differunt. *lib. 3. d. 26. a. 1. q. 3. ad 3. & l. 4. d. 14. p. 1. a. 1. q. 3.*
12. Obedientia quomodò est generalis virtus , & specialis. *l. 4. d. 14. a. 1. q. 3. & d. 16. p. 1. a. 1. q. 2. ad arg.*
13. Obedientia qualem connexionem habeat cum aliis virtutibus. *l. 4. d. 14. p. 1. a. 1. q. 3. corp.*
14. Obedientiæ laudes enarrantur. *op. Phar. l. 2. c. 43. & op. diæt. sal. tit. 4. c. 2. & op. de grad. virt. c. 2. & op. de Eccles. Hier. p. 3. c. 1. & op. Bibl. paup. c. 25. & op. spec. discipl. p. 1. c. 4. & op. de prof. relig. l. 2. c. 38. & seq. & in Eccles. c. 4. in fine. & in Luc. c. 16. n. 25. & ser. 1. Dom. 8. post Pent. & ser. 1. de SS. Phil. & Iac. & ser. 2. ibid. & ser. 1. in Cathedr. & ser. 1. de uno Doct. Est chòla Christi : genus martyrii : scala cœli : volatus ad cœlum. *op. diæt. sal. ibid. & in sap. c. 10. & ser. 1. de Apost. V. Schola.*  
Remedium contra superbiam. *opuscul. de grad. virt. c. 2.*  
Est Navis ducens ad cœlum per mare hujus mundi. *op. diæt. sal. t. 4. c. 2. & in Luc. c. 5. n. 8.**
15. Obedientiæ inacceptæ mala enarrantur. *op. Phar. l. 2. cap. 44. & ser. 1. Dom. 8. post Pent. & ser. 2. Dom. 19. post Pent. & ser. 2. Dom. 20. post Pent. & ser. 1. de SS. Phil. & Iac. & ser. 3. Dom. 3. Epiph.*
16. Obedientiam docuit Christus tota sua vita. *op. diæt. sal. tit. 4. c. 2.*
17. Obedientiam implent tria genera præceptorum naturæ , scripturæ , & gratiæ. *op. diæt. sal. tit. 4. c. 2.*
18. Obedientia qualiter exercenda. *op. Memor. 25. & op. de Eccles. Hier. p. 3. c. 1.*
19. Obedientiæ gradus altissimus est obedire homini discolor. *op. de grad. virt. c. 2.*
20. Obedientes sunt cœli. *op. de Eccles. Hier. p. 3. c. 1.*
21. Obedientia Religionum non est in omnibus æqualis. *op. de Expos. reg. c. 1.*
22. Obedientiam reddunt facilem , humilitas , consuetudo , dilectio , affectus terrena contemnens , gratia interior , & Prælatus discretus. *op. diæt. sal. t. 4. c. 2.*
23. Obedientia quarè victimæ comparatur : in Eccles. c. 4.
24. Obediens verus quisnam sit. in Luc. c. 6. n. 47. & in Luc. c. 17. n. 10.
25. Obedientia mortui resuscitantur. in Ioan. c. 11. n. 3.
26. Obedientiæ efficacia quanta. in Luc. cap. 19. num. 34.
27. Obedientia quarè ferè à Religiosis petiit. *op. Stim. p. 3. c. 11.*
28. Obedientia subjectionis quotuplex. *Pf. 1.*
29. Obediendi modus , & conditiones traditur. in Luc. cap. 6. n. 48. & in Io. col. 23. & serm. 3. Dom.

- Dom. infr. oct. Epiph. & serm. 1. de S. Matth. & serm. 1. de Apost. & serm. 3. in Epiph.
30. Obedientia est immunis à deceptione. in Luc. c. 19. n. 32.
31. Obediens verus portat Christum: in Io. c. 12. n. 13; & cap. 21. n. 18. manet Christianus securus in domo obedientiæ. ser. 1. ser. 2. Pasch.
32. Obedientiæ vincula quàm dulcia, & utilia. ser. 3. Dom. 3. Adv. & ser. 1. Dom. 4. Adv.
33. Obedientia quam Deo chara. ser. 3. in Epiph. Mortariolum est cor obediens, in quo voluntas propria contunditur. ser. 3. ibid.
34. Obedientibus Deo Deus obtemperat. ser. 3. Dom. infr. oct. Epiph. & ser. 1. ser. 2. Pasch.
35. Obedientes sunt oves Christi. ser. 2. Dom. 1. post oct. Pasch.
36. Obedientia Angelis exhibenda. ser. 1. Dom. 10. post Pent.
37. Obedientia aurium apertionem exigit. ser. 1. Dom. 11. post Pent.
38. Obedientes quam Angelis chari. ser. 4. de Angel. Est virtus angelica. op. Stim. p. 3. c. 11.
39. Obedientia est una specie, qua obeditur mandatis primæ, & secundæ tabulæ. l. 3. d. 23. a. 1. q. 3. in fund.
40. Obedientium decipulæ, & errores deteguntur. op. Stim. p. 3. c. 11.
1. Vindicatio est pars iustitiæ , per quam vis , & iniuria & omne quod noxium est defendendo , atque viciscendo propulsatur.op.Centil. part.3. sec.44.& op. Comp. Theol.1.5.c.37. & op. declar.term.Theol.
2. Vindictam appetens quomodò potest mereri , & etiam peccare.l.1.d.48.a.1.q.2.ad 4.& in Luc.c.18.v.7.
3. Vindictam appetere in alterum quàm periculosum : De se verò quam bonum. l.1.d.48.a.1. q.2.in arg.& ad 4.
4. Vindictam de offensa Dei sumere est proprium Dei , & Prælatorum : vindictam sumere non est proprium subditorum , sed parere : Vnde Deus in hoc dedit exemplum Prælati , & subditis. l.3.d.20.a.1.q.2.ad 5.
5. Vindictæ species est non solum inflictio pœnæ , sed & subtractio boni.l.3.d.30.art.1.q.5.in arg.
6. Vindictam sumere est proprium Dei , non hominum , & quomodò.l.4.d.14.p.2.dub.6.
7. Vindictam afflictionis personæ , & damnationis æternæ iusti abhorrent : optant verò pro vt facit ad ablationem peccati , & ad conversionem ad Deum.in Luc.c.18.v.7.
8. Parcere inimico est maior vindicta quæ possit sumi.op.de 4.Virt. Cardin.
9. Vindictam ad Deum clamat peccatum contra peccatorem.ser.2.Dom.11. Pent.& in Pf.140.
10. Damnificatio est pars vindictæ.Vid. *Damnnum*. num.1.

*Vinea.*

1. Vinea plantata à Patre familias , & locata colonis cum alijs conditionibus sepis , turris , torcularis est Sinagoga , & Ecclesia.in Luc.c.20.v.9. & seq.& c.13.v.5. & serm.1. Dom.5. Epiph.& ser.4.Dom.19.Pent.V. *Ecclesia*.n.116. Item est mundus.ser.1.Dom.5.Epiph.
2. Vinea mysticè est Ecclesia , conscientia , Sacra Scriptura , pœnitentiæ , & religio. ser.2.in Septuag.& ser.3.Dom.20.Pent.& f.3. in oct.Pasch. V. *Congregatio*.n.2.V. *Ecclesia*.n.116.
3. Horæ laborantium in vinea sunt ætates hominis.serm.3.Dom.20.Pent.colenda est vinea , ob denarium gloriæ.ser.3.Dom.infr.oct.Ascens.
4. Vinea florentes mysticè quænam sint.op.de 7. itin.ætitin.7.d.7.
5. Vinea est anima.V. *Anima ad Deum*.n.96.Vid. *Conscientia*.n.27.

*Vinum.*



*Vinum.*

1. Vinum propriè est ex racemis vnz, ideoque hoc solum est materia sufficiens Eucharistiæ. l.4.d.11.p.2.a.1.q.1.& 4.  
Unde vinum corruptum, nec acetum, nec alius liquor qui non est de vite non est sufficiens materia. l.4.d.11.ibid.q.4.
2. Vinum confert ad sanitatem, & ad nutritionem: sumptum tamen excedenter confert ad ebrietatem, & luxuriam. l.4.d.11.p.2.art.1.q.1. ad atg. & Pl. 59. & in Io. collat. 12. vbi de malis effectibus vini immoderatè sumpti: Item boni effectus, & qualitates vini. in Io. collat. 13. de viroque ser. 2. Dom. 1. post oct. Epiph.
3. Vinum admixtum aqua si hæc est in parva quantitate convertitur à vino in se ipsum. l.4.d.11.p.2.dub.4. & 5. & serm. 1. Dom. 1. post oct. Epiph.
4. Vinum quomodo dicitur separari ab aqua per appositionem iunci. ibid. l.4.dub. 5.
5. In vino in Missa quomodo, & quando admiscenda est aqua. l.4.d.11.p.2.dub.4. V. *Eucharistia materia.*
6. In Missa quid significet vinum. l.4.d.11.p.2.a.1.q.1. 2. 3. & 4. & ser. 3. Dom. 1. post oct. Epiph.
7. Qualis, & quanta mixtio cum vino tollat consecrationem. l.4.d.11.p.2.q.4. V. *Eucharistia materia.* n.4. & V. *Eucharistia species.*
8. Vinum significat sanguinem Christi, animamque. l.4.d.11.ibid.  
Item ipsum Christum. V. *Christi attributa.* n.94. V. *Eucharistia species.*
9. Vinum aliud corporale, aliud spirituale, scilicet luxuria, doctrina hæreticorum compunctio, reprehensio, & Sacra Scriptura. Pl. 59.  
Item carnale desiderium, & delectatio in quinque sensibus: item error seducens, item perturbatio, insania, voluptas. in Io. collat. 12. V. *Mundus.* n.79.
10. Vinum bonum est Evangelium, vitis Christus: dicitur bonum multipliciter: Item lachrymæ pœnitentium, item charitas, item correctio. in Io. collat. 13. & serm. 2. & 3. Dom. 1. post oct. Epiph. V. *Christi varia.* n.163.
11. De pœnis vinolentorum, & ebriosorum agitur. ser. 2. Dom. 1. post oct. Epiph.
12. Quomodo bibitum vinum Spiritus Sancti. f. 2. Dom. ibid.
13. Aqua convertitur in vinum, dum contritio in dilectionem, & lacrymæ timoris in lacrymas amoris mutantur. ser. 2. & 3. Dom. ibid. Vid. *Lacryma.*
14. Vinum & Musica lætificat cor hominis: vinum, & mulieres aportare faciunt exponitur mysticè. ser. 2. Hex.
15. Vinum quale venditur in taberna mundi. f. 2. Hex.
16. Vini abstinencia suadet multis exemplo anachoretarum. op. apol. paup. resp. 2. art. 1. & resp. 1. a. 2.
17. Vinum sapientiæ cum lacte mixtum quale in cella vinaria Dei. op. de dono Sap. c. 6. 7. & 8.
18. Vinum beatorum quale. op. de dono Sap. cap. 11.
19. Vini potum frequentans maximè extra refectioem religiosus reprehenditur, nec vquam virtutibus ditabitur. op. Spec. discipl. p. 1. c. vlt.
20. Quale vinum conditum propinat Christus suis. op. diæt. sal. tit. 8. c. 1.
21. Vinum dulcissimum, & nectar suavissimum

Christus propinat suis. ibid.

22. Vinum quare vetitum Aaroni, & filijs dum ministrabant. op. apol. paup. resp. 2. part. 2. a. 1. & 2.
23. Quare conceditur Sacerdotibus novæ legis. op. apol. paup. ibid.  
Vbi de abstinencia.
24. Vinum convertit aquam in se quando habet prædominantiam. V. *Aqua.* n. 41.
25. Vinum & oleum quo sanantur vulnera nostra. V. *Christi varia.* n. 277.
26. Vinum conditum est amor Dei. V. *Dei & proximi amor.* n. 67.
27. Vinum bonum servatum in fine est Evangelium. V. *Evangelium.* n. 16.

*Violentia: Violentus.*

1. Violentia est coactio proveniens ab extra nihil conferens vim passo. l. 2. d. 25. p. 2. q. 5. corp. Estque impetus maioris rei, qui repelli non potest. op. Cent. p. 3. sec. 55.
2. Violentia minorem virtutem à maiori quando possit. l. 2. d. 25. p. 2. q. 4. ad arg.
3. Violentia est filia, avaritiæ estque voluntas per vim rapiens bona aliorum. op. Centil. part. 1. sec. 22.
4. Violentia in contrahendo Matrimonium qualis impedit, & qualis non. op. Centil. p. 3. sec. 55.
5. Violentia qualis requiritur ad regnum cælorum acquirendum. in Luc. c. 16. v. 16.
6. Violentia potest fieri per metum, & coactionem. op. Cent. p. 3. sec. 55.

*Vipera.*

Viperæ proprietates exponuntur, applicanturque mysticè peccatori. in Luc. c. 3. v. 7.

*Vir. Virilis. Virilitas.*

1. Vir dicitur à virtute, & fortitudine quàm habet supra mulierem. l. 2. dist. 18. a. 1. q. 1. quis sit propriè vir. ser. 1. de vno Confes. V. *Homo.* n. 49.  
Sexus virilis excedit muliebrem quantum ad dignitatem in principiando omnes homines: quantum ad virtutem in agendo: viri enim est agere mulieris pati & quantum ad auctoritatem in præsidendo: est enim caput mulieris. l. 3. d. 12. a. 3. q. 1.
2. Vir caput mulieris, & quare ex viro mulier facta est, non è converso. l. 2. d. 18. q. 1.
3. Vir, & mulier qualem relationem habeant secundum suorum sexuum proprietatem. l. 2. d. 18. a. 1. q. 1.
4. Viri proprium est ex sua virtute sustentare, & fortificare mulierem: mulieris verò proprium est reddere virum infirmioem. l. 2. d. 18. art. 1. quæst. 1.
5. Vir, & mulier in prima productione quomodo significarunt Christum, & Ecclesiam. lib. 2. d. 18. q. 1. & l. 4. d. 32. dub. 1. & l. 2. d. 6. a. 2. q. 2. ad arg.
6. Quare non fuit congruum Verbum assumere sexum muliebrem, sed virilem. lib. 3. d. 12. art. 3. quæst. 1.
7. Vir est caput & superior mulieris quantum ad illos actus qui respiciunt sexum virilem specialiter. v. g. quantum ad regimen domus, & consimilia quæ spectant ad virum non ad mulierem. l. 4. d. 32. dub. 1.  
Quomodo habent æqualitatem imaginis. lib. 2. d. 16. a. 2. q. 1.
8. Vir quomodo non habet potestatem sui corporis si est vxoratus, & è contra. l. 4. d. 32. dub. 2. & seq. & a. 1. per tot.

Sic

- Sic nec potestatem vivendi continentiam. *ibid.*  
& d. 37. dub. 2.
9. Vir, & mulier ob redditionem debiti an debeant abstinere à Communione. l. 4. d. 32. art. 3. quæst. 2.
10. Vir an possit se vendere vxore nolente. lib. 4. d. 36. dub. 4.
11. Vir si moriatur, resusciteturque non necessariò debet ei reddi vxor, & maxime si esset nupta alteri: si verò ambo consentiunt, tunc est ei reddenda: nec ob id esset bigamus, quando tamen non fuisset alteri copulata. l. 4. d. 38. dub. 10.
12. Vir aliquis dicitur vel ratione annorum, vel ratione coniugij: vel ratione sexus: vel ratione virtutis. Pf. 189.
13. Viri perfecti sanctitas describitur. V. *Sanctitas*. n. 27. seq.
14. Vir spiritualis appellatur volucer cœli. in Luc. c. 13. v. 19.
15. Vir perfectus quomodò habeat statum in gratia, & perfectione. l. 1. d. 17. p. 2. q. 4. corp.
16. Viri quinque propositi à Christo mulieri Samaritanæ quinam sint mysticè. in 10. cap. 4. v. 18.
17. Viri tres in S. Scriptura dicuntur fortes, scilicet Tobias, Iob, & Abraham. Pf. 17.
18. Vir spiritualis dicitur Angelus propter septem proprietates. op. de Eccles. Hier. p. 1. cap. 1. secundum maiorem, & minorem perfectionem assimilatur varijs ordinibus Angelorum. op. de Eccles. Hier. p. 1. c. 1. 2. & seq.
19. Viro spirituali assignantur documenta tum in ordine ad vitia fugienda: tum ad virtutes amplectendas. op. de prof. relig. l. 1. c. 1. & seq. & l. 2. per tot.
- Eorum tentationes aperiantur. op. de prof. relig. l. 2. c. 1. & seq. & c. 77.
20. Viris spiritualibus Deus dulcedinem sensibilem subtrahit aliquando. op. de prof. relig. l. 2. cap. 76.
21. Vir, & mulier quot diebus efformentur in ventre. V. *Conceptio*. n. 6.
- Virga.*
1. Virga alia vltionis, vel correctionis vel consolationis, vel directionis, vel fructificationis, vel virtutis: prima est fervorum: secunda filiorum: tertia mæstorum: quarta prælatorum: quinta iustorum: sexta Conditoris vniuersorum. Pf. 22.
2. Virga Aaron quæ floruit, & fructum habuit significat bonam voluntatem cum opere. ser. 10. Pentec. significat B. Virginem. op. Laus. Virg. in Ave Maria, & ser. 2. Dom. infr. oct. Nat. V. *Maria epitheta.*
- Item tribulationem producentem fructum gloriæ. ser. 4. Dom. 4. post Epiph.
- Item Prælatum. ser. 1. de S. Andr.
- Virginitas. Virgo.*
1. Virgo dicit duo, scilicet abstinenciam ab omni coitu tam licito, quam illicito: 2. integritatem mentis, & corporis. l. 4. d. 33. a. 2. q. 1. & op. Centil. p. 4. sec. 1.
2. Virginitas est virtus dicens habitum ratione abstinenciam à coitu illicito, dicens virtutis statum seu perfectionem ratione abstinenciam à coitu licito, dicens decorem ratione integritatis mentis, & corporis. l. 4. d. 33. *ibid.*
- Est pars temperantiæ. op. Centil. p. 3. sec. 42. & p. 4. sec. 1.
3. Virginitas dicit medium non ratione obiecti, quia sic nullus esset castus nisi cognosceret medietatem mulierum totius mundi, quia illud est medium inter aliquam & nullam, sed dicitur circa delectationem, & tristitiam. l. 4. d. 33. a. 2. q. 1. ad arg.
4. Qualis differentia inter virginitatem Mariæ, Christiæ, & alios Virgines. lib. 4. distinct. 33. *ibid.*
5. Virginitas spectat ad virtutes politicas, & est propria naturæ lapsæ non integræ. lib. 4. dist. 33. *ibid.*
6. De differentia, & excedentia inter virginitatem, & castitatem coniugalem agitur. l. 4. d. 33. a. 2. q. 2. & Centil. p. 4. sec. 1.
7. Præmium virginitatis est præmium essentielle, & etiam aureola: ob idque ei debetur fructus centesimus. l. 4. d. 33. a. 2. q. 2. & 3. & Centil. p. 4. sec. 1. & op. Comp. Theol. l. 7. c. 29. & 30.
8. In statu innocentie non fuisset virginitas: quæ tamen secundum statum patientiæ, & temperantiæ est nobilior in natura lapsa, sicuti sunt multæ aliæ virtutes. l. 4. d. 33. a. 2. q. 2. ad vlt.
9. Virginitati vt habitui debetur aurea, vt statui fructus, & decori aureola. l. 4. d. 33. a. 2. q. 3.
10. Virginitatis consilium non fuisset in statu innocentie, nec per hoc sequitur, quod non sit nobilior virtus statu matrimoniali. l. 2. dist. 20. dub. 3. & a. 1. q. 4. & lib. 4. d. 33. a. 2. q. 2. ad vlt. & q. 2. ad 5.
- Quale consilium non peraptum est in statu naturæ lapsæ. l. 4. d. 33. a. 2. q. 1. corp.
11. Virginitas quia dicit & mentis, & carnis integritatem, ideò quando perditur numquam potest recuperari. l. 2. d. 33. art. 1. q. 2. in fund. & l. 3. d. 31. a. 1. q. 2. ad 1. & vlt. & l. 4. d. 14. p. 2. art. 2. q. 2. ad 2.
12. Virginitatis præmium accidentale respicit meritum continentie respicientis decorem, & quamdam dispositionem in carne. l. 3. d. 31. art. 1. q. 2. ad vlt. & op. Centil. p. 4. sec. 1.
13. Virginitatis præmium substantiale potest per æquivalentiam recuperari: non verò accidentale. l. 3. d. 31. *ibid.*
14. Virgines Martyres vi Confirmationis sacramentalis martyrizatæ. l. 4. d. 7. a. 3. q. 1.
15. Virginitas est virtus ardua, & maximæ perfectionis, cui debetur præmium peculiare. l. 4. d. 33. a. 2. q. 2. in fund.
16. Virgo si violatur violenter non perdit aureolam, nam virginitatis amissio importat corruptionem mentis, & etiam carnis. l. 4. d. 33. a. 2. q. 3. ad vlt.
17. Virginum velatio ad quem spectat. l. 4. dist. 20. p. 2. dub. 6.
18. Laudes virginitatis. op. Centil. p. 4. sec. 1. & op. Phar. l. 1. c. 38. seq. & Centil. p. 7. c. 30. & ser. 1. de S. Agath. & in serm. de SS. Virginibus.
19. Virginitas est vita angelica. op. Centil. part. 4. sec. 1.
20. Virgo tantum interius sibi vacat propter æternum bonum, quod est denarium in se ducere. op. Centil. p. 4. sec. 1. & Comp. Theol. l. 7. c. 30.
21. Virgo debet amare, & servare silentium, pudorem, & humilitatem. op. medit. vit. Chr. c. 4.
22. Quare Virginibus attribuitur fructus centesimus: viduis sexagesimus, & vxoratis trigesimus. op. Comp. Theol. l. 7. c. 30. & ser. 1. & 4. in Sexag.
23. Virginibus assignatur Matrimonium spirituale. l. 4. Dom. Trinit. V. *Annulus*. n. 4. V. *infra*. n. 34.
24. Virgo

24. Virgo vera sapiens, & ficta, fatuaque quænam sit. ser. 3. Dom. 10. Pent. & serm. 1. Dom. 18. Pent.
25. Virginum custodia qualis esse debeat ser. 1. de S. Agnere.
26. Virginum corona quæ. serm. 2. de S. Barth. & ser. 1. & seq. de vna S. Virg. nuptiæ quales. ser. 1. & seq. de vna S. Virg. V. *Dei varia*.
27. Virgini competunt proprietates Columbar. ser. de S. Cathar.
28. Virgines Hierusalem ductæ in captivitatem, item & squallidæ quænam mysticè. in thren. c. 1.
29. Virginitas in tempore legis an fuerit perfectior Matrimonio. l. 4. d. 26. a. 1. q. 3. ad 2.
30. Virginum Sapientia quænam. ser. 2. de S. Ant.
31. Virginum munditia quam Deo chara, earum que beatitudo. ser. 1. in fest. om. Sanct.
32. Virginitas Mariæ Virginis figurata in virga Aaron. ser. 2. Dom. infr. oct. Nat.
33. Virginum status in Abel inchoatus. Vid. *Abel*. num. 3.
34. Quarè ipsis datur annulus in consecratione. V. *Annulus*. n. 4. V. *Supra*. n. 23.

*Virginens.*

Virgineus Romanus ob stuprum à quodam nobili solum tentatum filiam interfecit. ser. 1. in Convers. S. Paul.

*Virtus.*

1. Virtus dicitur quasi virum tuens, vel quasi virens intus ob duplicem effectum, quem habet, scilicet tuetur præsentia sua animam, & ipsam ornat. op. de Eccles. Hier. part. 1. cap. 1. & part. 2. cap. 1.
- Item dicitur quasi vis intus, vel quasi viribus nitens, vel quasi viri status, quia consistit in aggressionem arduorum in tolerantia adversorum, & in abstinentia placitorum. op. Comp. Theol. l. 5. c. 5. & ser. 6. Hex. & Ps. 64.
2. Virtus & vis alia est naturalis, alia est moralis, & utraque potest sumi per comparationem ad actum, & ad finem ultimum. op. Cent. part. 3. sec. 36.
- Virtus naturalis rerum dicitur qualitas, sed est quid substantiale in substantijs. ser. 2. Hex.
3. Virtus potest sumi communiter, item & propriè: item & magis propriè: primo modo est quid commune ad moralem, & naturalem: secundo modo comprehendit moralem tantum sive gratuitam: tertio modo comprehendit tantum gratuitam. op. Cent. p. 3. sec. 36. & lib. 2. d. 27. dub. 3. & l. 3. d. 23. a. 3. q. 1. V. *Gratia effectus*. n. 16.
- Virtus specificatur ab obiecto tamquam à ratione formali & motivæ. l. 3. d. 9. a. 2. quæst. 3. ad ult.
4. Virtutes dividuntur in quatuor Cardinales, & in tres Theologicas, & quæ differentia inter ipsas. op. diæt. sal. tit. 5. c. 1. & l. 3. dist. 23. in exposit. text. & art. 2. q. 1. ad 2. Item & intellectivæ, & affectivæ variæ subdivisiones. op. Centil. part. 3. sec. 22. seq.
- Earum differentia qualis ratione actuum, obiectorum, mediorum, & oppositorum. l. 3. d. 33. a. 1. q. 2.
5. Virtutum actus externus debet esse positivus: internus verò potest esse etiam privativus, ut silentium: non potest tamen esse meritorius absque actu positivo. l. 3. d. 33. dub. 4.
- Item omnium actus consistunt circa delectationes, & tristitias per modum electionis, vel

fugæ. lib. 3. distinct. 33. dub. 3.

6. Virtus est secundum quam consistit laus, estque habitus reddens potentiam facilem ad actum: unde est in ea potentia quæ facilitatur ad actum: unde est in diversis potentijs. lib. 3. distinct. 23. a. 1. q. 2.

Et pro materiali potest poni in vna potentia, & pro formali in altera. ibid. propriè tamen est actus voluntatis. ibid. & est in rationali. lib. 4. d. 14. p. 1. a. 1. q. 1. & a. 2. q. 1.

Virtus & vitium sunt circa idem subiectum, non tamen eodem modo circa idem obiectum ad virtutem enim plura exiguntur quam ad vitium. l. 3. d. 28. a. 1. q. 1. ad 4. Quomodo sunt in eodem subiecto. l. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4. resident omnes in rationali, & quomodo. l. 3. d. 33. a. 1. q. 3. & lib. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 1.

7. Virtutis vnius obiectum potest esse materiale alterius. l. 3. d. 23. art. 1. q. 3. ad 4. & 5. Ad hoc vt vera sit virtus requiritur vt exerceat vim in actum, & in obiectum. l. 3. dist. 27. a. 1. quæst. 3. ad 1.

Obiectum ipsarum est bonum arduum vt arduum est. l. 3. d. 33. dub. 6. & d. 34. a. 1. q. 3. ad 4. & ser. de S. Matth.

Non tamen omnis virtus nisi secundum actum, vt patet in temperantia & pietate. l. 4. dist. 14. p. 1. a. 1. q. 1. ad 3.

8. Virtutes animæ dividuntur. op. Centil. part. 3. sec. 20. & seq.

Item alia est rationalis, alia concupiscibilis, alia irascibilis: item alia est gaudium, alia timor, spes, & dolor. op. Cent. p. 3. sec. 23.

9. Virtus naturalis alia est corporalis, alia spiritualis: corporalis alia est omnium corporum, & entium: alia est corporum viventium, & hæc est alia vegetantium tantum; alia sentientium, hæcque alia est animalis, alia vitalis, alia naturalis, quæ habent plures subdivisiones: spiritualis verò alia est intellectiva; alia affectiva. op. Centil. p. 3. sec. 20. & seq. ad 23.

10. Virtus communiter ad moralem, & naturalem definitur ultimum potentia de re sumendo tamen eam in ordine ad actum: in ordine verò ad finem sic: virtus est dispositio perfecti ad optimum. l. 2. d. 27. dub. 3. & op. Cent. part. 3. sec. 36. & in Sap. c. 11. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 1. & seq. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 5. seq.

Item virtus nihil aliud est nisi modus: tradit enim modum vivendi, & operandi. serm. 6. Hex.

Item virtus est æqualitas mentis vndique rationi consentiens: unde est quædam quadratura per quam anima in spirituali ædificio collocatur. l. 4. d. 22. a. 3. q. 2. corp.

11. Virtus vt communis ad moralem, & gratuitam in ordine ad actum sic definitur: Habitus perficiens habentem, & reddens bonum eius opus: in ordine ad principium directivum sic: Virtus est habitus voluntarius in mente consistens recta ratione determinatus: vel est habitus mentis benè compositæ: vt verò competit tantum gratiæ in ordine ad finem sic definitur: est habitus ratione recta ad suum finem perveniens: In ordine ad subiectum: sic Virtus est bona voluntas: in ordine ad actum, & complementum, sic virtus est ordo amoris: in ordine ad suum principium sic: virtus est bona qualitas mentis qua rectè vivitur, qua nemo male

- male vitur quam Deus in nobis sine nobis operatur. l. 2. d. 27. dub. 3. & op. Centil. p. 3. sec. 36. & l. 2. d. 26. a. 1. per tot. & l. 3. distinct. 34. art. 1. quæst. 3.
- In ordine verò ad formam per quam sunt meritoria. lib. 3. distinctiõne 33. art. 1. quæst. 2. ad 1.
12. Virtus naturalis est corporis regitiva dirigens ad actus suos, & in finem proprium corpus. op. Cent. p. 3. sec. 22.
- Omnis substantia habet virtutem, & operationem. ser. 2. Hex.
13. Virtutes morales, & gratuita reducuntur ad septem, ad tres Theologicas, & quatuor Cardinales, figuranturque per septem stellas, per septem mulieres, per septem panes. f. 7. Hex.
- Virtus non dicitur quæcumque potentia, sed vltimum de potentia, ideo debet habere stabilitatem in durando, & fortitudinem in resistendo. ser. 2. Hex. in fine.
14. Virtus moralis, seu politica dividitur in quatuor virtutes Cardinales, scilicet prudentiam, iustitiam, temperantiam, & fortitudinem. op. Centil. part. 3. sec. 36. & 41. & seq. & op. de 4. virt. Card.
- Habent diversimodè ordinem prioritatis consideratæ in ordine ad subiectum, & in ordine ad obiectum. lib. 3. distinctiõne 33. dub. 6.
15. Virtutes gratuita, & theologica dividuntur in fidem, spem, & charitatem quæ rectificant animam quoad portionem superiorem. op. Cent. p. 3. sec. 26.
16. Animæ portio superior rationalis rectificatur per fidem, concupiscibilis per charitatem, & irascibilis per spem: prima respicit summam veritatem: secunda bonitatem, & tertia summam maiestatem. op. Cent. p. 3. sec. 36.
17. Animæ portio inferior quoad rationalem rectificatur per prudentiam, quoad irascibilem per fortitudinem: quoad concupiscibilem per temperantiam, & istas tres vires quoad alterum rectificat iustitia. op. Centil. ibid.
18. Virtutes habent esse gratuitum à gratia vt à radice, & origine, & esse meritorium à charitate, vt à forma, motore, & fine. op. Centil. ibid. & Comp. Theol. l. 5. c. 11. seq.
19. Omnes virtutes quoad habitus sunt connexæ: quoad habitus meritorios sunt æquales. op. Centil. ibid.
- De connexionione virtutum agitur. op. Comp. Theol. l. 5. c. 8.
- De æqualitate virtutum agitur. op. Comp. Theol. l. 5. c. 7.
20. Virtus habet remove tentationem, multiplicare actus, & delectare animam in bono. op. Comp. Theol. l. 5. c. 6.
21. Causæ quarè virtus magis viget in vno quam in alio. op. ibid. c. 7.
22. Matres virtutum dicuntur fides, charitas, prudentia, & humilitas secundum diversos respectus. op. Comp. ibid. c. 8.
23. Quomodò, & in quibus fructus virtutis supereminet gaudia mundi. ibid. c. 10.
24. Multiplex effectus exponitur virtutum. ibid. cap. 10.
- Virtutum Cardinalium effectus enarrantur. f. 6. Hex. & op. de 4. Virt. Card. & l. 3. dist. 33. art. 1. quæst. 1.
- Earum necessitas expenditur. l. 3. dist. 33. ibid. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 16.
- Quomodò virtus expellit vitium. l. 4. d. 14. p. 1. a. 2. q. 1. ad 4.
- Quomodò dicuntur vivificare animam. lib. 4. d. 14. p. 2. dub. 5.
25. Laudes virtutum. op. Comp. Theol. lib. 5. c. 9. & c. 6. & op. diæt. sal. tit. 5. c. 1. & l. 3. d. 33. per tot. & op. Centil. p. 3. sec. 36. & op. Phar. l. 2. per tot. præcipuè. c. 21. 22. & seq.
26. De merito virtutum agitur. op. Comp. Theol. l. 5. c. 11. & seq.
27. Virtutes comparantur auro, thesauro abscondito, gemmis, armis, arboribus, floribus, fonti, semitis, vestibus, stellis, pigmentis, cibaribus, alis. op. Comp. ibid. c. 6.
- Item ligno fructuoso, lapidi pretioso, & cælesti Paradiso: item & terrestri: item & signo, sive characteri prædestinationis est enim virtus pignus salutis, & vinctio regalis: item & armaturæ forti, præbendæ nobili, & optimæ possessioni. op. diæt. sal. tit. 5. c. 1. & lib. 3. d. 33. a. 1. q. 4.
28. Virtus moralis reducitur ad modestiam, quæ complectitur omnes virtutes morales. ser. 1. & 5. Hex.
29. Virtutis medium est Christus. ser. 1. Hex.
30. Virtutes morales aliæ sunt purgatoria, aliæ purgati animi, aliæ exemplares: primæ respiciunt operationes in ordine ad suum finem: secundæ respiciunt animum despicientem omnia terrena: tertiæ respiciunt virtutem divinam. ser. 1. Hex. & op. de 4. virt. Card.
- Dicuntur etiam consuetudinales virtutes. ser. 5. Hex.
31. Virtutes morales aliæ sunt politica, aliæ monastica, aliæ æconomica. op. Princ. S. Script. & ser. 1. Hex. Proveniunt ab exteriori, sed complentur per interiorum actum. l. 3. d. 33. a. 1. q. 5. ad 3. quare sunt tantum quatuor non plures vel pauciores. l. 3. d. 33. a. 1. q. 4. & d. 36. art. 1. q. 3. ad arg.
32. De prudentia, fortitudine, temperantia, & iustitia politica, purgatoria purgati animi, & exemplar agitur. ser. 1. 4. & 6. Hex. & op. de 4. virt. Card. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. & op. Centil. p. 3. sec. 36. & op. declar. term. & op. de don. c. 3. Vid. *Fortitudo*.
33. Virtutes consuetudinales circa mediocritatem consistunt: fortitudo circa timorem, & audaciam: temperantia circa delectationem, & tristitiam: liberalitas circa dona mediocria: magnanimitas circa magnos honores: Philotimia circa mediocres: mansuetudo circa iras: veritas circa loquutionem: extravellia circa ludum: delectatio, & amicitia circa duo media passionum, vt verecundia, & nemesis. ser. 5. Hex.
- Dicuntur consuetudinales, quia acquiruntur ex frequenti actu: politica quia ordinant hominem ad bene vivendum inter alios: politicum enim dicitur à polis, idest civitas: dicuntur Cardinales ratione finis vltimi, quia per istas est ingressus ad cælum. l. 3. dist. 33. dub. 5. & a. 1. q. 4.
34. Virtutes Cardinales ita dicuntur, quia sicut ostium vestitur in cardine, & regitur, ita his regitur, & vestitur tota vita humana: instruitur enim in omnibus operibus, & contra vitia armatur. op. de 4. virt. Card. & ser. 6. Hex. & lib. 3. d. 33. dub. 5. & a. 1. q. 4. & op. de 7. don. c. 3. consistunt

- stunt in medio circa superfluum, & diminutum. l. 3. d. 9. art. 2. q. 3. ad 4. & lib. 3. distinct. 33. dub. 3.
35. Virtutes Cardinales dicuntur tripliciter primo quia per ipsas est ingressus ad acquirendum omnes virtutes: secundò sunt principia, in quibus integratur omnis virtus: tertio quia per eas omnis ratio vitæ humanæ habet dirigi. f. 6. Hex. & op. de 4. virt. Card. & Centil. & diæt. fal. cit.
- Duplex enim ad cælum, scilicet observantia mandatorum, & tolerantia tribulationum. l. 3. d. 33. dub. 5.
36. Virtutes Cardinales relucunt in exemplari divino, scilicet in celsitudine puritatis temperantia: in pulchritudine claritatis, prudentia; in fortitudine virtutis stabilitas constantiæ, & in rectitudine diffusionis iustitia: istæ enim imprimuntur in animam per illam lucem æternam, & descendunt in cognitivam & affectivam, & operativam potentiam hominis. ser. 6. Hex.
37. Prudentia invenit modum vt non excedas, sed circa centrum consistas: quarè est origo virtutum: Temperantia custodit modum inventum: Iustitia describit respectu sui, & aliorum, & quia postmodum multa adversa eveniunt, fortitudo defendit ne perdat modus: Hinc rectè dicitur virtus nihil aliud esse nisi modus. ser. 6. Hex.
38. Virtutes Cardinales describuntur per quatuor partes univèrsi Orientem, meridiem, aquilonem, & occidentem: sic enim configurantur dictis quatuor influentijs solis, & quia Temperantia habet tres partes, scilicet sobrietatem in gustu, castitatem in tactu, modestiam in cæteris sensibus: Prudentia habet memoriam de præteritis, intelligentiam de præsentibus, & providentiam de futuris: fortitudo habet fiduciam, patientiam, & perseverantiam: Iustitia respicit legem, naturam, & consuetudinem: Hinc sicut Sol transiens per duodecim signa zodiaci dat vitam mundo, sic sol sapientialis in nostræ mentis hemispherio, & transiens per has duodecim partes ordinat vitam nostram. ser. 6. Hex.
39. Homo etsi habeat alias scientias, nisi habeat has virtutes non habet vitam. ibid.
40. Virtutes Cardinales configurantur per quatuor influentias lucis, per quatuor latera Civitatis Hierusalem, per quatuor Tribus iuxta tabernaculum, per quatuor proprietates elementorum, per quatuor causarum genera, & per quatuor vitæ salubritates: quæ omnia egregiè explicantur serm. 6. Hex. Item per quatuor cortinas Tabernaculi, per quatuor flumina Paradisi, per quatuor colores. serm. 7. Hex. Item per quatuor portas Civitatis.
41. Sicut lux purgat, illuminat, perficit, & stabilis: sic temperantia primum facit: prudentia secundum; iustitia tertium: fortitudo quartum. ser. 6. Hex.
42. Sicut elementa habent siccitatem terræ, perspicuitatem aquæ, stabilitatem aëris, & activitatem ignis: sic temperantia primum efficit, quæ aridam reddit, sed tamen ornat & vestit terram floribus: prudentia secundum: iustitia tertium quæ ad omnem partem se extendit: & fortitudo quartum: Item fortitudo
- respondet causæ efficienti, prudentia formæ, iustitia fini, temperantia materiæ: Item temperantia subtilitati spirituum, prudentia vivacitati sexuum, fortitudo robori virium, & iustitia coæquationi qualitatum. sermone 6. Hex.
43. Partes Prudentiæ sunt ratio, intellectus circumspectio, providentia, docilitas, cautio fortitudinis docet tantum timere turpia, præstatque magnam nimietatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, & firmitatem: Temperantia præstat modestiam, verecundiam, abstinenciam, castitatem, honestatem, moderantiam, parcitatem, sobrietatem, & pudicitiam: Iustitia præstat innocentiam, amicitiam, concordiam, pietatem, religionem, affectum, humanitatem. ser. 6. Hex.
44. Virtutes Cardinales dicuntur politicæ in quantum docent conservationem in mundo: purgativæ in quantum ducunt ad solitariam vitam, dicuntur purgati animi pro vt quietant in exemplari, animamque Deo uniant. serm. 1. 5. & 7. Hexam. & lib. 3. distinct. 33. art. 1. quæst. 6.
45. Virtus quælibet Cardinalis potest duci in tres Theologicas ita vt sit fidelis, tuta, amans per quod constituitur numerus duodenarius, sic figurantur per duodecim fontes, lapides pretiosos vestis pontificalis, portas Civitatis. ser. 7. Hex.
- Item possunt denominari ad invicem, vt prudentia fortis. & c. l. 3. distinct. 33. art. 1. quæst. 2. ad 3.
46. Virtutum Cardinalium laudes, mirabilesque effectus in via virtutis enarrantur. Ps. 123. & op. Phar. lib. 2. cap. 26. seq. & op. de 4. virt. Card. & op. declar. term. & op. diæt. fal. rit. 5. c. 1. & op. de 7. don. cap. 3. & op. de prof. relig. lib. 2. cap. 24. & op. Comp. Theol. lib. 5. cap. 16. & cap. 32. seq. & sermone 3. Dom. Trinit. & sermone 1. de S. Thom.
47. Virtutes Cardinales quomodo possunt habere excessum, non verò Theologicæ. lib. 3. d. 26. art. 1. quæst. 3. ad 2. & lib. 3. distinct. 27. art. 2. quæst. 5.
48. Virtutes Cardinales non evacuatur in patria. lib. 3. distinct. 31. art. 2. quæstione 1. ad 1.
49. Virtutes Cardinales dirigunt animam ad vitam activam in ordine ad portionem inferiorem: Theologicæ ad contemplativam quoad portionem superiorem. l. 3. d. 33. a. 1. q. 1. ad 3. & vlt.
50. Virtutum Cardinalium vitia opposita quænam sint. lib. 3. distinct. 33. a. 1. q. 1. in fund. & q. 2. corp.
51. Virtutum Cardinalium differentia inter se expenditur ratione actuum, obiectorum, mediocorum, & oppositorum. lib. 3. distinct. 33. a. 1. quæst. 2. & d. 36. art. 1. q. 3. ad 6. & op. de 4. virt. Card.
52. Virtutes Cardinales resident in rationali, & quomodo. libro 3. distinct. 33. art. 1. quæst. 3.
53. Virtutes Cardinales sunt directivæ medijs: ob idque consistunt in medietate vitæ non declinantes ad extrema. lib. 3. dist. 33. a. 1. quæst. 2. ad arg.

54. Virtutes Cardinales, quia habent diversos actus, & obiecta non habent essentialem connexionem. lib. 3. d. 36. a. 1. q. 3. ad 1. & op. Comp. Theol. l. 5. c. 16.
55. Virtutes Cardinales possunt afficere omnes alias virtutes. op. de 4. virt. Card.
56. Virtutibus Cardinalibus colitur Trinitas. ser. 3. Dom. Trinit.
57. Virtutes Theologicae habent pro obiecto bonum increatum: Cardinales creatum. op. diæt. sal. tit. 5. c. 1. & seq. & l. 3. d. 9. art. 2. q. 3. ad vlt. & l. 3. d. 26. a. 1. q. 3. & l. 3. d. 33. dub. 5. & a. 1. q. 1. & op. Brevil. p. 5. c. 4. & op. declar. term. Suntque Fides, spes, & Charitas. Vid. proprijs nominibus. & op. de 7. don. c. 3. representant Trinitatem. l. 3. d. 27. a. 1. q. 1. corp.
58. Virtutes tres Theologicae ornant animam. Pf. 103.  
Alij effectus. V. loc. cit. & in Luc. c. 11. vers. 9. & c. 17. v. 19. & ser. 3. Dom. 23. Pent.
59. Virtutes Theologicae de se dicunt actum interiore principaliter: Cardinales dicunt exteriorem. l. 3. d. 9. a. 2. q. 3.
60. Virtutes omnes Theologicae habent idem obiectum: differens tamen secundum rationem, & modum. l. 1. d. 24. a. 1. q. 3. ad 4.
61. Virtutes Cardinales, & Theologicae qualiter differant. l. 3. d. 27. a. 1. q. 1. ad 5. & a. 2. q. 1. ad vlt. quantum ad actum Cardinales sunt nobiliores fide, & spe: quantum ad obiectum sunt ignobiliores. l. 3. d. 33. a. 1. q. 6. ad 2. & l. 3. d. 36. art. 1. q. 5. & l. 4. d. 14. p. 1. a. 1. q. 3. & l. 3. d. 9. a. 2. q. 3. & op. Brevil. p. 5. c. 4. & Cencil. part. 3. sec. 36. & op. Phar. l. 2. c. 2. l. & 22. & op. de 4. virt. Card. & op. de 7. don. c. 3. & op. diæt. sal. tit. 5. c. 1. & seq. & op. de prof. relig. l. 2. c. 24. & Comp. Theol. l. 5. c. 17. & seq. & 32.
62. Virtutes Theologicae foveantur à Dei Verbo. ser. 3. Dom. Pas.
63. Virtutes Theologicae fides, & spes non habent reflexionem super se: credens enim non credit credulitatem: charitas verò habet, quia habens charitatem eam diligit. l. 1. d. 17. p. 1. a. 1. q. 2. ad 3.
1. Virtutes omnes currunt mundi contemptus paupertas, vigiliae, elemosyna, obedientia, abstinencia, & patientia, sed sola perseverantia accipit bravium. Pf. 67.  
Connexio inter ipsas, & cum Charitate. Vid. *Charitas ad alias Virtutes.*
2. Virtus dicitur constantia, aequalitas mentis, fortitudo animi, Angeli &c. Pf. 67.
3. Quenam virtutes possint attingi in hac vita, & quenam non. Pf. 88.
4. Virtus, & vitium quid operentur in anima. Pf. 113.
5. Virtutes sunt socij cum quibus procedemus ad patriam. Pf. 104.
6. Virtutis triplex perfectio. Pf. 118. cap. 7. v. 16. & c. 10. v. 11.
7. Virtus est via ad caelum, & mensuratur per agnitionem, actionem, & delectationem. Pf. 118. c. 10. v. 11.
8. Virtus perfecta est tantum Christianorum: imperfecta Gentilium. in Sap. cap. 8. & serm. 7. Hex.
9. Virtus est in sustinendo malum, & in agendo bonum. in thren. c. 3.
10. Virtus summe simplex est infinita. l. 12. Hex.
11. Virtus sola est bonum honestum, non verò bonum utile, & delectabile. in Sap. cap. 15. vers. 19.  
Solaque est circa quam versatur laus. l. 4. d. 14. p. 1. q. 1. in fund.
12. Subiectio, castitas, & paupertas amputant radices passionum. ser. 22. Hex.
13. Virtutes formatæ, & informes quanam sint. ser. 7. Hex. & l. 2. d. 28. a. 1. q. 2. & l. 3. d. 23. a. 2. q. 1. ad 2. & q. 2. ad 3. & l. 3. d. 27. a. 1. q. 3. corp. & l. 2. d. 27. a. 1. q. 2. ad arg. & l. 1. d. 17. p. 1. dub. 6. & op. Brevil. parte 5. capite 4. & Cencil. parte 3. sec. 36.
14. Triplex perfectio virtutis temporalis, formalis, & finalis. Pf. 118. c. 7. v. 16.
15. Variarum virtutum exempla afferuntur, in Abel innocentiae: in Noë longanimitatis, & operis: in Abraam obedientiae: in Isaac castimoniae: in Iacob tolerantiae: in Ioseph redditionis boni pro malo: in Iosue fiduciae: in Iacob patientiae: in David mansuetudinis omnes sunt fulgentes stellae in caelo. Pf. 131.
16. Virtus sanativa est gratia Dei. lib. 1. distinct. 14. dub. 3.
17. Virtutes, & gratia quomodo distinguantur. l. 2. d. 27. a. 1. q. 2.
18. Virtutes in statu innocentiae institutae quanam. l. 2. d. 29. a. 3. q. 1.  
Non fuissent admixtae cum imperfectione, vt in statu naturae lapsae. l. 2. d. 29. ibid. fuissent tamen circa difficulta, sed non cum tanta difficultate. l. 2. d. 29. ibid.
19. Virtutes quomodo differant à donis. l. 3. d. 9. a. 2. q. 1. ad vlt. & lib. 3. distinct. 34. art. 1. quæst. 1. & 3.
20. Virtus habet actum elicatum, & imperatum. l. 3. d. 9. a. 2. q. 3. ad 3.
21. Virtutes omnes habent decorem à gratia. l. 3. d. 23. a. 2. q. 5.
22. Virtutum seminatium quantum ad habitus substratos est plantatum in natura. l. 3. dist. 23. art. 2. q. vlt. ad vlt. & lib. 3. distinct. 33. art. 1. quæst. 5.
23. Virtus magis ordinat ad futura, quam ad praesentia vel praeterita. l. 3. d. 26. art. 1. quæst. 1. ad 2.
24. Virtus non consistit in patiendo, ideo gaudium, dolor, timor, & amor non sunt proprie virtutes. lib. 3. distinctione 26. art. 1. quæst. 1. ad 3.
25. Virtus circa bonum, & difficile versatur. l. 3. d. 26. ibid. ad 4.
26. Virtus habet gaudium non pro obiecto, sed vt quid consequens. lib. 3. distinct. 26. a. 1. q. 2. ad vlt.
27. Virtus quomodo in medietate vitiorum consistit. l. 3. d. 26. art. 1. q. 3. ad 2. & distinct. 34. art. 1. quæst. 3. ad 4. & lib. 4. distinct. 33. art. 2. quæst. 1. ad arg.
28. Virtutes omnes ordinantur ad Charitatem. lib. 1. dist. 27. a. 1. q. 1.  
Vnde quantum ad esse habent à propria forma, quoad bene esse à gratia: quantum ad bene operari à charitate. lib. 3. d. 27. art. 1. q. 3. ad 1.
29. Virtus quaelibet praeter charitatem potest esse communis bonis, & malis, Charitas autem non potest dari informis. l. 3. d. 27. ibid. q. 4. corp.

30. Virtutum actus meritorij dependent à charitate importante, non eliciente. l.3. d.28. art.1. quæst.1.  
Dicuntur gratuiti ratione gratiæ: meritorij verò ratione charitatis. l.3. d.33. a.1. q.2. corp. & quæst.5.
31. Virtutes quædam manent in patria quantum ad actum, & quantum ad præmium, aliæ quantum ad præmium. l.3. d.33. q.vlt. in corp.
32. Virtus moralis non vt gratuita dicitur quid virtuosum semiplenè, quia procedit non à virtute, sed ab aliquo virtuti consono, scilicet à voluntate consonante rectitudini naturali. l.3. d.33. q.5. ad vlt.
33. Virtutes complentur à charitate, & quomodo. l.3. d.36. a.1. q.6. ad 3. & q.5.
34. Virtus est bona, laudabilisque in se; & in ordine ad alia. op. Comp. Theol. l.5. c.16.
35. Virtutes quomodo dicuntur habere, vel non habere connexionem, & ordinem ad invicem. l.3. d.36. a.1. q.1. & seq. & l.4. d.14. p.1. a.1. q.1. ad vlt. & q.3. & a.2. q.3. & l.4. d.17. p.1. a.1. q.3. ad 4. & op. Phar. l.4. c.45. & op. de prof. relig. l.2. c.23. & 24. & Comp. Theol. l.5. c.16. & c.7. & 8. Vid. *Charitatis effectus*. n.44. & 45.
36. Virtutum habitus quantum ad subtractum diversi sunt, quantum ad esse gratuitum nequaquam. lib.3. distinctione 36. art.1. quæst.1. ad 4.  
Videntur aliquæ inter se oppositæ, sed non est verum. op. Phar. l.4. c.45.
37. Virtutes quoad præmium essentielle, quod mensuratur à gratia non habent differentiam. l.3. d.36. a.1. q.5.
38. Virtutes in eodem subiecto quomodo habeant inæqualitatem. l.3. d.36. ibid. tum quoad vsum, tum quoad obiectum, & subiectum. ibid. quæst.5.
39. Virtus plura exigit quam vitium. l.3. dist. 36. a.1. q.4. ad 2.
40. Virtus, & vitium quomodo opponuntur. l.3. d.36. ibid. ad vlt. & l.3. dist. 28. art.1. quæst.1. ad arg.
41. Virtutes omnes perficiunt animam secundum quid, charitas verò simpliciter. l.3. d.36. q.6. ad 1.
42. Virtutes omnes perficiuntur à charitate non quoad esse formale, sed quoad bene esse. lib.3. d.36. a.1. q.6. ad 3. & vlt.
43. Virtutes sunt arma ad pugnandum: Sacramenta verò ad defendendum. lib.4. d.1. p.1. art.1. q.1. ad 2.
44. Virtutum gratia an differat à gratia Sacramentorum. l.4. d.1. p.1. q.5. & l.4. d.22. art.2. q.2. ad 2.
45. Virtus quæ reddit subiectum dignius est dignior. lib.4. d.10. p.2. a.1. q.2.
46. Virtus est qualitas qua rectè vivitur. l.4. d.14. p.1. a.1. q.1. corp.  
Rectificat animam. op. Brevil. p.5. c.4.
47. Virtutis ratio specialis desumitur à ratione motivi. l.4. d.14. ibid. q.2. ad vlt.
48. Virtus elicitiva differt ab impetrativa alterius virtutis. ibid. q.2. ad 2.
49. Pœnitentia quomodo est virtus, & Sacramentum. l.4. d.14. ibid. q.1. ad 1.  
Est actus virtutis Cardinalis. ibid. q.3.
50. Eiusdem virtutis est gaudere de aliquo, & de opposito tristari imperativè non elicitivè. ibid. q.2. ad 2.
51. Virtus quælibet potest intendi, & remitti. l.4. dist. 16. p.1. art.4. quæst.1.
52. Virtutis terminus attenditur non per excessum ad medium, sed per accessum vt iustitia, & misericordia. l.4. d.46. a.2. q.1. ad vlt.  
Aliquando verò per excessum vt charitas. ibid. q.3. corp.
53. Virtus non est passio, sed actio: elevat enim potentiam ad aliquod magnum & arduum. l.2. d.40. a.1. q.3. corp. & l.2. d.26. art.1. q.2. ad 3. & 4. & op. Brev. p.5. c.6.
54. Virtus vera quomodo dicatur. l.4. dist. 14. p.2. a.1. q.1. corp.
55. Virtus multipliciter dicitur, & quomodo dicitur esse à Spiritu S. l.1. d.14. dub.3.
56. An si vitium nullum esset, esset virtus. lib.2. d.35. dub.5.
57. Virtus virtuti non opponitur quomodo id sit verum. l.4. d.37. a.1. q.2. ad arg.
58. Virtus quomodo ex peccatis commendabilior redditur. l.2. d.44. a.1. q.1. ad arg.
59. Virtus non semper est in actu, sed recipit interpolationem, nec ob id dicitur otiosa. lib.2. d.39. dub.2. in fine.
60. Virtus quomodo dicatur gratuita. l.2. dist. 27. a.1. q.2. ad arg. & l.1. d.17. p.1. dub.6. & op. Comp. Theol. l.5. c.16.
61. Virtutes, dona, & beatitudines ad quid ordinantur. l.4. d.14. p.1. q.6. ad vlt.  
Et quomodo differant. op. diat. sal. tit.5. cap.1. & op. Comp. Theol. l.5. c.16.
62. Virtutes quæ dicunt complexionem habent in Deo causam exemplarem, & essentialem, & causalem: quæ verò dicunt imperfectionem habent tantum secundum rationem exemplaris cognoscitivi, & causalis. l.1. d.17. p.1. dub.5.
63. Virtus quomodo appropriatur filio Dei. lib.1. d.3. a.2. q.2. ad arg. & l.1. d.34. dub.7.
64. Virtuti gratiæ informatae debetur præmium essenziale. op. Cent. p.4. sec.1. & p.3. sec.36.
65. Virtutum, & vitiorum conflictus exponitur. op. Phar. l.2. c.15.
66. Virtus est signum, & character fidelium. op. diat. sal. tit.5. c.1.
67. Virtutes quare dicuntur Angeli. op. de Eccles. Hier. p.1. c.1.
68. Virtus consistit circa medium in ijs, quæ sunt de necessitate non de supererogatione. op. de paup. Chr. a.1. ad 6. & op. de prof. relig. l.2. c.5.1. & op. Comp. Theol. l.5. c.5.  
Est motus ordinatus à Deo: vitium inordinatus. op. de prof. relig. l.2. c.24.
69. Virtus constituit perfectiorem statum religionis. op. apol. paup. resp. 1. c.3.
70. Virtus consistit in medio in agendis, habendis, & sustinendis. op. Comp. Theol. l.5. c.5.
71. Virtutum origo, natura, effectus in communi explicantur. op. ibid. c.1. seq.
72. Virtus perficitur contradictionibus. op. Phar. l.1. c.9.
73. Virtutes vestitæ sunt Christianorum, nudæ Gentilium. ser.7. Hex.
74. Virtus probata custoditur. op. Apol. paup. resp. 3. art.2.
75. Quinque virtutum magnarum exemplum Christus dedit in Cœna, scilicet humilitatis, charitatis, patientiæ, obedienciæ, & orationis. op. medit. vit. Chr. cap.73. Virtutum omnium exemplar. ser.18. Hex.
76. Virtutes Prælatorum explicantur. op. de sex al. Seraphi. per tot.

77. Virtutum gradus, quibus ascenditur ad perfectionem quinam. in Luc. c. 6. v. 13.
78. Virtutis internæ perfectio tria exigit. in Luc. c. 2. v. 40.
79. Virtutis habitus exigit famam, vitam, & gratiam. in Luc. c. 2. v. 25.
80. Virtus ab omnibus voce generali approbatur. in Luc. c. 16. v. 9.
81. Virtutes sunt flores ornantes animam. serm. 5. Dom. infr. oct. Epiph.
82. Virtutes sunt medium eundi ad Christum. f. 4. Dom. 1. post oct. Epiph. & serm. 2. fer. 4. Pentec.
83. Virtutes sunt hospitia in quibus anima quiescit. fer. 2. Dom. 3. Epiph.
84. Virtus naturaliter dirigit in bonum. serm. 2. Dom. 3. Quadrag.
85. Virtutes sunt armatura contra vitia. serm. 1. Dom. 10. Pent. Sunt milites custodientes animam. f. 3. Dom. 18. Pent.
86. Ad virtutis montem debemus ascendere. ser. 2. Dom. 15. Pent.
87. Virtutes omnes præter charitatem sunt communes bonis, & malis. serm. 2. de plur. Confes.
88. Virtus eadem diversos effectus parit secundum dispositionem recipientium. serm. 2. de S. Andr.
89. Virtus tenet medium: ob id non eget putatione, vel circumcissione. serm. 3. de Circumcissione.
90. Virtus quo est plus vnita eo fortior. ser. 2. de Apost.
91. Virtus nobilissima est tolerantia. ser. 4. de vno S. Mart.
92. Virtus quomodo in infirmitate perficitur. l. 3. d. 15. a. 1. q. 1. ad vlt.
93. Virtutes omnes habent in Deo exemplar cognoscitivum: quædam tamen non habent in Deo similitudinem totalem, suntque illæ, quæ includunt imperfectionem vt patientia. l. 1. d. 17. dub. 5.
94. Virtutes cum ad se, non ad Deum referunt sunt vitiosæ, quomodo id sit verum &c. lib. 1. d. 1. a. 3. q. 2. ad 4.
95. Virtutum scientia alia experientia, alia directiva. l. 4. d. 18. p. 1. q. vlt. ad vlt.
96. Virtutum operatio est declinare à malo, & facere bonum. l. 4. d. 39. a. 1. q. 3. ad 2.
97. Virtus Dei est præsens per substantiam omnibus rebus. l. 1. d. 37. p. 1. q. 1. ad 3.
98. Virtus penitentia quot mirabilia operatur. ser. 2. de S. Cæcilia.
99. Virtus est decor animæ. ser. de S. Cæcil.
100. Virtutes aliæ sunt ancillæ Charitatis. Vid. *Charitatis effectus*. n. 3.
101. Virtutes sunt thesaurus cordis. V. *Cor*. n. 26.
102. Virtus versatur circa difficilia. Vid. *Difficile*. num. 1.
103. Virtutes sunt flores ornantes animam. Vid. *Flos*. n. 2. & 6.
104. Virtutes quomodo à gratia ornantur. Vid. *Gratia effectus*. n. 16.
1. Virtus & vis naturalis quis sit, & quotuplex. op. Cent. p. 3. sec. 22. & seq. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 41. seq. V. *Animæ potentia*. Duplex virtus creaturæ alia naturalis, alia moralis. l. 3. d. 15. a. 1. q. 1. ad 4. Est id quod reddit potentiam facilem ad actum. l. 3. d. 23. a. 1. q. 2. corp.
- Vires animæ radicanur in anima, & ab ea distinguuntur. l. 1. d. 3. p. 2. a. 1. q. 3. & l. 2. d. 24. p. 1. a. 2. q. 1. ad 8. §
2. Virtus cognitiva est triplex. l. 1. d. 16. q. 2. ad 4.
3. Virtus efficiens triplex. l. 2. d. 7. p. 2. dub. 1. Vis vegetativa, & sensitiva quid, & quotuplex. op. Cent. p. 3. sec. 21. & op. Comp. Theol. l. 2. c. 34. seq. ad 41.
4. Virtus sensitiva an fenescit nisi ratione organil. l. 2. d. 7. p. 2. a. 1. q. 2. in fund.
5. Vis generativa ad quid data rebus. l. 2. d. 8. p. 1. a. 2. q. 1. corp.
6. Vis formativa corporis est alia ab informativa. l. 2. d. 8. p. 1. ibid. in fund.
7. De virtute nutritiva, & sensitiva. op. Centil. p. 3. sec. 22. seq. & l. 2. d. 8. ibid. q. 1. & seq. & lib. 2. d. 30. q. vlt. V. *Animal*. n. 32.
8. Virtus Angeli quotuplex. l. 2. d. 9. in expos. text. per tot. Quomodo in ipso distinguatur vis cognitiva ab operativa. V. *Angeli intellectus*. n. 68.
9. Virtus cuiuslibet rei naturalis est limitata, sic arbor vnus speciei non potest producere arborem alterius speciei, idemque in augmento, & diminutione. op. de trib. ternat. peccat. in vlt. quæsto.
10. Animæ virtus respectu receptionis Dei quodammodo tollitur per peccatum. op. de trib. tern. pec. ibid.
